

SCAFFALI ONLINE
<http://badigit.comune.bologna.it/books>

Telesio, Bernardino

De rerum natura iuxta propria principia. Libri 9. ...

Neapoli : apud Horatium Saluianum, 1586

Collocazione: 11. OO. I. 02

<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO4004561T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it

11
00.1.2

11
00.7-2

A. Camilleo Ballo

11.11

BERNARDINI
TELESII
CONSENTINI
DE RERVM NATVRA
IVXTA PROPRIA PRINCIPIA.
LIBRI IX.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET ECCELLENTISS.
Don FERDINANDVM Carrasam Nuceria Ducem.

SVPERIORVM PERMISSV.



NEAPOLI

Apud Horatium Saluianum. M. D. LXXXVI.
CVM PRIVILEGIO REGIO.

BERNARDINVS
TELESIVS
CONSERTINVS
DE RE RV M NAT
LIBR IX
AD HENRICHUM PRINCEPS ET ECCELLEN
SUPERIORVM



NEAPOLITANVS
M. D. LXXVII
CV. M. PAVLVS REGI

ILLVSTRISS. ATQ; ECCELL.
DOMINO DON FERDINANDO
CARRAFÆ DVCI NVCERIAE.
BERNARDINVS TELESIVS
CONSERTINVS.



COMMENTARIOS de rerū natura, quos, vt probè no-
sti Excellētissime Princeps, magnis laboribus, diuturnisq;
confeceram vigilijs, ædendos tandem visum cum esset, sub
tuis omninò auspicijs emittendos esse duximus: nam & do-
mituz conscripti fuerant; & plurimis, magnisque benefi-
cijs, quæ in me contuleras, debebantur. Et amplius etiam,
quòd Aristotelis doctrinam, quam adeò Alexander exco-
luit, veneratusq; est, & quæ sub Alexandri patrociniò adeò floruit, tãtoq; habita
fuit in honore, vt sensui, & sibi ipsi passim repugnantē cum damnemus; aliamq;
& longe ab illa diuersam cum ponamus: non sub Regis cuiuspiã auspicijs, qui in
perij amplitudine Alexandro conferri posset, sed sub Herois præsidio emittēdos
esse duximus, qui nec ingenio, nec iudicio, nec animi magnitudine, nec virtute
omninò vlla ab Alexandro exuperaretur, quin qui in multis illum exuperaret. Et
nostri temporis hominum vnus tu talis Excellētis. Princeps nō nobis modò, sed
sanis hominibus visus es oibus. Itaq; nihil veriti quòd opibus, potentiaque ab illo
exupereris; sub tuis oinò auspicijs emittendos esse decreuimus. Nostra siquidē do-
ctrina quoniam nec sensui, nec sibi ipsi, nec sacris etiam litteris repugnat vnquã;
quin adeò his, & illi cōcors est, vt ex virisq; enata videri possit; quoniam omninò
vera est: se se vt ab inuidorum calumnijs tueatur, & ijs reiectis se se assidue effun-
dat, amplificetq;, nullis Regum opibus, nullaq; potentia, sed tua modò opus ha-
bet ope; qui. f. animi bonis, quæ dicta sunt, nihil ab Alexandro exuperatis, quin
in illorum multis tu illum exuperas. Nā ingenio, iudicioq; te illo quàm lōgissimè
præstantiorem esse, vel doctrina, quam vterq; admittēdam decreuit, manifestat.
Quam. n. ille amplexatus, veneratusq; est, & summis præmijs, summisq; dignā exti-
stimauit honoribus (quod dictū est) & sensui, & sibi etiam ipsi, quin & Deo Opt.
Max. passim repugnat. Itaq; soli calorem, lucemq; abnegat; & Mundum nequa-
quam à Deo Opt. Max. constructum, sed veluti casu quodā enatum ponit. Et re-
rum humanarum administrationem, cognitionemq; Deo demit omnem. Et non
sensui modò, sed, vt nostris in commentarijs apertissimè ostensum est, sibi ipsi etiã
passim dissentit, aduersaturq;. vt existimare liceat, vel in præceptoris gratiã nihil
eius fundamentis, positionibusq; inspectis, examinatisq; Alexandro admittēdam fuisse,
vel quàm longissimè illum abesse, vt ingenio, iudicioque tibi conferri possit. Nā
tu doctrinam nostram non statim, sed ibi tandem admittendam, per discenden-
damq; esse duxisti; vbi sensui, & sibi ipsi vniuersa, & sacre etiam scripturæ bene

centori visa est: vt (quod dictū est) ingenio, iudicioq; multo te Alexandro prestantiorem esse necessario existimādum sit. Neque. n. si quasi tu ingenio, iudicioque donatus ille fuisset, & sensui, & sibi ipsi, & sacris diuinis litteris passim dissentientem Aristotelis doctrinam admittendā duxisset vnquam. Animi porro magnitudine, fortitudineq;, nihil Alexandrum te prestantiorem fuisse, res à te in Peloponneso gestę manifestant: vbi innumerabilibus Turcarum equitibus in Christianorum exercitum turbatum iam, trepidatēq; irrudentibus (qui omnino nisi à te repressi, reiectiq; fuissent, magnum postis incōmodum illaturi erant) non magno, veteranoq; cū exercitu, vt Alexander, sed per paucos cum peditibus in fugam iam coniectis, & à te retentis, tuaq; presentia, & fortitudine confirmatis, spē tua te opposuisti, & longe illorum plurimis interfectis, reliquos in fugā coniecisti, penitusq; profligasti: itaq; Christianorum exercitum summum iam in periculum adductum, & in fugam iam conuersum confirmasti, cōseruasti q; talem omnino te prestitisti, vt eorum, qui pugnantem te conspexerunt, nulli dubium esse posset, quin si vnquā exercitus ductandus, magnaq; bella gerendi occasio tibi oblata foret, bellicam Alexandri gloriā equaturus, & superaturus etiam esses. At pares quę dicte sunt virtutes in vtroq; vt sint, puriores certe in te splendent: neque. n. (quod in illo passē interdū sunt) ab immittis vitijs in te obscuratę sunt vnquā. Et nequaquam (vt ille) DEOS tu colis ab hominibus effictos, multisq; obnoxios vitijs; sed DEVM veneraris, Cęli, terręq; conditorem, & qui vnigeniti filij sui morte humanum genus seruari substituit; sanctissimq; eius precepta summa obseruas cum religione. Minus etiā generis claritate ab Alexandro exuperaris. Siquidem Carthagenorum Familia multis iam sæculis plurimorum, magnorumq; Principum coronis, & Regio etiā Diademate effulget. Nam tuus ille Stephanus Sardinie Regnum Regio cum titulo obtinuit, diuq; possedit; & plurimorū, magnorumq; factorum antistitū puniceis pileis, & Pontificia etiā corona exornata est: vt ambigere non liceat, quin generis etiā claritate nihil ab Alexandro exupereris. Quoniam igitur Alexandro collatus, nec generis claritate, nec vllis animi bonis inferior videri potes: age commētarios notros, propterea imprimis tibi dicatos, quod Alexandro si quidem fortuna, imperioq; nō certe & ingenio, iudicioque, nec vel magnitudine, vel alijs vllis animi bonis ab illo exuperaris, quin in multis tu illum exuperas, libens suscipe. Et si Aristotelis voluminibus, quę tantis Alexander premijs, tantoq; digna existimauit honore, nihil deteriores tibi visi sint; & nostri mores, nostrumq; ingenium, quod penitus tibi perspectum sit oportet, nihil me vnquam (cuiusmodi Aristoteles erga Alexandrum fuit) tuorum erga me beneficiorum immemorem, ingratumque futurum suspicari sinent: non quidem vt non minoribus premijs nos prosequaris rogamus (quę scilicet à presenti fortuna tua expectari non possunt, & quę nulla à te expectamus, satis, superq; à benignitate tua ditati) sed vt non minore me prosequaris beneuolentia, & (quod hactenus strenuē fecisti) Peripateticorum iniurias, calumniasq; repellas. Nihil omnino, quàm Aristoteles Alexandro fuit, me tibi minus carum, neq; in minore, quàm ab illo habitus fuit, nos à te in honore haberi homines intelligat. Hoc verò, vt prestes, percipimus, & summo opere te rogamus. Vale, o presidium, & dulce decus meum.

INDEX
INDEX COPIOSISSIMVS.
EORVM, QUAE HOC IN
OPERE CONTINENTVR.
LECTORIBVS STUDIOISIS NON SOLVM
 per vtilis, sed necessarius, alphabetico ordine digestus.



A	
B	aliens ignem moueri Arist. 101. 2. phy. tex. 61. pag. 160
Ab	incorporea, immortale anima frigus excitari non posse. 205
Adamas	quomodo sit. 26
Ad	mixtorum compositionē neque aerem neque ignem afferendum. 131
Adolescentes	à Phrygiabine in furorem actos. 310
Ad	primariam corporum constitutionem substantiam nullam, sed calorem frigusque Arist. allatum esse. pag. 69
Ad	proprias positiones respicienti Arist. duo mundi principia cælum & terram videri debuisse. 123
Aerem	à Sole nullo pacto conteri posse. 140
Aerem	decuplum Perip. videri. 98
Aerem	& aquam coloris expertes non esse. 306
Aerem	& ignem nec maxime calidos, nec prima corpora videri posse. 108
Aerem	calidam & siccam Hypocrati visam. 114
Affectuum,	operationumq; mensuram spiritus conseruationem oportere esse. 363
Affinitas	temporis & motus. 49
Agentis	principij rerum conditionis non recte Arist. conseruetas & duplex illud alterum Solem alterum terram ponendum. 137
Albedo	quādo dicatur lux, & quādo differat à luce. 5
Albedo	fauces solis. 5
Alexandro	cælum animalium ritu ex anima & corpore constare, & ob alicuius appetitum moueri, & perperam vtriusque. 167. 168

Aliam	à spiritu & semine educta hominibus in se subflantiam. 178
Amor	erga prolem incredibilis. 214
An	anima corporis forma sit. 185
An	cælum & Sol à propria substantia calefaciat, et moueatur. 139
Anguillis	& serpentibus vitę principium in caudis. pag. 277
Animal	è corpore & spiritu neruoso compositum. 10
Animam	nec sentire nec intelligere quod formas suscipiat. 341
Animi	illius voces aeris motus esse. 309
Animal	non vnum idemque ens. 181. 182. 183
Animam	è corpore eductam, nec vnam corporis nec diuersas illius portiones, formas esse. 134
Animam	à Deo immixtam spiritibus à semine educta & corporis formam incorpoream immortalemque esse. 179
Animal	cur in masculinum feminamque diuidendum sit. 250
Animam	à semine eductam, vnam, eandemque corpori in vniuerso, vt propriam formā indi non posse. 218
Anima	unde creata & eius proprietates. 332
Anima	sensitiua qualis sit. 230
Animam	non quomodo Arist. placet sentire. 281
Animam	sensitiuam Arist. & affectus corpoream videri. 213. 224. 225
Animam	è semine eductam non vno in corde, sed in neruoso genere vniuerso habere. 209
Animal	è vitę more gubernari videri ibidem.
Animam	quomodo sentit et quomodo bona et proua. 275
Animalium,	plantarumq; constitutionem indagantiam esse. 137

I N D E X

Animam Arisl. in rationale & irrationalem diuisam.	386
Animata sponte ortu quomodo constituantur.	274
Animata constituta, optime constituta esse.	255
Aniqui sibi ipsi omnium consili.	1
Aphrodisiacus sibi ipsi dissensit.	255
Aphrodisiacus consumitur.	141
Aphrodisiacus humiditas dulcis, siccitas amara videtur.	288
Apollonius lucis defectionem eclipsim vocat.	149
Aquam & mare e terra a Sole fieri.	17. 18
Aqua calida pax.	12
Aqua super terram superficiem fluens, aut in eius cavitatibus oclusas non esse elemeritum.	107
Aque humiditatem separari a matre a Arist. fieri.	336
Aqua calidior, leuior, frigidior grauior.	52
A quibus efficiatur, commoueturque spiritus.	362
A quo & quali materia animalia, & plantae constituntur.	35
Arent, squalentque, vltra Tropicum omnia.	133
Aridum quid sit.	37
Arist. mundum suum arbitrari composit.	60
Arist. concordat cum Telesto in soni, & audientia natura.	310
Arist. principia tria visa esse.	76
Arist. positiones deferre summum scelus apud Peripateticos.	141
Arist. sibi ipsi contradicit.	90. 54
Arist. & Peripat. rationes quibus spatium a corporum mole diuersum dari non posse astruunt exponuntur.	40
Arist. rerum principia inuestigant priuationem, vt ignobile contrarium, et, vt ens agensque positum esse.	80. 81. 82
Arist. parum propriorum decretorum memoret Deum quodammodo inerte incusare videtur.	169
Arist. natura & sensus aduersatur.	92
Arist. cordi vt propriam formam indat animam.	184
Arist. rationes quibus quodcumque mouetur ab alio moueri suadet.	158
Arist. sapientie Dei aemulator.	60
Arist. secum pugnant ad primorum corporum constitutionem duplicem vniuersi oppositionem.	88
Ambrosius terra inuitur.	200
Aura bilis autumnus plurima sui Hippocrati.	115
Audiat quomodo sit.	107
Auerroes consumitur.	142
Auerroes Arist. obstrictus.	155
Auerrois ratio infirmatur qua calorem luci abnegat.	155
Auerrois & aliorum opiniones s. lucem calidam, & solis propriam esse.	157
Aurum quamuis in profundiori parte terrae a sole esse seclum.	32
Aurum siccum, & frigidum Hippocrati.	114

B

BEATA & temperata aequinoctialis plaga.	138
Beati natura probi.	400
Bilis aetate occupat corpus Hipp.	115
Bona entia, quae.	399
Bonae animae facultates vel praeuiae naturae esse.	391

C

CALOR vnius tenuitatis opifex & albedo coloris & nigredo quae spectatur in entibus est species materiae.	12
Calor opifex calis.	8
Calor incorporeus.	6
Calorem a sole aere in contentis non fieri.	143
Calor, frigus, siccitas, humiditas, quattuor prima corpora constituunt Aristoteli.	86
Calorem, & frigus non substantias quod in utroque sibi ipsi opponantur.	7A
Calori siccitate coire non posse, nec frigori humiditate.	93
Calori & frigori in se communem facultatem generandi.	9
Calorem sui natura mobilem.	4
Calorem a solis motu eiusque luce fieri Aristoteli.	153
Calorem, frigusque eidem subiecto non indendū.	154
Calorem, & frigus rerum omnium principia agentia.	5
Calorem motu dignorem.	13
Caloris operatio.	ibid.
Calorem praecedere motum.	ibid.
Calorem & frigus substantias.	ibid.
Calorem in se lapidi.	ibid.
Calorem non substantiam sed accidens.	66
Canon, quoque vno vniuersum a calore & frigore remanet, & dissimulari, e terra constituta sunt dignosqueant.	24
Carnosum genus quomodo constituitur.	232

Castis

I N D E X

Castitas, & vitia ei opposita.	371
Cause quibus Peripat. terra descensus concitacionem attribuunt, & earum nulli attribui posse.	55
Cerebrum natura sui immobile.	194
Colorum materia quae sit.	307
Colorem proprium visus Arist.	304
Caelum & terram prima mundi corpora.	18
Caelum igneum.	6
Conclusiones naturales mathematicis praestare.	318
Cordi ut propriam formam animam indi non posse.	221
Cordi vni animam exilire omnem Arist.	216
Cor neruorum principium.	204
Corpus animae organum.	228
Corpus duplex.	40
Corpora animalium, quomodo ab anima Arist. moueantur.	20. 22. 23.
Craffines quid sit.	27
Cur cor, & pulmo corpori indendi, & cur aer in spiribus randus.	238
Cur corpori eueniunt quae merore, aut latitia affecta huiusmodi animae euenire apparent.	215
Cur entium multorum dispositio & species nec sibi ipsi, nec calori inexistenti congruunt a quo fiunt.	23
Cur mundus quomodo constitutus est constituendus fuerit.	15
Cur quae plantis euenire visa sunt, eueniant.	261
Cur quae in timore, iracundia, verecundia eueniunt, eueniant.	214
Cyprijs in fornacibus pyraustas nasci.	253

D

DAMON dorico canu sedat insana peragens res.	310
Deus caelum, & terram e nihilo creauit.	16
Dei potentiam non inquirentiam.	15
Dei aemulatus potentiam sapores constituit Arist.	286
Decuplam terrae aquam, & ei suppositam Peripatet. videri.	97. 103
Definitio motus simplicis.	42
Deus ingenium spiritui indidit.	211
Deum Opt. Max. vni orbi includens Arist. mouens dique tantum vnus ei attribuens, iners deprehenditur.	170
Differentiam caloris percipi non posse.	23
Differentia caloris a solumis prunarium.	22
Diuersam videri cognicionem, quod diuersa comparatur similitudine.	320

Diuersum a sole calorem fieri, quod eius lux diuersa fiat.	152
Dolor quid sit.	277
Dulcem, amarumque, saporum extremos non esse.	289
Duplicem agentem naturam primorum corporum situlis Arist. indianam.	94. 95
Durities duplex.	30

E

ECHO quid sit.	308
E diuerso hominis dolore a pluribus eum agentibus naturis constare minime colligi.	115
E feminis mares facti.	268
Efficientem rerum causam perperam inquisitionem & obliquae solis latitanti assignatam.	136
Empedocles.	122
Entia mobilia ad motum adendum immoto nullo opus habere.	201
Entium descensus ab ipsorum materia concitari.	56. 57.
Entium virtutem eorum esse puritatem.	391
E primis corporibus vt Arist. placet reliqua constitui & mixtionem fieri prorsus non posse.	126
Equus generosus.	227
Euclides Geom. clarissimus.	317
Exanguis animalis partes priusquam sanguines fieri mari, & a semine masculino constitui.	229
Exemplum ciuitatis & principis.	210

F

FERRVM sepius fusum fundi amplius non potest.	130
Fluores tenuiores qui sint, & craffi res a quibus fiunt.	33
Fluores ex sanguine quomodo in osteum genus illas habentur.	246
Factu ab anima masculino semini inexistente constitui non posse.	271
Formas inter se contrarias magis, & minus suscipere.	73
Formam cogitativam nusquam Arist. esse. tan su se.	317
Formam contrarij nobilioris loco, priuationem magis nobilioris Arist. positam esse.	78
Fontes & fluius a quo mari saltes.	19
Fortitudo & vitia ei opposita.	372

§ a. Eris

INDEX

Frigus incorporeum. 6
Frigus ut calor agens animalium principium minimè porendum. 116
Frigoris species nusquam conspicua. 25
Frigus natura sua immobile. 4. & 30
G
GALENO visio quomodo fit. 302
Galeno quomodo placet visionem fieri non posse. 303
Galeni testimonio cor e vltimis ademptum, vti que impostum, eas superuivere donec profluuiis sanis quibus morerentur. 212
Galenus viam spiritus optime docet Geometria exquisissima. 316
Gemma quomodo fiunt. 27
Generatiua anima quomodo Arisl. constituitur. 272
Genitale membrum cur, & quale masculo & femine dandum fuit. 252
Glaciem calidam esse. 12
H
HILARITATE nimia spiritum corrumpi. 213
Hippocrates et quibus principia agentia, & elementa rerum omnium colligat.
Hippocrati, ventres hyeme calidissimos uideri. 122
Hippoc. medicine parens. 70
Hippoc. incusatur. 119
Hippoc. male concludit ex elementis omnia composita esse. 120. 21
Hipp. annum in quatuor partes male diuidere. 122
Hippoc. non quia humiditate, siccitateque aucti homo dolet agentes, & animalium causas ponere debet. 117
Homo que cognoscit, differre ea inter se cognoscit. 324.
Humores a calore gigni. 119
Humiditas, siccitasque minus aucta generationem impediens, non ideo eius causas agentes ponendas. 118.
Humiditatem, & siccitatem Aristote. omnino possiduas. 91
Hyemem corpus pituita replere Hippo. 114
Hyemem siccam, & frigidam Hipp. ibid.
I
IECUR cur corpori indendum & e sanguine confluendum. 235

Iecur ac cor calidum. 221
Ignis & solis diuersum colorem. 62
Ignem summe terre oppositum, & contrarium esse, & talem Arisl. ponendum. 112. 113
Imaginante intelligenti, & sibi ipsi intelligentem, omnem eandem esse. 335
Imanes positus rationes, que natura mouentur a seipsis moueri. 64
Infantem annorum trium magnitudinis medietatem, alteram annorum 15. habere. 247
Infantes, vermes, muscas non imaginari. 325
In mediarum regionum nullis nullum esse Ver, nec Autumnum. 122
In quibus agentia corporum principia inculandus videtur Arisl. 87
Insignes crassitie ad tenuitatem progredientis immunitates que sunt. 31
Insipientia quid sit. 369
Intellectus potentia agentem ut propriam formam Arisl. accedere, & humanam animam propria natura intelligentem esse. 344
Intellectus non a sensu diuersus quod singulare intelligit. 229
Intellectum in hominem corpus elatum veluti in scoporem deiici. 345
Intellectus vnus ne sit an plures. 346
Intellectum a sensu diuersum, non indendum homini Arisl. fuisse. 326
Intellectum Arisl. potentiam esse, & ubi intelligit possi. 338
Intellectum actu potentia, is facit qui actu est. 342
L
LEONEM generosum esse. 227
Liberalitas & vitia ei opposita. 379
Liber, x. Arisl. de celo citatur cap. 1. quo intendit probare celum non igneum esse. 47
Linearis figura demonstrationis expositarum. 151
Locus quid sit. 36
Loci descriptio. 53
Lucem, proprium visus esse. 305
Lucem conspecta omnium colores spectari posse. 293
Lucem colorari coloribus quos attingit. 292
Lucem e densis, in qua insit, resilire. 145
Lucem a quibus resili, & ab ijs que subit, rectos subire angulos. 146
Luceum

INDEX

Lucem a se ipsa resurgere. 147. 48
Lunam immorem terra. 175
Lunam, & stellis a sole lucere. 64
M
MAGNIS & eius proprietis. 10 166
Magnitudo maris, & terre. 19
Magna immunitas grauius quam preteritum, spiritum turbare. 215
Mare elementum aque Arisl. visum non recte ei elementum positum. 104
Mare nullis e fontibus oriri Arisl. videri. 99
Mare natura dulce. ibid.
Masculinum semen nulla pars factus fuit Arisl. 264
Materie dispositiones eorumque diuersitas ut innorescat quomodo differant inquirendum. 29
Materie molem neque minus, neque augetur. 8
Materie dispositionis diuersitas non percipi sed melius quam calor distingui. 28
Materiam ad generationem a femina conferri. 263
Mearum seminarium testes subire. 266
Mortem e sensu, e memoria experientiam ex experientia cognitionem oriri. 325
Mens auctoris cur scripserit. 28
Mobilis agentia ad motum adendum in moto externo, animalia vero interno Arisl. opus habere. 193
Madi quibus non calidi lux calefaciendi viribus donata Aristotelici videatur. 153
Masticam principij immutationem ad motum diuersitatem satis esse non posse. 207
Molestiam, suum & sitim appellari. 237
Molitiem duplicem. 30
Mortem, que a cetera anima vehementer affecta sequitur, nulli corporis per se olla declarare. 212
Mortis a seipsis diuersos male, Arisl. videri esse, ibi esse de natura, et via eandem esse operari. 58
Mortem que natus, in id quod est, mutationem actu esse, & eandem que generationi & alterationi motui ad locum congruere rationem Ar. visum esse, & perperam videri. 163. 64. 65
Mortem animam vno in corde Arisl. collocari. 258
Motus celi continuos, & vniiformes. 44
Momenta virtutem, que. 395
Mulier que natus non concipit, & que concipit cur commissa cuius viro non concipiat. 253
Mundum a Deo Opt. Max. & non ab eterno, sed

suo in tempore creatum. 174
Mundi consuetudinem, & naturam quomodo inquirendam.
N
NATURA appetentis virtutem, et vtili 392
Naturam motus, & immobilis principium. 30
Naturam sensu & sibi discors Arisl. calor i siccitatem & frigori humorem copulat. 93
Nec intellectum agentem, nec formas a sensu percipi. 343
Nervosus genus quomodo constituitur. 190
Nervosa corda exoriri. 204
Nihil inferre Perip. rationem qua, que communem materiam formata sunt entia, vel a nullo passa contrario corrumpi ostendunt. 45
Nivem calidam esse. 12
Nobis omnia Dei consilia perscrutari non licere. 176.
Non inquirendum, quo qualis est, sit constructus mundus. 14
Nouus soni cur spiritum oblectent. 311
Numerum, motum, mansionem quomodo intucatur spiritus. 300
Num que prima corpora Arisl. ponuntur, prima cetera in proprijs singulorum viribus, magnitudinibus, inspicendum esse. 96
O
OBIRAM perire nonnullos. 215
Obliquam solis rationem rerum efficientem causam Arisl. 13
Obliquum sui Arisl. imaginationem homini indendum statu esse. 337
Ocellus primus quatuor, elementorum inuentor. 123
Oculi constructio. 293
Oculorum tunicis spiritum incere. 294
Olor quid sit, & quomodo eum spiritus percipiat. 289
Olores, & sonos, & sensilia reliqua in cerebro percipi. 189
Orophagi spiritus quomodo cibos in ventriculum atque trahit. 242
Osteum genus quomodo fouetur. 244
Qua iam dura quomodo liquidiora fiunt. 23
Qua calore in pullos agi. 223
Qua si mo supposita in pullos agi ibidem.

Passiones

I N D E X

P			
Passiones quibus afficitur spiritus .	379	mo ignem humidum esse .	109. 111
Peripatetici nonnulli calorem frigusque subtilitas non esse astruunt .	47	Quae entis conditio, entis virtus ponenda .	119
Peripatetici incusantur quod nusquam vacuum apperere dicant .	36	Quae facultas .	365
Perip. substantias contrarias inter se negant .	72	Quae nam aquae moles, vniuersas aquae Arist. visum sit .	99
Perperam Arist. aeternum visum caelum, aeternoque motu utatur metu, incorporantem ei indit .	172	Quae naturae substantiae, & formae Perip. dicuntur, ac nonnullorum rationes quibus calorem & frigus esse negant .	64. 65
Perperam Perip. quosdam sentire qui negant mare elementum aquae Arist. positum, & sic ei visum esse .	101	Quae plantae nascuntur, et occidunt. euentum .	260
Perperam Arist. inquisitum an mundus sit ingenuus an a Deo factus .	173	Quae loco inesse Arist. possum sunt non recte omnia posita nec continentium corporum superficiem locum esse decretum est .	39
Perperam Arist. e tali excessu quo reliqua corpora exuperat non igneum, id stellasque astruit .	60	Quae lux & cur spiritum offendant vel deleat .	300
Perperam Arist. ignis, terraque naturas inquisitas, & Phoenicem incorporat praue Perip. positum esse .	226	Quae vniuerso in corpore sentiuntur .	283
Philoponus cunctur .	70	Quibus & a quibus reficitur spiritus .	351
Plantarum partes quomodo enascantur .	257	Quibus in terris frigidis crassae .	355
Plantarum corpori animam inesse .	258	Quibus in terris quibusque in corporibus moderate calidi .	354
Plato principium aquarum ponit fontem .	100	Qui calor, quam tenuitate quamue puram, e quali educat re .	354
Plato incusatur .	12	Qui calidus est, non perpetuo & tenuem etiam et purum esse spiritum, & quales esse possit inquirendum .	351
Platonis opinio iuxta mundi constructionem .	176	Quid sit tempus .	42
Primum mouens immobile oportere esse Arist. docet .	162	Quis calor, quibus e rebus, quem educat tenuitas tem .	34
Principem spiritus portionem in cerebri ventriculis locandam fuisse .	191	Qui quantusque calor, quae consistat entis inquiri non debere .	28
Principia rerum quot sint .	7	Quomodo constituantur plantae .	259
Prius materiae addita veterum dubitationem diluit Arist .	84	Quomodo anima e semine educata corpori insit .	180
Ptolemaeus Geom .	117	Quomodo calor diuersis agentibus quod eius actio nes frigidas interceptat alia constituat entia quam si idem perpetuo agat .	21
Puritas ab igne amotis interire .	255	Quomodo omnia in situ nobis opposita spectentur .	297
		Quomodo sapor anima Arist. sentiat .	285
		Quomodo spiritus corpus commouet .	197
		Quomodo vno a solis calore tot constituatur entia .	20
		R	
Qualem esse oportet, quae animalis corpus commouet substantiam, & spiritum esse nervoso generi inexistente .	191	Ratiocinationem Arist. circa animalium motum vanam & falsam .	204
Quatuor ipsa elementa mutuo in seipsa Arist. inveniuntur omnia .	224	Rationes quibus secunda entia e primis corporibus composita astruit Arist. infirmas esse .	128
Quae e terra vniuersa quiete .	51	Rationes quibus Arist. caelum igneum non esse asserit .	47
Quae & quibus, cum in externis tum internis corporis partibus animal sentiat .	186		
Quae e descendens terrae magnitudine et e descensus concinnatione .	55		
Quae ex Arist. humida, siccaque habentia ex eo sumuntur .			

Rationes

I N D E X

Rationes quibus Arist. probat terrae partium descensum, proprium naturaeque terrae esse motum .	11	Semen faecineum non esse sanguinem menstruum .	267
Rationes virtutis, disciplina morales consuetudine comparari Arist. videri .	338	Semen masculinum non agere principium .	268
Rationes, quibus Peripatetici, nonnulli caelum non moueri a calore astruunt reijciuntur .	63	Semen quomodo in exanguis res agitur .	231
Rationes quibus vniuersale a sensu confici & perfici Perip. negant reijciuntur, & vniuersum a sensu operari declarantur .	127	Semen quid sit Arist .	263
Rationem quae terrae partium descensu terram natum moueri Arist. suadet infirmam esse .	11	Semis natura & dispositio .	230
Rationes quibus Arist. motum animam incorporatam statuit reijciuntur .	198	Sentientem animam nec sensorum, nec viscerum, nec nervosi generis naturam sed spiritum omnino esse nervoso generi inexistente .	188
Rationes cogentes quibus aqua omnis calida demoratur .	105. 6. 7. 8	Sentientem substantiam imaginanti eandem esse .	124
Rationes quibus Arist. mundum ingenitum, aeternis que fuisse astruit .	172	Sentientem animam omnino incorpoream nullaque sua biclo inhaerere Perip. visam esse .	222
Recte a sensu & esse & quae quotae sunt prima corpora habendum visum Arist. a sensu sequuto duotantum videri debuisse .	89	Serpentes corde extracto super viuere .	233
Recte rerum naturam & similitudinem & dissimilitudinem ab earum operatione colligendam Arist. visum .	49	Seculi maris profunditas .	19
Reijciuntur Arist. rationes quibus appetentis virtutes consuetudine comparari declarat .	396	Signa quae orbis solemque igneum non esse persuaserunt Arist. orbis ea, solemque igneum esse manifevellare .	61
Res frigidas albidissimas, calidas vero nigerrimas appetere .	11	Simplicia corpora omnia non ab alijs naturis quam a calore & frigore constituta .	68
Robur mouentis & quiescentis equalia esse debere .	200	Simplicia eorumque naturas mixtis simul inesse non posse .	132
		Singulis corporibus naturam vnamque summam ab Arist. nudam esse .	96
S		Sobrietas & vicia ei opposita .	370
Sanguineas animalis partes a semine faecineo constitui .	229	Sola quo constituitur .	4
Sanguinem menstruum in animalis partes agere non posse .	271	Solertia & vicia ei opposita .	370
Sanguinis natura & dispositio .	230	Solem accedentem quem rationis causam non esse, nec recedentem corruptionis, vi Arist. placet .	148
Sanguis ad cor delatus sanguinem reficit .	248	Solem duplici motu moueri .	171
Sapientia quid sit .	367	Sol velocius orbe moueri videtur .	63
Sapor quid sit .	284	Sonorum quantitas & substantia quomodo percipiatur .	312
Sapores ciborum naturae .	186	Spatium quid sit .	36
Scientiarum omnium & Geometriae principia a sensu haberi .	316	Spatium quomodo intuetur spiritus .	299
Secunda entia e quatuor primis corporibus simul inexistentebus non consistere, & aquam primum corpus non esse .	133	Spatium incorporeum .	40
		Speciem irasibilem in corde, appetitoriam in iccinore esse .	184
		Spiritus quomodo inter se differat .	316
		Spiritus quomodo sentiat & quid sit sensus .	275
		Spiritus nervoso generi cur indendus .	233
		Spiritum in cerebri ventriculis esse motum declarat .	210
		Spiritus quomodo succos vasis inexistentes e quavis ipsorum parte in quamvis agit .	197
		Spiritum sui ipsius conseruationem appetere .	360

Spiritus

I N D E X

Spiritus imaginari & remissus? 314
 Spiritum, rerum quas sentias similitudinem & diuer-
 sitatem sentire. 313
 Spiritus portiones omnes vniuersi finis arbitrio, & ab
 ipsa omnino moueri vniuersitate. 195
 Spiritus inter se quomodo differant. 349
 Spiritus cur de se agatur dum intelligit, & cur decipit-
 tur. 319
 Stellas omnes à calore constitutas. 5
 Stelle omnes, & solarem continens calorem pignit
 Arist. 139
 Substantiam ratiocinantem à sententia diuersam mini-
 me ponendam. 334
 Substantiam, quae sentit in homine ratiocinari, & a-
 nimalia reliqua non omnino ratiocinationis experi-
 tia. 331

T

Tachia quae dicuntur. 82
 Tangibilem corporum materiam à duobus tan-
 tum deinceps primis contrariis Arist. placere. 85
 Temperari interitus apoplexia animae deliquit & sens-
 uis declarat spiritum esse in cerebri ventricu-
 lis. 213
 Tenebrae cur spiritum offendant. 301
 Terra à quo constituitur. 2
 Terrae species nobis incognitas. 3
 Terram in plantas agi. 260
 Terram, quae agitur in solem summum patitur ma-
 lum. 361
 Terra immobilis. 12. 51
 Terra in medio caeli locata. 16
 Terra sphaerica facta. 16
 Terra minor sole & stellis. ibid.
 Testes ad generationem necessarios non esse, Arist. vi
 detur. 262
 Testudines corde extrorsum super viuere. 212
 Theophrasti opinio circa iracundiam. 215
 Timucus inuiscens. 12
 Tunica sola cordis reperta in Illustrissimo viro. 212

V

Vaporet è mari in iugum Apennini elatos dulces
 fieri. 11
 Vasa interiecta sibi tar corpori indenda fuere. 240
 Ventriculus venterque quales sunt. 236
 Ver calidum & humidum Hip. 114
 Vere & astate distenteris homines arripit Hip. 115
 Vesica felles, lien, renesque cur corpori indenda fue-
 re. 219
 Veteres à veritate aberrasse. 85
 Via lactea. 5. 62
 Vina ex albis uuis expressa & alba diuinit cum suis
 proprijs corticibus concocta fieri punicea. 27
 Virtus, quae sit & in qua diuidatur. 365
 Virtus quando fortitudo. 366
 Virtutes animae quamuis plures sunt rationales esse
 omnes. 386
 Virtutes vniuersae non habitus vt Arist. placet, sed fa-
 cultates. 397
 Virtutum, nec scopum nec numerum recte ab Arist.
 positum. 400
 Virtutes animae quae natura & quae disciplina compa-
 rate dicendae sunt. 389
 Virtutum numerum, è facultatum quae offeruntur, or-
 peranturque numero habendum esse. 363
 Viscera quomodo constituantur. 232
 Visionis ratio manifesta, vt sit ingenium lucis inspis-
 randum. 291
 Visionem non in vniuerso oculo, sed in vna eius parte
 fieri. 295
 Viuere quae dicuntur. 216
 Voluptas quid sit. 277
 Vt calor & frigus animae in corde fiant, & nerua ex-
 tenduntur, non itcirco animalia moueri pos-
 se. 206
 Vteri calorem factus opificem esse. 273
 Vteri vires & fetus. 230

F I N I S.

BERNARDINI TELESII
 CONSENTINI

DE RERUM NATURA IUXTA
 PROPRIA PRINCIPIA

LIBER PRIMVS.

MUNDI CONSTRUCTIONEM, CORPORVMQ.
 in eo contentorum magnitudinem, naturamq. non ratione, quod
 antiquioribus factum est, inquirendam, sed sensu perci-
 piendam, et ab ipsis habendam esse rebus.

P R O O E M I V M.



VI ante nos Mundi huius constructionem, rerumq. in eo
 contentarum naturam per scrutati sunt, diuturnis qui-
 dem vigilijs, magnisq. illam indagasse laboribus, at ne-
 quaquam inspexisse videntur: quid enim ijs illa innotuisse
 videri queat, quorum sermones omnes, & rebus, & si-
 bi etiam ipsis dissentiant, aduersiq. sunt? Id verò propterea ijs euenisse
 existimare licet, quòd nimis forte sibi ipsis confisi, nequaquam, (quod
 oportebat) res ipsas, earumq. vires intuiti, eam rebus magnitudinem,
 ingeniumq. & facultates, quibus donat & videntur, indidere. Sed veluti
 cū Deo de sapientia cōtendentes, decertant esq. Mundi ipsius principia,
 & causas ratione inquirere ausi, & quae nō inuenerant inuēt a ea sibi esse
 existimantes, volentesq. veluti suo arbitratu Mundum effinxere. Itaq.
 corporibus, è quibus constare is videtur, nec magnitudinem, positionem-
 que, quam sortita apparent, nec dignitatem, viresq., quibus prae dicit & vi-
 dentur, sed quibus donari oportere propria ratio dictauit, largiti sunt.
 Non scilicet eò usq. sibi homines placere, & eò usq. animo efferri oportebat,
 vt veluti natura praecuntes, & Dei ipsius non sapientiam modo, sed
 potentiam etiam affectantes, ea ipsi rebus darent, quae rebus inesse intuiti
 non forent, & quae ab ipsis omnino habenda erant rebus. Nos non adeo
 nobis confisi, & tardiore ingenio, & animo donati remissiore, & huma-
 na omnino sapientia amatores, cultoresq. (quae quidem vel ad summum
 peruenisse videri debet, si quae sensus patefecerit, & quae è rerum sensu
 percepta-

perceptarum similitudine haberi possunt, inspexerit) Mundum ipsum, & singulas eius partes, & partium, rerumque in eo contentarum passionum, actiones, operationes, & species, intueri proposuimus. Illa enim recte perspecta, propriam singula magnitudinem, haec vero ingenium, viresque, et naturam manifestabunt. Vt si nihil diuinum, nihil admiratione dignum, nihil etiam valde acutum nostris inesse visum fuerit; at nihil eat amen vel rebus, vel sibi ipsis repugnent unquam; sensum videlicet nos, & naturam, aliud praeter ea nihil sequuti sumus, qua perpetuo sibi ipsi concors, idem semper, & eodem agit modo, atque idem semper operatur. Nec tamen (si quid eorum, qua nobis posita sunt, sacris literis, Catholicae Ecclesiae decretis non cohareat) tenendum id, quin penitus rejiciendum asseueramus, contemnimusque. Neque enim humana modo ratio queuit, sed ipse etiam sensus illis posthabendus, & si illis non congruat, abnegandus omnino, & ipse etiam est sensus.

SOLEM A CALORE, TERRAM A FRIGORE, CONSTITVTAM esse, & quae agendi operandique facultates, speciesque, & dispositio soli indita sunt, a calore, quae vero Terrae, a frigore inditas esse omnes; & cutia omnia a caelo Terram oppugnante in ventisque constituta esse.

CAP. PRIMVM.



QUONIAM, vel adeo a Terra amotus Sol, summum in ea assidue effundit calorem; & per Coelum conspectus nullis obsitu vaporibus, per quale ipsius species spectanda omnino est, longe conspicitur candidissimus, longeque rapidissimus, & nunquam cessante circumuoluitur motu, & ut existimare licet, bene etiam tenuis est; siquidem ens nullum prorsus, cui quantulauis insit crassities, sese in sublimi sustinendi, motumue vllum adendi potens est; sed, vel flammam ipsam dum non in summam, proindeque inuisibilem in eam omnino acta sunt tenuitatem, quae caelo inest vniuerso, nunquam, quod summum appetunt, sursum efferuntur, nulloque commouentur motu; & candor nullus prorsus crassitiei coire apparet vsquam, sed vel qui ipso emanat a Sole bene etiam tenues permeans vapores, impurari ab ijs, ad nigrumque agi, & a paulo crassioribus penitus etiam obscurari videtur: Terra contra, ubi a Sole non rejicitur ipsius vis, magnum effundit frigus, (neque enim non Terrae, sed aquae frigus sit, quod aquas omnes gelat, compingitque; a propria nimirum dimouet, & ad Terram agit dispositionem, & quod, si vehementius fiat, diuturniusque ipsam in terram illas agat omnes) & longe est crassissima, nulloque vniquam commouetur motu, & ut existimandum est, longe obscurissima, longeque tenebrosissima, ea scilicet specie donata est, quae solis candori penitus contraria, & si non aequae, paulo certe minus agens, minusque robusta sit: Nam quae reliquis nostris in entibus, & in superma etiam terra penitus iam a robustiore sole demicta, & aliud acta in ens, spectatur nigredo, huiusmodi & entis, quod natura, dispositioneque, & operandi facultate penitus soli contrarium sit, videri non potest, & alterius eam esse naturae sequens manifestabit sermo. Quoniam omnino calidus, tenuis, candidus, mobilisque est Sol, Terra contra, frigi-

tra, frigida, crassa, immobilis, tenebricolaque; (liceat quoniam eius species nobis ignota est, itaque nomine adhuc caret, tenebram eam appellare, cuius nimirum speciem solis candori contrariam, & sese effundendi potentem esse, imaginandum est) & sol non alias sui ipsius condiciones, sed vnum modo effundit calorem; nam candor qui cum calore ab illo aduenit profundiores Terrae partes, quas nihilo segnus quam superiores immutat sol, subire nequit prorsus, & nequaquam res a calore sciuncta, & alius a calore, sed si non calor ipse, ipsius certe species, & veluti facies est. Id vero, & in commentario de coloribus satis est, ut videtur, declaratum: & qui nigris, obscurisque rebus summo a calore correptis, penitusque exuperatis, puras scilicet in flammam actus, inditur candor, manifeste declarat, qui nimirum necessario calori attribuendus est. Quoniam igitur vnum calorem in Terram sol emittens, non frigus modo, sed crassitiam etiam, tenebramque, & immobilitatem ex ea deturbat, & non propriam modo naturam, sed tenuitatem, candoremque, & mobilitatem ei indit: itaque quas eius portiones penitus exuperat, in calidissimos, tenuissimos, beneque mobiles vapores, & ipsum etiam in ignem, ipsum scilicet in Coelum, solemque agit in ipsum, eadem enim, qua Coeli natura, dispositio neque, & species, praeter ea, & operandi facultate vapores donati cum sint, sibi ipsi si vniantur, itaque continuum coeant in ens, quin Coelo id quam simillimum, & idem prorsus Coelo fiat, ambigere non licet. Et ignis, qui praesertim in pura accensus est tenuitate, si non aequae soli, at bene calidus, tenuis, candidusque, & mobilis, immutata scilicet quidem, at eadem certe, qua sol natura, dispositione, specieque, & operandi facultate donatus, cum sit, non cognatus modo, longeque soli simillimus, sed si non idem prorsus, eo certe tantum ab eo differens videri potest, quod solis moles tenuior est, & copiosior inditus est ei calor. Propterea n. flammam a rebus, quibus adherent, non euolant, & quod summo opere apperit, & tenuia, calidamque, etiam promptissime operantur omnia, sursum se ipsas non efferunt, & nullis omnino commouentur motibus, quod visiles, lucidaeque, dum sunt, crassiores sunt, quam, ut inexistens calor euehere eas queat; idque inde intelligitur, quod tenuiores, proindeque & inuisibiles factae, tenuium entium omnium ritu, sursum & ipsae efferuntur. Quoniam n. flammam, quae nutrimento absumpto perierunt, in non ens abiisse existimare non contingit, in summam, proindeque, & inuisibilem tenuitatem actas, & ab insidente calore sursum elatas esse, necessario existimandum est. Cur n. adeo tenues factae, & exili quidem, at igne certe donatae calore, non & ipsae, (quod vapores fumusque, omnis, & ut dictum est, tenuia, calidamque, etiam promptissime operantur omnia) sursum non efferantur? Et propterea non aequae soli candidae sunt flammam, quod longe illi copiosior, quam his inditus est calor. Non alio. scilicet a Sole, sed ipso a Deo factus sol, e magna, purissimaque tenuitate constitui, & copiosissimus indit ei potuit calor. Nam bene magnae tenuitati bene copiosum indit posse calorem, in luce intueri licet, transpicuas transuecta res, quae scilicet bene tenui insidens aeri, nihil sole ipso minus spicdet, nulloque igne exurit minus; ut inde pateat copiosorem, minusque copiosum calorem, materiei eadem semper donatae dispositione indit posse, neque densitatem ad plus concipiendum caloris necessario requiri. Quamobrem vnum sol in Terram emittens calorem, eius naturam, facultatesque, & conditiones ex ea deturbat omnes, suasque ei indit; & eodem ferme modo, quo sol terram, etiam calor quiuis, vel qui e commotis, contritusque enascitur rebus, quae corripit, exuperatque, immutare videtur: frigus scilicet ex ijs, eiusque facultates, conditionesque omnes, crassitiam, obscuritatem, immobilitatem deturbare, & se ipsum ijs, propriasque facultates, conditionesque omnes, tenuitatem, albedinem, & mobilitatem indere, & in ignem omnino agere videtur. Terra contra vnum effundens frigus, non quidem, quae solis calor agere videtur, quae corripit viribus, conditionibusque, quas calor indiderat, spoliat omnibus, & proprias indit; non scilicet e calidis, tenuibus, albis, mobilibusque, frigida, crassa, tenebricola facit: siquidem, ut dictum est, ut dictum est, suoque amplius declarabitur loco, a longe amplioribus solis viribus Terrae oppugnata, & bene iam exuperata su-

prema portione, quod per eam aduenit frigus, non integram id robustumq., nec diu-
turnum, sed imminutum, languidumq., & breui à redeunte sole reiectum: at uel hu-
iusmodi, uapores paulò præsertim crassiores in aquas cogit, & in nives etiam gelat, &
aquas omnes uel marinas ipsas in glaciem compingit, & entia quæuis rigidiora facit,
durioraq., ad Terræ nimirum agit dispositionem; & mobilia quæ sunt, si non penitus
immobilia, at torpidiora certè facit; & calorem, si non penitus ex omnibus eijcit, peni-
tusq., ea ipsum occupat, at, uino igne excepto, reliquis sese indit omnibus, & propria oia
afficit natura. Itaq. quæ cõttinguntur entia, uel quæ robustissimo cõtstituta sunt à calore,
& ipse etiam aer, uel bene à terra dimotus, ubi abest sol, frigoris sensum nobis præbet:
est, & ubi ipsas etiam extinguit flammis; ut ambigere non liceat, quin, si integrum, ro-
bustumque, & diurnum adlit frigus, quæ corripit, caloris uiribus, conditionibusque,
spoliaturum omnibus, & ipsam in terram ea acturum sit omnia. Quod igitur dictum
est, solem à calore, terram à frigore constitutam esse, & quæ agendi, operandiq. faculta-
tes, speciesq., & dispositio Soli indita sunt, à calore, quæ uero Terræ, à frigore inditas
esse omnes; & utrumq. alterum, cuiusque facultates, conditionesq. proprijs è sedibus
eijciendi, & se ipsum ijs, proprijsq. facultates, & conditiones indendi facultate donatū
esse, liquidò patet.

CALOREM SUI NATURA MOBILEM, FRIGVS CONTRA

immobile esse, & propterea molem illi, quam subit tenuem, leuemq., huic
contra densam, grauemq.; faciendi facultatem tributam
esse, & albedinem omnem caloris speciem,
& ueluti faciem esse. Cap. II.



Liquidò itidem patet, calorem sui natura mobilem esse; itaque mo-
tum propriam esse ipsius operationem; qua, & conseruatur, & sum-
mopere oblectatur. Neque enim quod ipse constituit ens, & cui se ip-
sum, ut propria indidit sedi (quod igitur quas agendi, operandi-
que sortitum est facultates à calore ei inditas esse existimandum est)
Soli inquam nunquam cessante, longeque rapidissimo circumuolua-
tur motu, nisi salutaris is ipsi sit, longeque iucundissimus. Patet itidem propterea, quod
assiduè agit, molem, quam subit laxandi, summam in tenuitatem agendi facultate ca-
lorem donatum esse, quod iuxta propriam naturam operari, moueri nimirum, ut queat,
longè tenuissimæ, & ueluti incorporeæ, proindeque, & longè leuissimæ sese mole indat,
necesse est. Nam crassitie quantulæuis imparem esse calorem, qui flammis inest aper-
tissimè declarat; qui, ut dictum est, dum non in summam, atque inuisilem eas egerit te-
nuitatem, secum eas, quod summopere appetit, & quod, si liceat, promptissimè opere-
tur, efferre minimè potest. Planū est quoque, frigus immobile sui natura esse, propterea-
que, quod perpetuò agere uidetur, molem, quam subit constringere, densare, & gra-
uitatem ei indere, talem denique facere, qualem aliena uis nulla dimoueat, & qua-
lem in sublimi ipsum immobilem retinere, & ueluti coercere queat. Neq. ambigendū,
quin propterea cõttra corpulentorum entium omnium, & molis etiam ipsius morem,
ingeniumque, in sublimi terra permaneat, nullamque vnquam inclinetur in partem,
quod frigus, à quo constituta est, & quod se ipsum ei ut propria indidit sedi, cuius ui
operetur oportet, motus exhorret omnes. Nam si, ut suo clarius factum est loco, agen-
tes, operantesq. naturæ, calor nimirum, frigusque, mole cui sese indunt, unum prorsus
sunt, itaq. nullam entis vllius partem inuenias, quæ uel moles sola, uel sola agens natu-
ra sit, sed quantulæuis entis cuiusuis particula, quin punctum quoduis ex utraq. peni-
tus alteri commissa altera, & vnū utraq. alteri facta constat: non propterea entis vllius
actio, operatione uilla utriq., sed vni prorsus agenti, operantiq. naturæ primò tribuen-
da sunt.

da sunt omnes. Quapropter ueluti Sol, cœlumque uniuersum (nam cœlum etiā uniu-
uersum, caloris & ipsum opus esse, sequens manifestabit sermo) propterea perpetuò cir-
cumuoluitur, quod ipsius opifex calor, circulari assiduè commotus motu, molem cui
penitus infixus est, & à qua separari, nec uult, nec potest, secum agit. Sic itidem, & Terra
immobilis in sublimi permanet, & nullam vnquam uergit in partē, quod frigus, à quo
constituta est, & quod ipsius mole penitus infixum est, quin cui unum prorsus factum
est, & cui reniti ea, repugnareq., nec uult, nullo moueri sustinet motu. Ut nisi propterea
molem constringendi, densandique, & grauitatē ei indendi facultatem frigori tributā
esse existimandum sit, quod terram, in sublimi sustinendi potens ut esset, non integrū
modò, robustissimumque, sed copiosissimum illud esse oportuit, existimare utiq. liceat,
propterea illa donatum esse, quod molis densitas, grauitasque, ad eam in sublimi susti-
nendam, frigori incomoda non sit. Patet itidem albedinē, nec eam modò, quæ, quod
se amplificandi, & quaqueuersus effundendi potens est, & quæ, quod sese assiduè am-
plificat, & quaqueuersus effundit, itaque animalium oculos subit, ijsque in existenti spi-
ritui seipsam, suasque affectiones manifestat omnes, per se uisibilis est, & lux dicitur, sed
quæ ueluti torpet, & si quidem sese & ipsa effundit, quoniā statim, prius omnino, quàm
ad oculos perueniat, ab obuijs speciebus reijcitur, obscuraturque, inuisibilis per se est, &
non lux, sed albedo dicitur, quoniam entia quæuis è terra quidem, at proprijs uiribus
conditionibusque exuta omnibus, & ijs quæ solis sunt donata, cõtstituta sunt, ambige-
re non licet, à solis calore in quibus spectatur rebus omnibus inditam, illiusque speciem,
ac ueluti faciem esse.

RELIQVAS ITIDEM STELLAS, COELVMQVE VNIVERSVM

à calore constitutum esse: & calorem, frigusque, agentia rerum omnium
principia esse. Cap. III.



Nec uero Sol modò, sed & stellæ reliquæ omnes, & cœlum itidem
uniuersum, uniuersum quippe ens, quod terram, mareque, & stel-
las, quodque ipsas inter est stellæ (quoniam nullo id à se ipso di-
stinctum discrimine, sed unum idemque apparet uniuersum, & ut
sequens manifestabit sermo, unum idemque est uniuersum, uno
uniuersum, & antiquiorum, sacrorumque scriptorum more, cœli
nomine appellandum uidetur) ab eadem, qua Sol natura, & à ca-
lore omnino constitutum uidetur. Acque enim soli candidæ stel-
læ cum sint, perpetuoque cum sole omnes, & quæ proximiores sunt ijsdem circumuol-
uantur motibus, & calorem quendam, ubi præsertim plures sibi ipsis coire apparent, cū
emittant, quin ab eadem, qua sol natura constituta sunt, cogitandum non est. Minus
etiam, quin, & suprema cœli portio, cui stellæ inhaerent, & quæ cum ijs perpetuò circū-
uoluitur, & cœlum omnino uniuersum, quod scilicet uniuersum reliquis conditioni-
bus omnibus, dispositione, specie, operandique facultate, quibus insunt, calor indere
uisus est omnibus, donatum est. Nam summa uniuersum tenuitate, summaque dona-
tum esse albedine, lux, quæ à sole ad nos, reliquisque aduenit à stellis, manifestè decla-
rat. Quippe quæ nisi longè tenuissimū, longeque, quæ uapores, tenuius sit corpus illud,
nō splendida ad nos, uigensq., sed cuiusmodi sit cœlo uaporibus obfuso, obscura, lan-
guidaq. adueniat. Minus etiā alba, nisi album sit cœlū, sed colore, & qui cœlo insit, co-
lorata. Et suprema cœli portione cum stellis circūuolui, lactea manifestat uia; quæ scilicet,
quin cœli portio sit, paululò quid, quæ reliquū est, magis conspissata, & propterea
splendidior facta, nulli dubiū esse potest; & cū stellis ijs, quæ in ipsa locatae sunt, assiduè
circumuoilui apparet. Et infimam hanc terræ contiguam, longè quidem languidissimo,
& qui sensum serè omnem lateat, at assiduò tamē & ipsam commoueri motu, & anti-
quioribus

quioribus visum est, positumque, & sonus declarat, qui manu, cornuque amplius auribus appposito exauditur. Nam sonum non aliud esse, nisi motum aeri datum, & per aures spiritui communicatum, antiquioribus itidem placet omnibus: & suo nos aperimus loco. Et ne eadem moueatur cum suprema velocitate, montes forte, intra quorum vertices continetur, obstant, in quos scilicet, si velocius feratur, quam, ut quæ præcedit ipsius portio, veluti in latera diffusa subsequenti locum præbeat, maximè in angustum cogatur, atque adeo vehementer comprimatur. Id verò tenuibus entibus molestissimum, summeque dolorificum, & læthale prorsus esse omnibus, & quod nullo ea sustineant pacto, alibi satis declarabitur. Fortassis, & celerius moueri non potest; quòd à præpotente terræ natura, frigore, quod perpetuo ferè ei insidet, debilitatè, retusaque sunt ipsius vires. Ad hæc mobilè sui natura, & motum ipsius itidem propriam esse operationem, qua, & seruetur, & oblectetur, inde liquidò intelligitur; quòd quauis ipsius portio angustiore inclusa in loco, & in quo nullo commoueri queat motu, corrumpitur. Nullum porrò, nec infima, nec suprema cœli portio ad nos calorem, nullamque emittere videtur lucem: quòd in longè vtraque tenuissima perexilis inest calor, & qui nec proprias vires, nec propriam speciem valenter manifestare queat. At ab ipsis lucè quandam emanare, & quæ, si non nobis, quibusdam certè animalium generibus percipiatur, quæ longissima noctu conficiunt itinera declarant. Quin non sensus modò, ratio, omnium ferè veterum physicorum cōsensus, sed diuinæ etiam literæ cœlum candidum testantur, quæ scilicet Dei opt. max. ministros igneos, & supremum cœlum empyreum, idest igneum appellant. Quin Deus ipse ex ignea columna Moysen alloquutus, & cœlo, inquit, loquutus sum. Quoniam igitur cœlum, terraque, longè nimirum maxima Mundi corpora, & quæ prima à Deo constituta esse, sacræ diuinæ testantur literæ, à calore illud, hoc à frigore constitutum est, & manifestè reliqua entia è terra à Solis calore immutata sunt omnia: patet calorem, frigusque agentia rerum omnium principia esse. Nam si, vna terra excepta, reliquorum entium nullum prorsus à frigore, sed, ut dictum est, atque dicitur, à calore constituta sunt omnia; quoniam, ut qualia effecta sunt, fierent, frigoris etiam opera opus fuit, quod caloris actionem veluti interciperet moderareturque, & alterum primorum corporum, frigoris, ut dictum est, est opus, ipsum itidem alterum agens principium ponendum videtur.

CALOREM, FRIGVSQVE INCORPOREVM ESSE: ET VTRVMQVE,

ut subsistat, corporea opus habere mole; & ex ea omnino entia omnia constare: itaque rerum omnia principia tria esse, agentes naturas duas incorporeas, & quæ illas suscipit, corpoream vnam; & omnis ipsam actionis, omnisque expertem esse operationis, & inuisibilem sui natura, nigramque esse. Cap. III.



QUONIAM verò, & calor, & frigus incorporeum est: siquidem quæ à sole, nostroque etiam ab igne calor, & quod è terra emanat, frigus, nullamquam corporea cum re emanare videtur: & utrumque uel longe densissimas, longeque profundissimas res penitus subit uniuersas, & cuius ipsorum parti, & puncto cuius æquè sese indit utrumque; itaque nullum prorsus ipsarum remanet punctum, quod à subeunte calore, frigoreque non penitus, & æquè occupetur uniuersum: nullum prorsus, quod uel sola moles, uel calor, frigusue solum, aut non utrumque sit, quod utique, si corporea sint, euenire minimè queat: & terra non uno è frigore, nec Sol, stellæque reliquæ, nec ulla cœli portio, nec ens ullam prorsus, quod à calore constitutum sit, uno à calore, sed omnia è corporea itidem mole constare uidentur: & entium.

entium, quæ à Sole sunt, nullum prorsus nulla è corporea re, & è non ente, sed manifestè è terra, aliisque ex entibus sunt omnia, reliquis quidem ipsorum conditionibus, frigore, crassitie, nigredine, atque immobilitate penitus interemptis, & in non ens actis, ænequaquam & corporea itidem mole, sed remanente ea: & quòd nulla usquam caloris, frigorisque sentitur actio, quæ nudo à calore, nudouè à frigore, & nulli prorsus corporeæ molei in hærente edita uideri queat: utique ad entium natura constantium, quorum nos principia, & constituentes inquirimus naturas, constitutionem, corporea itidem moles afferenda necessariò est, & tria omnino illorum principia ponenda sunt, agentes nature due, calor, frigusque, & corporea moles vna, & æquè ea illorum vtrique propria, congruensque, æquè nimirum expandi, amplificarique, & densari, constringique, æquè nimirum, qua calor, & qua frigus gaudet dispositione, donari apta. Neque enim (nisi vna vtrumque suscipiat, & entia omnia ex vna, eademque constituantur mole; quod si non statim, & prima, at multis certè intercedentibus immutationibus fieri passim intueri licet) ens quoduis in aliud quoduis, & terra ipsa in Cœlum etiam tandem, Solemque agatur; sed ea modò mutuò in se ipsa inuertantur entia, quæ ex eadem sunt mole. Propterea porrò à Deo opt. max. moles creata, ut agentes, operantesque nature eam subirent, in eaque subsisterent, & propria illarum vtraque, specie, eaq. donaret dispositione, quæ ipsius ingenio, operationi que, apta foret, itaque, Cœlum ex ea, terramque, & entia reliqua constituerent omnia; non aliud ipsa, sed mole modò, corpusque, præstante; nullis ipsa, quæ agentibus, operantibusque, naturis tributa sunt, sese amplificandi, effundendi, nec sese commouendi, continendiue viribus, nec specie itidem, quæ illarum alterius specie reiiceret, agente nimirum, vigentem, & uisibilem, donanda fuit; nec donata apparet; sed penitus iners, ignauaque, & veluti demortua facta est, & obscura, inuisibilisque. Itaque, nusquam sese amplificare, & veluti noua facere apparet; sed quæ ipsius portio expandi videtur, manifestè à subeunte calore expanditur, amplificaturque; veluti & quæ in angustiis cogitur, manifestè frigus eam densat, constringitque. Et vel quæ summo à calore correpta, & vel ipsas acta est in flammam, at non satis dū explicata, non scilicet adeo tenuis, leuisque facta, ut inexistens caloris copiam, roboremque, nihil reniti, nihilque retardare, grauioremque, cum queat, quæ omnino, tanta dum sit, ut calorem exuperet, opprimatque, ne iuxta proprium operetur ingenium, nequaquam (quæ à calore, frigoreque, exuperata operari videtur) sursum effertur, vel immobilis in sublimi permanet, sed decidit, delabiturque. Quoniam verò paulò crassiora quæ sunt entia, quauis donata sint natura, & ipse, ut dictum est, flammam, quæ non bene dum tenues factæ sunt, deorsum decidere apparent, itaque, communis ipsorum omnium delapsus, necessariò nature assignandus est, cuius illa participia sint omnia, & inexistenti calori assignari non potest, qui scilicet sursum, ubi exuperat effertur assidue videtur, minus etià frigori, quod nimirum nostrorum entium nulli fortè, flammis certè, quacumque, ex donatæ sint crassitie, inesse non potest; & quod non decidendi, sed sese continendi facultate donatum est; quod omnino motus exhorret omnes; & entia, quæ decidunt, corpulentiora sunt omnia; eoque, singula proprius, vehementiusque, decidunt, quòd copiosiore constant è mole; utique, mole assignandus est. Et nequaquam motus is, aut operatio, sed operationis omnis priuatio, impotètiæque pondus est. Manifestè nam, quæ decidunt flammæ, propterea decidunt, quòd inexistens calor, nec (quod tenuioribus ijs factis operatur) superius eas euehere, nec in sublimi sustinere potest. Iners porrò, & veluti demortua, sese scilicet amplificandi, effundendi, prorsus impotens moles cum sit, utique, & inuisibilis sit oportet. Siquidè, ut suo amplius declarabitur loco, & modò visibiles sunt nature, quæ (quod calor agere videtur, & frigus, si integrum ad nos perueniat, facturum esse existimare licet) proprijs è sedibus sese effundunt, & in oculos illapsæ, ijs inexistenti spiritum propria afficiunt specie: at, quòd cuiusmodi ipsa est, inerte quidem, nihilque, agente, at necessariò specie quapiam, & ipsa donanda est; ea utique, ut dictum est, nigredine donata uideri potest, quæ suprema in terra, & in nostrorum entium.

rum nonnullis spectatur, quæ scilicet nihil sese effundit; itaque inuisibilis per se est, nihilque visum exagitat; nihil scilicet, quod albedo quæuis, quæuis nimirum caloris species agit, visum diffundit; nihilque, quod frigoris speciem acturam esse existimandum est, visum constringit; nullam prorsus agendi vim obtinet; sed, qualis materia visa est, iners, & ipsa, & veluti demortua apparet. Et quæ insuper, vt alibi declarabitur, ijs perpetuò inest entibus, in quibus inexistens calor, à materiæ copia, densitateque, penitus obtegatur, penitusque occultatur, & in ijs perpetuò fit, è quibus, si non inexistens calor omnis, tanta certè ipsius portio elabitur, vt, qui reliquus remanet, in materiæ copia penitus lateat; præterea, & quæ perpetuò materiæ inesse, & inexistens caloris albedini coire apparet. Quoniam enim materia, æque ad calorem, ac ad frigus suscipiendū, apta facta est; & quamdiuuis ab illorum altero detineatur, nihilò propterea ad alterū suscipiendum minus apta fieri videtur; & vtrumque, vt propriam perfectionem, suscipit; itaque nullam prorsus materiæ conditionem inesse, quæ, caloris, frigorisue conditionum vlli, contraria sit, & cui coire nō sustineat, proindeque, & quæ calori, frigoriue amolienda sit, vnam omnino materiæ positionem, situmque vnum, passim ab vtroque immutari; minimè verò, vel naturam, vel propriarum conditionum quampiam, ab illorum altero aboleri, in eiusque locum aliam ingenerari, quæ abolitæ contraria, dissimilisue, & naturæ, quæ egit, propria sit, maximè est rationi congruū: vti que, si nigra sui natura materia est, quouis à calore occupetur, & quouis ab eo albedine donetur, propria tamen ei nigredo perpetuò insit oportet. Et albidissimis omnino inesse eam entibus, in ipso Solis candore intueri licet; qui nimirū paulò profundiores nubes, aquasque permeans, & relucens etiam ab vtrisque, non reliquis modò coloribus, qui album, nigrumque inter medijs sunt omnibus, sed ipso etiam nigro intingitur. Quando autem (vt res, in quas nubes ederecunt, innuunt, & vbi opus erit amplius declarabimus) albidissimus est nubium omnium color; vti que ipsarum materiæ nigredo insit necesse est, qua Solis candor, illam permeans, nigrescit. Nec circūfusè albedinis copia, in qua materiæ nigredo penitus latet, quin Solis ea candorem propria specie afficiat, obstare potest; quòd languidissima albedo, ne ab immixta nigredine fædetur, obscuraturque, & nigra fiat, summopere eam magnitudine excedat, necesse est; & in corporeo Solis candore, non maior albedinis, quam nigredinis copia indi potest. Et nigredo omnino, quæ suprema in terra, multisque in nostrorum entium spectatur, cuiuspiam & ipsa naturæ assignanda cum sit; & calori, quòd albus sui natura visus sit, assignari nequeat; minus etiam frigori, quòd ijs plerumque inest entibus, quæ bene calida sunt; superest, vt materiæ assignanda sit. Quamobrem quòd dictum est, materiam corpoream, vnamque, & actionis omnis, omnisque operationis expertem, & inuisibilem, nigramque esse, li quidò patet.

MATERIAE MOLEM, NEQUE MINVI. NEQUE AVGERI

vnamque; & cur non vniuersa illa, calori que, frigori que, simul, sed distincta illius portio, horum vtrique, assignata est. Cap. V.



N VLLA porro agendi, seseque generandi facultate, materia donata cum sit, & assidue à calore summam in tenuitate, pene & in non ens agatur, & à frigore in angustius cogatur, maximeque densetur; nihil tamen eius moles, itaque nec mundi magnitudo imminui, augeriue apparet vnquam; quòd, si calori, frigori que, illam, vt liber, effingendi, disponendi que, nō, & efficiendi, & veluti nouam creandi, neque imminuendi, & in non ens agendi, donata est vis: non scilicet, si agentes itidem naturas, veluti diuinas substantias, rerum omnium conditor incorporeas creauit, illis itidem, veluti, & his, per se subsistendi, & per se iuxta proprium ingenium operandi, vires attribuit;

attribuit; sed vt subsistant, viuantque, & operentur, corporea opus habere voluit mole. Itaque, & eam creauit, & facultatem illarum vtrique indidit, ipsam subeundi, disponendi, vt commodè in ea iuxta proprium operari queat ingenium. Et moles ipsa non vllam, vt actionem, vllamue propriam, vt ederet operationem, nec vt ens omnino per se subsistens esset, à Deo creata est; sed vt agentes, operantesque, naturas susciperet, & ab inexistens ijs in entia ageretur, quæ ex ipsa facta apparent. Quam ergo molis portionem sortitus est calor, penitus illam is subiit vniuersam, & labore nullo assidue secliam vt vehere, assidue nimirum cum ea vt moueri posset; nihilque ab eius nigredine ipsius color fæderetur; summa vniuersam, puraque donauit tenuitate. Itaque è summo, integroque, calore, & è materia maximè explicata, per è & incorporea facta, ita sibi ipsi commixtis, vnitisque, nulla, vt alterius portio, quin punctum nullum per se soluta, & ab altero seorsum sit vsquæ. Cæum, ens nimirum constitutum est, calidissimum, tenuissimum, candidissimū, maximeque mobile, integris quidè caloris viribus, & summa qua calor gaudet dispositione, & integra, puraque caloris specie, integraque propriam caloris operationem operandi donatum facultate. Frigus contra, quòd natura immobile est, ac summopere motum exhorret, quam sortitus est molem, penitus subiit vniuersam, maximeque in angustum eam coegit, summamque sese continèdi ei indidit vim. Et proinde è frigore, materiaque, maximè in se ipsam densata, penitus sibi ipsi immixtis, & vnum omnino factis terra, ens nimirum constitutum est, frigidissimum, crassissimū, tenebrosissimum, penitusque immobile, summa scilicet sese continèdi facultate donatum. At verò, cum calor, frigusque assidue sese è proprijs sedibus in proximas effundant, & in quibus simul fiunt, mutuo sese ex ijs deturbent; haud quaquam diuersa quidem, at quæ sibi ipsi appositæ, immixtaque sint materiæ portiones assignandæ vtrique. suere. Nam in singulis ijs secum ipsis, si decertent, periculum vtrique imminet, ne vel mutuo sese penitus interimant, vel altero exuperante, penitus percat alterum, itaque vnum fiant omnia; sed, quòd factum videtur, propriæ vtrique assignandæ suere sedes, & è quibus ab altero deturbari nequeat alterum; sed quarum extremis modò in partibus sese mutuo oppugnant: quarum igitur portio nulla fortè ab integro, soloue altero, & nihil ab altero oppugnato, sed vniuersæ plerumque ab vtrisque mutuo à se ipse imminutis, mutuoque assidue sese oppugnantibus, detineatur; & quæ igitur in longè diuersissima actæ sint, assidueque agantur entia, at quæ omnia Solis, terræque media videri possunt, & sint omnino media, vt suo amplius explicatum est loco.

CALORI, FRIGORIQUE SESE ASSIDVE GENERANDI, MULTIPLI-
candique, & quæque versus effundendi, & mole vniuersam occupandi, se seque, mutuo
oppugnandi, & proprijs è sedibus deturbandi, & se se in ijs constituendi,
præterea & alterius actiones, & proprias percipiendi, sentiendaque,
passiones communem vtrique tributam esse
facultatem. Cap. VI.



A CONTRARIÆ agendi, operandique vires calori, frigori que, tributæ cum sint, sese tamen assidue generandi, multiplicandi que, & ampliandique, & quæque versus effundendi, molemque omnem occupandi, propterea que, & sese mutuo oppugnandi, & è proprijs sedibus expellendi, se seque, in ijs constituendi, præterea, & alterius actiones, & proprias passiones sentiendi, communis vtrique facultas tributæ est, appetitueque. Et sure quidem vtraque tribuenda vtrique fuit. Quoniam enim, vt dictum est, ad entium constitutionem, conseruationemque, vtriusque opera opus est: itaque, vtrique, assidue propria è sede emittendū; nisi sese assidue generandi vtrique, indita vis foret, agentes naturas, proindeque, & entium generatione deficere tadè oportebat. Et quoniam in super maxime contrarijs, & quibus mutuo sese oppugnet, perdantque, vtrique, donatū est viribus vtrique, & vtrumque;

si utrumq. seruandum fuit, utriq. & sui ipsius passiones, & alterius actiones, viresque percipiendi, & propriarum, similitumq. a quibus fouetur, seruatque; per blandas, contrariarū verò, dissimiliumq. a quibus obleditur, perditurq. maximè molelius in eodē utriq. fuit sensus: & manifestè inditus est. Siquidem utrumq. vbi robustius aduenit alterum, sese intro recipere, & colligere, & vires propterea sumere, Aristoteli imprimis, & reliquis videtur omnibus: quod nimirum alterius actionem, & propriam utrumq. percipit passionem. Neq. enim: nisi utrumq. utramq. sentiat, vel calor sese vsquam, vel frigus colligat, vniatq.; quæ summè in subiecta omnia distundi, & sese amplificare extendunt maximè. At neq. alterius aduentu vires alterum sumat, nisi colligat sese, atq. vniat. Et manifestè entia quædam mutuò sese auersari, autuge eq., libenter alia sibi ipsi coire, & si non mutuò ad sese utraq., at eorum certè alterum, & debilius omnino quod est, ad robustius alterum ferri apparet. Itaq., & magnes ad ferrum, vbi magnitudine id exuperat, eiusq. natura, & vis nihil à superfusa rubigine rejicitur, fertur: at nō amplius, si alio ferrū illinatur, quin auersatur id, declinatq. Et entia prorsus omnia mutuū contactum sentire, & summo pere co oblectari, & seorsum à seipsis fieri, à nullo loque contingi sustinere non posse apparent. Siquidem eorum quoduis, vbi eodū quod est, recedit, neq. aliud ens vllum in recedentis succedit locum, hoc illud veluti sectatur, quod nimirum huius contactu priuari, & à nullo contingi nō sustinet. Nam, vt vniuersalis quædam natura, & quæ Mundum sibi ipsi continuum esse velit, quæ scilicet inane, vacuumq., pati nequeat, & ne vsquam id fiat, prouideat, itaq. ad recedentium entium locum, quæ proxima sunt, perpetuò impellat, intelligere non licet. Neq. enim aliā à propria, & à qua entia constituta sunt, ijs inesse, aut ab alia vlla huius muneris dicata natura gubernari, existimandum est, & quæ à propria singulorum natura operari posse videntur, alteri ea, & quæ sensu nullo, nulla etiam comprehendatur ratione, attribuenda prorsus non sunt. Nec qualia animalibus tributa sunt, reliquis itidem entibus, vt sentiant, sensoria tribuenda iure. Quoniam verò, vt suo cumulatius explicabitur loco, non aliud videri possunt, nec sunt aliud sensoria, nisi corporis partes, vel alijs graciliores, laxioresq., vel etiam perforatæ, patetateq. haud quaquam propterea tales factas esse existimetur, vt (quod organa præstare videntur) sentienti animæ sentiendi facultatem quampiam, aut quampiam præbeant facilitatem; sed, quod manifestè agunt, vt externarum rerum viribus, & ipsis etiam rebus facilem, patentemq. præbeant ingressum. Non organa omnino, sed veluti vias, atq. aditus esse; quibus externarum rerum vires, & res etiam ipsæ ad inexistentem sentientem ferantur substantiam, liquido patet. Quoniam autem animal non vnum, idemq. est vniuersum, sed è corpore, spirituq. compositum, & ut suo amplius explicabitur loco, qui in animali sit sensus, unius spiritus est omnis, isq. neruoso in genere continetur; non omnes, quæ superpositæ, attingunt carnem, sed eas modò externarum rerum percipit vires, quæ ad ipsum usq. perueniunt, ipsumq. immutant spiritum, & quæ ipsum non attingunt, nihil magis ipse eas percipit, quam uestium nos incisiones, quæ nihil valdè nos offendunt: utiq. quibus in corporis partibus languidiores rerum vires percipiendæ suere, qualis extrema digitorum pellis, & lingua extrema præsertim facta est, graciliores, laxioresq. faciendæ, & in quibus languidissima, & quæ ab interposita re quavis rejiciantur, obscurenturque, ita eæ patetaciendæ, aperientæque, ut (quod in naribus, oculisq. factum videtur) non rerum modò viribus, sed ipsis etiam rebus patens pateat aditus. Entia reliqua, quandoquidem non è diuersis composita sunt partibus, & quarum altera ab altera contegatur, sed unum, idemque sunt vniuersa, & eadem vniuersorum est passio, sensulque est idem, nullis prorsus donanda suere sensorijs: quid enim integumentis, quo nullo donata sunt, pars ulla gracilior faciendæ sit, patetaciendæ? Nec uerò nisi caloris, frigorisque, aut alterius saltem, itaque & Cœli, Terræque, aut alterius proprius sit sensus, animalibus, quæ ab ipsis

ab ipsis constituta sunt, insit is vllus, qui enim, quæ, nec Cœlo inest, nec Terræ, ijs quæ à Cœlo, Terraque fiunt, indi queat facultas? Esto enim mutuò sese Cœlum, Terraque inalterent, immutentque, non certè, qua facultate donatum ipsum non est, eam alteri in dat vniquam alterum. Vt, quod dictum est, nisi calori, frigori que, sentiendi insit vis, ea si non, & reliquis, ijs certè abneganda necessario sit animalibus, quæ è Terra à Solis calore immutata fiunt. Nec Peripateticis id, quàm nobis minus, placeat oportet; vt enim caloris expertis, & caloris incapax sit Cœlum, nō alia certè res ab illo vlla, sed vnus in Terras aduenit calor, & nequaquam is à propria Cœli substantia qualis alterius foret rationis, & elementari præstantior, diuinioreq. videri posset, sed in aere sublunari à Cœli motu agitato, contritoq., in elementis videlicet, & veluti ex accidente factus, elementari ignobiliore, non certè ab eo diuersus, videri potest. Quamobrem quod dictum est, necessario agenti naturæ utriq., & utriq. primo corpori, vel alteri saltè, quæ ab ipsis constituta habent, tribuenda sunt omnia. At age, quoniā quæ subit calor, non laxiora, tenuioraq. omnia, sed longè plurima densiora facit, crassioraq., & res quæ frigidissima videntur, aqua, grando, nix, albissime spectantur, & combusta omnia, & entia, omnino multa, quæ bene calida sunt, nigerrima apparent, & motus non minus à calore fieri, quam calorem ipse facere videtur; itaq. non modò tenuitatem, sed crassitiem itidē caloris opus, & non vnam modò albedinē, sed nigredinem etiā caloris faciem esse, & nō magis motum à calore, quàm calorem à motu fieri, proindeq. eiusdem ordinis, conditio nisq. calorem, motumq. esse, suspicari queat quis, num illorum singula, qualia nobis posita sunt, talia sint, amplius intueri, ne grauemur, vel si nihil amplius ea intuitis, talia esse, existimandū sit. Siquidem in rebus, in quibus caloris actio, specietq., spectanda est, & in quibus decipi nō possumus, tenuitatis opificem, & album intuitis calorem, contrarię dispositionis opificem, & contraria donatū esse speciem, cogitare non licet. Sed, quod manifestè sit, crassitiem, quæ à calore fieri videtur, nō ipsius actione, sed ex accidente quopiam fieri, & nigredinē, quæ calidis spectatur in rebus, non caloris, sed alterius naturæ speciem esse, & calorem, motumq., non ex æquo mutuò à se ipsis fieri, sed calorem motui tempore, naturaq., & dignitate præire; quin calorem nouum, nullū prorsus à motu fieri vsquam; sed qui fieri videtur, præinexistentē esse, ab illo veluti excitum, viuificatumque: manifestè id enim, qui calorem motus, & quæ à motu incalescunt, declarant res: propterea, quod ille è calidis perpetuò sit entibus, & harum quæuis à calore constituta est, & propria ipsius natura calor est. At, quod dictum est, amplius singula inspiciamus.

CALOREM VNIVS MODO TENUITATIS OPIFICEM,
& albedinem omnem caloris, & nigredinem, quæ nostris in oculis
spectatur, materię speciem esse. Cap. VII.



CALOREM tenuitatis opificem esse, & crassitiem, quæ ab eo fieri videtur, non ipsius actione, sed ex accidente quopiam fieri; si rerum quæ à calore densantur, crassescuntq., dispositionē, modumq., quo è laxis dense fiunt, paulò diligentius intueamur, liquidò pateat. Quoniam enim nō similia quæ sunt, & quæ vna eademq. dispositione donata sunt vniuersa, densat calor, sed assiduè laxiora ea facit, tenuioraq., & in fumum tandem, vaporesq., in summam nimirum explicat tenuitatem; sed quæ veluti è tenuitate, crassitiq.; penitus sibi ipsis immixtis constituta sunt, quæ videlicet nō mollia fluidaue, qualia apparent, sunt vniuersa, sed quæ (cuiusmodi latum existit) è longè tenuioribus, longeq. crassioribus, quàm vniuersa ipsa apparet, partibus constāt. Et manifestè propterea ea densat calor, quod inexistentem tenuitatem, summam facit, egressumque quo elabatur, ei aperit; & prius id, quàm circumfusam crassitiem emolliat. Itaque per se hæc facta, & vniuersa dum elabentem, effugientemque illam veluti locatur, in se ipsam

ipsam coacta, densius, duriusque concrevit in ens, qualis nimirum sui natura est, talis apparet, non scilicet preinexistentem molliorem, fluoremque compingit, & in crassitiam agit calor, quin tenuiorem illum facit, & in fumum agit, vaporesque, sed preinexistentem crassitiam veluti detegit, & in vnum agit, mollicie, fluoribusque, quibus commista latebat, spolians omnibus: at quam tamen & ipsam vehementior, diuturniorue si fiat, ita tenuem, proindeque & leuem faciat, nihil vt ipsum grauet, nihilque ipsius retardet motum. Vt quin vnus tenuitatis opifex sit calor, & quin quæ exuperat tenuia faciat omnia ambigere non liceat, vel ibi tenuitatem faciens, vbi crassitiam facere videtur, & crassitiam explicans omnem, & eousque eam attenuans, quoad ita tenuem, leuemque faciat, vt nullo eam euehat labore. Nam vbi factum id est, nihil amplius attenuare curat, at neque vult calor, neque enim libens à se ipso distrahitur, separaturque, sed & ipse, vbi licet, libens sibi ipsi coit, vniturque, ita magis se ipsum seruans, & mutuo fouens, vt non alia vlla subiecti dispositione neque gaudere videri possit calor, quam quæ soli tributa est: pura nimirum, sinceraque tenuitate, at in se ipsam eousque conglobata, dum nihil calorem suffocet, vel lucē fædet, nam si quid magis conspissetur, si calor nō suffocetur, lux certē obscureretur quid, si magis explicetur, & calor langueat, & lux. At bene certē tenuem, longeque purissimam, & nostris flammis tenuiorem, longeque puriorem solis molem, copiosissimumque, & quantus indi ei potuit inditum esse calorem, longē albissimus, longeque splendidissimus eius color, & qualis in flammis nullis spectatur, & harum grauitas manifestat. Nam vt ne dum lucent, nec sursum efferri, nec se in sublimi sustinere queant, non adeo caloris inopia, ac molis copia, atque impuritas præstat. Vt summopere Timæum conterrancum nostrum, cum eo & Platonem inculcare liceat, qui cum nihil in Sole, quod densum eum, renitentemque magis quam flammam qualis delectet, intuerentur, veluti contractato eo, & duro, renitenteque percepto, nō densitatem modō ei, renitentiamque tribuere, sed Terram insuper indidere, à qua scilicet illas haberet, propriorum & ipsi decretorum parum, vt videtur, memores: siquidē & illis motus igni, Terræ immobilitas tributa est, vt non nisi magno vtriusque, vel alterius saltem malo iungantur, ignis quidem, cui perpetuō Terra vectanda esset, Terræ verō, cui perpetuō aliena operanda esset operatio. Et vt vnde digressi sumus redeamus; Albedinem etiam omnem, vel quæ aquæ, glaciæ, niuique rebus, scilicet inest, quæ albidissima sunt, & frigidissima videntur, caloris speciem, & veluti faciē esse: Frigus nimirum quod aquæ, glaciæ, niuique inest, non ipsarum id propriū, sed quale entibus, quæ apud nos sunt, vno excepto igne, reliquis inest omnibus, extraneū esse, & calidas sui natura illas esse omnes, in quibusuis ipsarum conditionibus, suo satis declarabitur loco. at in ipsarum modo generatione, propriaque actione, in sapore nimirum: is enim (vt alibi itidem declarabitur) propria rerum naturæ actio est, intueri liceat. Quoniam aqua (vt in proprio expositum est commentario) è vaporibus fit in se ipsos conspissatis, & bene interdum calido in aere (liceat enim extremam hanc Cœli portionem vstato nomine aerem interdum appellare) itaque vapores multi in vnum coacti aqua videri potest, & vapores vel omnium consensu, vel sensu ipsius testimonio, qui quod ignis modo, igneque res facere videntur, sursum illos efferri intuetur, calidi sunt, quod omnino calida è re, & ab agente nō frigida aqua fit, & quod dulcis, vel dulci proximus ipsius est sapor, qui Galeno ipsi caloris opus est, calidam eam esse existimandum necessario est. Et quod quæ in glaciē acta est (quod calidissimi patiuntur fluores) à robustiore quidē frigore correpta, eiusque fluor veluti ligatus, at nequaquam propria natura, propriisque spoliata videtur viribus, idem enim remanet sapor, & à languidissimo calore, & à quali, si quod glaciæ inest frigus, proprium sit, deturbari id, nouamque illi naturā indi, existimare non liceat, vti que & glaciæ eandem que & aquæ naturam inesse, & calidam sui natura eam esse existimandum itidem est. Et quod nix è vaporibus, & ipsa à frigore correptis quidem, concretisque, & grauioribus factis, at nō certē propria natura, propriisque viribus exutis,

exutis, sed in ea veluti, & eius, qui in aquam coacti sunt, seruatis, vt idem aquarū, niuiumque omnium manifestat sapor, at eius certē amplius, quæ nuper nobilissimo, omnique virtutū genere ornatissimo viro nostrorum hoium multis è vaporibus è mari elatis, & in altissimum Apeanini iugum sublatis, statimque ibi concretis fieri conspicta est, quæ scilicet non vt niuium aliarum in spidum, sed bene lapidum, & paulo quam qui maris est aquæ, minus saluum gustarunt omnes. Animalia insuper, quæ passim in niuibus gignuntur, & fertilitas, quæ manifestè à superpositis niuibus nihilò sorte minus, quam à humo agris inditur, niuem calidam esse apertissime declarat. Neque enim, quin illa, & hæc à calore perpetuō, & calidis fiant è rebus, dubium esse potest. Vti que, quod dictum est, niue vapores esse, quos frigus corripuerit quidem, compegeritque, at nequaquam propria natura, inexistente scilicet spoliari calore, propriumque suum fecerit subiectum, itaque calidam eam esse, liquido patet. Nigredinem porro, quæ combustis in rebus omnibus, aliisque spectatur in entibus, non inexistens naturæ, caloris, sed materię speciem esse, & materiam omnino nigram sui natura, & talem perpetuō spectari, vbi adeo copiosa, adeoque in se ipsam conspissata est, vt inexistens calorem penitus obtegat, itaque in ipsa spectetur, nihil est quod amplius declaratur: si non superius satis: vt existimamus in proprio de coloribus declaratum est commentario.

CALOREM MOTVI TEMPORE, NATURAQUE, ET DIGNITATE

præire & motum caloris operationem esse: nullumque nouum calorem à mota rebus indi, sed preinexistentem excitari. Cap. VIII.



CALOREM motui, & tempore, & natura, & dignitate præire, vtriusque, & exortus, & natura declarat. Quoniam nulla prorsus motus opera calor vsus vniquam, rebus, quas attingit, sese indit omnibus, & calidas eas facit, nihil mobiles prius factas, at non & motus itidem, nā quæ ab aliena vi agitata, commotaque, per se tandem mobilia fiunt, cuiusmodi sunt, quæ diu, vehemēterque commota ignis tandem naturam assumunt, viresque, calore prius, tum & sese mouendi donantur facultate: calor omnino motū, vel vbi simul fieri apparent, præcedat necesse est. Insuper quia proprius rerum calor, ipsarum opifex visus est esse omnium; calida nimirum quæ sunt entia à calore effecta esse oia, & quæ ipsi conditiones, facultatesque, insunt, à calore inditas esse oēs, tandiuque oia seruari, quandiu idem in existit calor, at eo imminuto, vel etiā aucto corrumpi oia, inque aliud agi videntur ens: motus verō, quod nec à quibus editur, ea ipse constituit, neque vnus, idemque perpetuō ab vllis edit, neque vnus, idemque seruari in vllis, sed alius assidue, atque alius ab omnibus ædi viderur, & vel qui æternus, perennisque apparet, cælestis nimirum, vel dum fit perire, & qui pereat prorsus nisi alius assidue, atque alius per euntem excipiat; vti que rerum substantia calor ponendus est. Siquidē non molē modō, è qua entia constant, sed naturas etiā, à quibus illa constituta sunt, seruanturque, & à quibus proprias conditiones, propriasque, habet facultates, illarum substantias esse statuere licet: & calorem, frigusque, substantias esse, suo apertissime declarabitur loco. Minimè verō, & motus substantia est, sed operatio omnino, & maximè caloris propria: perpetuō enim calorem sectari, ibique esse tantum, vbi & calor, & à calore, & solo eo ædi viderur. Itaque, quod dictū est, nō tempore tantum, sed natura etiā, dignitateque, ijs nimirum omnibus, quibus operationē substantia præcedit, calorem motui præire statuendum est. Propria porro caloris operatio motus cum sit, quin is illū foueat, viuificetque, & proprias ipsius vires augeat, quin scilicet in quibus is fit, preinexistens calor in ijs intendatur, accedaturque, ambigere non licet. Vel omnium, n. consensu, quæ naturæ cuius agēdi, operandique tributæ sunt facultates, in sui ipsius imprimis bonum, cōmodumque, & propterea omnino tributæ sunt, vt iuxta eas agētes, operantesque, conseruent sese, oblectentque. Et quod

B dictum

dictum est, à motu calorem excitari, accendique, qui commouetur, agitaturque ignis manifestè declarat: propterea enim viuificatur, & in flammam agitatur, quod inexistenti calori robur à motu inditur. Itaque cum nostrorum entium nullum prorsus à frigore, sed eorum quoduis à calore constitutum sit, & propria cuiusuis natura calor sit, nec qua ratione motus, res nimirum, quæ nusquam à se ipsa sit, nullamque prorsus sese gerandi, amplificandique, aut conseruandi vim obrinet; sed quæ vbiicumque sit, à calore sit, & quæ calore quavis cessante occasione, cessat & ipsa, calorem facere queat conijcere non licet: Vtique, quod dictum est, calorem, qui commotis in rebus fieri videtur, haud quaquam nihil ipsum præinexistentem à motu ipsi indi, sed præinexistentem, at à frigore, à quo, vno igne excepto, reliqua nostra entia omnia perpetuò detineri videntur, & ab immobilitate, à contraria nimirum natura, contrariaque operatione reiectum, retusum, & veluti in veternum deiectum à motu veluti exciri, & robur sumere. Quamobrem frigus proprio è subiecto deturbandi, propriaque in eo vires manifestandi, potentem fieri existimandum est. Id verò, & inde planè intelligitur; quòd quæ velocissimo per aerem commouentur motu, at duro, renitentique nulli obuia facta, nihil conteruntur, non summopere incalescunt; quæ verò nullum ipsa ædunt motum, at ab alio valenter conteruntur, summo ea donantur calore; & in ignem, flammamque aguntur. Nec verò, quòd contritio ipsa calorem faciendi potens sit, sed propterea omnino quòd quæ conteruntur res, laxantur, aperianturque, ea nimirum donantur dispositione, quam statim subeat, penitusque occupet, in eamque agat præinexistens calor tenuitatem, quæ nihil ipsum sese amplificantem, effundentemque reiciat, reardetque multò copiosior factus, nullaque à densitate reiectus, multò robustior factus videtur: quoniam ne id quidem contritio agere interdum, sed inexistenti tantum calori exitum, quo exiliat, patefacere videtur. Quoniam enim nec supremæ lapidis portioni, è qua à ferro ista ignis exilit, tantum vnico ab icu calorem indi, à quo nullo temporis momento in ignem agatur, minus etiam intermedium aerem à motu, contritio- neue accendi, imaginari licet: neque enim, si fiat (quod passim intuemur) extinctus in cinerem agatur, & nec agens aliud, à quo, nec res è qua fieri queat, alia adest vlla; vti que vel ignem ipsum, vel ens bene ipsi proximum, & quod id tenuius, calidiusue, aut vtrumque factum, quod huiusmodi icus agere potest, ignis fiat, lapidi præinexistere existimandum est.

NON MODVM. QVO QVALIS EST, CONSTRUCTVS SIT MVNDVS,
sed cur ita construendus fuerit, & cur quibus Cælum mouetur motibus, ipsi moueri oportuerit, inquirendum esse. Cap. IX.



QVONIAM naturarum, à quibus, & molis, è qua Mundus constructus est, conditiones omnes satis sunt, vt arbitramur, explicata: age causam modo, cur, quomodo Mundus constructus est, construendus fuerit, & quibus Cælum moueri apparet motibus, ipsi moueri oportuerit, quantum homini licet intueamur. Nihil modo laborandum, qui vna, eademque è materia, & vno, eodemque à calore non vnò prorsus, neque vniforme factum sit Cælum, sed in multos distinctum orbem, & quorum quidam, vt Mathematicis placet, sibi ipsis penitus vniformes, eadem vniversi dispositione, eadem caloris copia, eadem specie, alij quapiam sui ipsorum parte minore tenuitate, itaque copiosiore, & propterea robustiore donati calore, specieque; in stellas scilicet acti sunt, & nequaquam omnes numero, magnitudineque æquales, sed, & hac, & illo amplius immensum quid à se ipsis differentes. Non sanè calor per se, & temere, nullaque agentis ratione, sed à Deo à longè nimirum potentissimo, longèque sapientissimo opifice, & à quo ipse factus est calor, directi, & Dei arbitrio, imperioque agentis

agentis Cælum opus esse, & facta nos diuina littera, & humana etiam edocet ratio; quæ scilicet, nec calori, nec enti alij prorsus vlli, sed vni Deo opus attribui sinit, quod arte tanta, tantaque sapientia, & potentia constructum sit tanta. Dei porro opus. Cælum cum sit, vti quæ si quis modum, quo constructum sit, humanis inquirere audeat rationibus non arrogans modo is, impiusque, sed prorsus etiam amens; nihilque minus dammandus videri potest, quam si, & Dei potentiam inquirat, qua Mundum vniversum è nihilo creauit. Nihil etiam Cæli constructionem, motusque indagantes, sed & illam, & hos huiusmodi esse supponentes, cuiusmodi Mathematicis exponuntur, veli errantes quæ dicuntur stellæ non propterea fortè in contrariam stellato orbi partem ferri videntur, & non æquè perpetuò ab æquinoctialis polo distant, nec vt reliquæ Terris ipsidem eodè in situ perpetuò immanent, sed assidue æquinoctialis polo modo proximiores, remotiores modo. Terrisque ipsæ assidue magis directæ, magisue obliquæ fiunt; quòd, vt illis placet, ipsarum orbem super diuersis polis, & proprio quidem motu, longèque eo tardiore, non vt supremus ab oriente ad Occidentem, sed ab Occidente ad orientem feruntur; & à supremo rapti, in eandem, in qua ipse fertur, referuntur partem. Nam qui inferiores orbem à supremo distincti, & proprii sortiti motum cum sint, ab illo rapiantur, & qui duplici motu, & alteri contrario altero simul mouentur, nos cogitatione quidem assequi non possumus. Sed propterea fortè errantes ipsæ, quæ fixæ dicuntur, veluti obuiam fieri, illarumque æquinoctialis ad polum distantia, & ad suppositas Terras situs assidue immutatur, quòd eandem quidem in partem, in quam, & supremus, & ab oriente omnino ad Occidentem ipsarum etiam orbem mouentur, at non eadem, qua ille velocitate, non scilicet viginti quatuor horarum spatio, sed longiore tempore proprios conficiunt giros. Itaque non eadem cum stellati parte, quæ cum commota sunt, perpetuò feruntur, sed assidue illi veluti à tergo, & obuia tandem fiunt. Eodem videlicet cum ferantur itinere, contrario ferri apparent. Et super æquinoctialis quidem mouentur polis; at quæ ipsi subiacet, & quæ poli vicem ipsorum subit pars, haud quaquam immobilis perpetuò torpet, sed assidue ad æquinoctialem declinat, & ad quandam vsque delata terminum, rursus veluti retrofertur, rursusque polus fit. Quare & stellæ, quæ in medio orbium locatæ sunt, æquinoctialis polo modo proximiores, modo verò remotiores, & his modo Terris, illis modo directæ fiunt. Nec quin, dum ab Oriente ad occidentem feruntur orbem, veluti in obliquum declinare, & duplici, at nequaquam alteri altero contrario moueri queant motu, nobis obstare quid videtur; quin nullam ipsorum partem perpetuò immobilem fieri, summè nostris congruit politionibus. At vt diximus, quòd manifestè sit, duplici motu, & ab Oriente ad Occidentem altero, altero verò ab Aquilone ad Austrum errantes moueri supponentes, nihilque amplius modum, quo vtroque simul moueantur inquirentes, nostrum persequamur munus.

CVR MVNDVS QVOMODO CONSTRUCTVS EST, CONSTRVENDVS fuerit, ijque Cælestibus orbibus dati sint motus, quibus moueri apparent. Cap. X.



CÆLVM, Terramque, vel si ipsorum conditor Deus contrarijs, & que sese mutuò oppugnent, corrumpantque donauit viribus: tale tamen, tantumque vtrumque faciendum ipsi placuisse, quali, quantoque factò, extrema tantum vtriusque portio (siquidem, & extremi huius Cæli pars vlla in aliud vnquam agitur ens) in entia, in qua assidue agi videtur, immutari possit: reliqua vtriusque moles in propria seruari queat natura, minimè declarandum videtur. Nam, si artifices quiuis, vel qui

B a summè

summè prauis, maleficique sui natura sunt, quæ ipsi cõstruunt opera, quàm maxime ea diuturna esse maxime appetunt, & omnibus procurant modis: quis longè optimum cœli, terræque conditor em, quæ ipse creauit entia, non æterna ea esse posse, & æterno tempore proprijs sese viribus conseruandi potentia esse, sed, vel à seipsis mutuò vtraque, vel ab altero alterum corrumpi posse. voluisse suspicari queat? Minus etiam non ea omnia, quæ è terra cœlum constituit fieri voluisse; sed quædam, veluti ex accidente fieri. Quis enim longè sapientissimum, longeque potentissimum rerum omnium conditorem, & qui cœlum, terramque è nihilo creauit, non eas ijs vires, easque naturas indidisse existimet, quibus quæ fieri vellet fierent, alia nulla? Nec verò propterea sacris diuinis litteris repugnare videat, quæ cœlum, terramque peritura, aut alias, quàm quibus donata modo sunt, naturas assumptura enunciant: neque enim, vel penitus cœlum, terramque abolendi, & in non ens redigendi, vel vtriusque vires, actionesque reprimendi, extinguendique, & immutandi, alijsq. ea donandi, quæ omnino placita ipsi fuerint, efficiendi omnia impotentem Deum asserimus, nec asseremus id vnquam, at id modò. Deo cœlum, terramque cõstituendi, vel si contrarijs, & quæ sese mutuò oppugnent, interimantque donarit naturis, talia ea, tantaque facienda placuisse: vt nec mutuò vtraque, nec ab altero corrumperetur alterum, sed vtrumque in propria seruari posset natura: & quæ è terra à Sole assidue fieri videntur entia, assidue fieri possent. Id verò, vt asseram, non summa modò Dei bonitas, quæ ens nullum, bonum præfertim quod sit, cuiusmodi ipsius opera sint omnia necesse est, perdi velit: sed vtriusque positio, figura, & quantitas, cœlestiumque orbium constructio, motusque manifestat. Propterea scilicet non in altera Mundi parte cœlum, terra in altera, sed cœli in medio terra locata est: quod, si extra cœlum sit terra, (quod contrarijs naturis donata quæ sunt entia facere videtur) mutuò sese auersentur, aufugiantque, & proinde, quæ è terra à sole fiunt, vel non ex vniuersa fiunt, neque unus existat Mundus, & temere fortè moueatur cœlum, nullo ab interno, stabilique retentum ente. Et cœlum, terraque spherica facta est: illud quidem quòd multos in orbis distinguendum cum fuerit, & in multos distinctum, quin veluti è multis compositum cum sit, & quos si non contrarijs, diuersis certè moueri oportuerit motibus; utique, nisi spherica donati ijs sint figuræ, mutuò sese discerpant, dilacerentque, nec, quo maxime oblectantur, uniformi moueri queant motu: hæc verò, quòd, ut in entia, in quæ à Sole agi videtur, agatur, & in quæ acta est, ab ipsiusmet viribus non destruantur, quanta maxima sui portione licet, à Sole fouenda est. At verò quauis alia donata, si sit forma, nequaquam (quod spherica facta sit) dimidia sui portione perpetuò, sed minore illustretur. Et propterea etiam ad cœlum collata nullam sortita apparet magnitudinem, quin, & Sole, & stellis multis longè minor facta est. Nam non tantula facta, & centri vicem non obtinens, si quidem eius dimidium perpetuò aspiciat Sol, extremis certè partibus ab ita obliquo eo aspiciatur, ab ita exili languentique luce attingatur, ut ipsius vires multò præfertim ampliores, factæ nullo cum reijciant negotio: & si quidem quibus directus, uel directo proximus sit, exuperet terras Sol, non certè, & quibus diu latet, maximeque obliquus sit: itaque nec reliqua, quæ ex illa assidue à Sole fieri videntur, fiant, conseruenturque: nec infima cœli portio seruari, reficue queat. Quasobres cœli in medio, & à robustioribus ipsius partibus Sole, stellisque, reliquis æquè distans locata est, quia si altera ipsius portione proximior ijs sit, magisque ab ijs absit altera; utraque fortè plus iusto calefiat, à proximior nimirum altera, altera uerò à nimis diuturno illustrata Sole. Et maxime illis contrarijs, longeque minoribus donata, cum sit uiribus, quam maxime licuit ab illis, sed æquè uniuersa amouenda fuit. Et propterea cœlum non uniforme, nec ualde uniuersum robustum, sed longè maxima ipsius portio tenuitate summa, maximeque exilibus donata est uiribus; & quas terræ natura reijciat, exuperetque. Quæ autem ipsius partes minus tenues factæ sunt, ipsæ copiosissi-

copiosissimus inditus est calor; inque stellas actæ sunt: earumque, cum alia multa, tum Sol ipse multò terra maior factus est, longeque, quàm terra amplioribus, & quantis facile terram exuperet donatus est uiribus. Verum quàm longissime, & ipse, & stellæ reliquæ, magna præfertim, à terra amotæ sunt. Et non vnum factum est cœlum, sed in plurimos diuisum, distinctumque est orbis, ijsque, & sol, & reliquæ terræ proximiores quæ sunt, affixæ sunt omnes: & duplex ijs omnibus, beneque ab altero alter cum uelocitate, tum ueluti & itinere differens, vt videtur, assignatus est motus, longè nimirum alter uelocissimus, & ueluti in directum, pigrior alter, tardiorque, & ueluti in obliquum; quo ueluti per uices huc, illuc actus Sol, terris nullis nimis diu directus immineret, sed æquè omnes illustraret, omnesque animalibus, si non omnibus, at plerisque hominibus certè commodas faceret sedes: tantisper in singulis immoratus, directusque, uel directo proximus factus, dum exuperet quidem illas, at non penitus perdat tamen; eoque diuturniore, proximiorque foueret luce singulas, quò minus ijs directus sit. Etenim si iisdem uniuersum præditum sit uiribus cœlum, uel nihil profus terram immutet, uel penitus perdat eam tandem; si scilicet languidiores cœli uniuersi, quàm terra sint vires, nihil hanc illud inalteret vnquam, si robustiores, penitus tandem propria ex hac derurbet, & suam huic indat naturam, & in cœlum agat tandem, nulli, quod quale est facere videtur, huius portioni sese reficendi spatium præbens vllum, sed vndique uniuersam assidue oppugnans, exuperantque. Et sibi ipsi copulatum, coniunctumque, & vnum omnino, si sit cœlum, & stellas secum omnes simul, ipsumque detrat Solem, uel si proprijs huius, illorumque orbis proprio tantum motu, & uel itinere eodem, uel eadè supremo cœlo ferantur uelocitate, eademque perpetuò ratione, modoque eodem terris omnibus perpetuò immineret, & iisdem in omnes uiribus perpetuò agat sol, utique medias, quibus directus immineret, ijsque proximas penitus exurat, perdatque tandem; extremas, quas nihil, aut ualde obliquus aspicit, nihil foueat, nihilq. collustrat vnquam. Vt qui Mundum non à Deo ipso constructum existimet, nõ impius modò, & ferus, sed stupidus etiam optimo iure uideri possit. Et in ijs nos Dei Mundum constructis consilium, sapientiamque intueri contenti, ijsque eam amplius inquirendi, hominibusque manifesta diuinitudinem relinquentes, qui acutiore, quàm nos donati sunt ingenio, uel quibus ipse eam manifesta uis Deo, ad propositum redeamus opus. Et quoniam cœlum, terramque in principio à Deo creata, itaque & prima esse Mundi corpora, & entia reliqua omnia ab ijs constituta esse, non solum diuinarum testimonio litterarum, in quo pio homini acquiescendum omnino est, sed humanis etiam rationibus manifestatum est; deinceps cur vno à calore, tot, adeoque inter se diuersa constituantur entia, & nequaquam lingula eò amplioribus caloris donata conditionibus, quò & robustiore calore, non scilicet eò tenuiora, albiora, magisque ad motum apta, quò & calidiora, sed entia longè plurima magno à calore constituta, at non tenuia, albaque, nec mobilia, sed bene crassa, nigraque, & imobilia, multa contra mobilia, fluidaque, at uel nigro, uel medijs donata coloribus, num, quæ dicta sunt, entia nimirum omnia, & æquè etiam ipsæ, ipsumque mare è terra à Sole factum sit, & assidue fiat, & qui vno tantum, eodemque à calore, tot, adeoque diuersa constituantur entia, & cur non omnia consentiant, dispositionem, speciemque, quæ propria natura, & quæ sibi ipsis congruant, sortita sunt, uel si horum quæpiam satis declarata uideri possunt, diligentius omnia inuari ne grauemur.

COELVM, TERRAMQVE PRIMA ESSE MVNDI CORPORA;
& entia reliqua omnia à Terra à Sole immutata effecta esse. Cap. XI.

COEIVM, Terramq. prima esse Mundi corpora, & entia reliqua quæuis ab illis effecta esse, vniuerso nimirum à cælo, & à longè præsertim robustissimo Sole à Terra constituta esse, sacra, vt dictum est, diuinæ litteræ testantur, quæ scilicet vnum cælum, terramque vnam in principio à Deo constituta esse, enunciant, & sensus vtrumq., & humana declarat ratio. Quoniã Sol modò, terraq. (liceat enim vno in Sole, & stellis reliquas, & vniuersum intueri cælum, quãdo eadè illius, stellarumq., & cœli vniuersi natura, conditionesq., reliquæ oēs, at huius vires, conditionesq., reliquæ multò robustiores, nobisq. manifestiores sunt) nec fieri vnquã, nec vnquã immutari, entia verò reliqua assidue fieri, assidueq. immutari, corrumpiq. videtur, & quæ fiunt nõ alia è re, sed vna è terra, è qua scilicet enascuntur omnia, fiunt, & nequaquã à se ipsa, proprijsq. à viribus in illa immutata, proindeq. & à propria natura corrupta, sed à Solis calore immutata apparent. Itaq. nõ quibusuis in terris, & quouis sub Sole omnia, sed pleraq. certis modò in terris, certoq. sunt sub sole, vt nulli dubiũ esse possit, quin è terra singula certis à solis viribus cõcinnata, immutataq. fiant. Præterea, & quòd entia quæuis ipsè profus, quibus Sol viribus spetieq., at non integris illis, nec pura hac, sed bene illis imminutis, debilitatisque, & bene hac impurata, ijs omnino vtriusq. donata sunt, quæ à Sole terre inditè videri queant, at nõ penitus exuperante, nihilq., & ipso passo, sed à repugnantè, & contra agente terra reiecto, imminutoq., & qui propriam quidem illius naturam ex ipsa deturbat, suamque illi indiderit, at nequaquam & crassitiam in eam egerit tenuitatem, in qua pura ipsius spetie spectari, & moueri ipse queat: patet vtiq. cælum, terramq. prima esse Mundi corpora; & entia reliqua omnia, quæ profus naturaliter fiunt, à Sole terrã oppugnante, inuertenteq. effecta esse. At verò, quoniã si reliqua, quæ nullã fortita sunt magnitudinem, & quæ passim è terra à Sole fieri, passimq. ab eorum altero immutari, corrumpique ipsis intuemur oculis, Solis, terreque opera esse, nulli dubium esse potest; aquarum etiam effluxus tot, tantosque, & maris molem, bene vasta nimirum entia, & quorum exortus penitus nos latet, & quæ & ipsa nihil immutari apparent, è terra à Sole educi, proindeque & ipsa à propria natura, & veluti à principio effecta esse suspicari licet. Age aquas etiam omnes, & ipsum etiam mare entium reliquorum ritu è terra à Sole fieri, & proprijs, si liceat, rationibus intueri ne grauemur. At illud præfati, quòd scilicet, si sacre diuinæ litteræ aquas itidè à principio à Deo creatas esse ponunt, haud quaquam id negem vnquam, quin maximè, & ipse asseram. Neque enim qui cælum, terramque è nihilo creauit, non & aquas eum omnes creare potuisse, & creasse negem vnquam. Id modò cõtendam, aquarum scilicet naturam aquas alijs ex entibus efficiendi profus impotentem, & aquas nullas alijs ab aquis fieri vnquam, & eas omnes à Sole è terra fieri posse, & fieri omnino assidue, satis, vt existimo, sequens manifestabit sermo.

AQVAS ETIAM, MAREQVE IPSVM A SOLE È TERRA EDVCI; ET
solum Cælum, terramq. solam prima entia; reliqua secunda esse omnia. Cap. XII.

AQVAS nullas, nec ipsum etiã Mare propria à natura, & veluti à principio constituta esse, sed, & illas, & hoc è terra à Sole effectum, & vel si reliquis longè maius sit Mare, primum corpus nõ esse, sed aquas omnes, & ipsum mare, veluti entia reliqua quæuis, Solis, terreque opera, & secunda esse entia, satis ipsorum virium imbecillitas, & fluores, qui nostro ab igne, & cum sal, tum & entia alia multa, quæ manifestè è terra à Sole fiunt, declarant. Quoniã aqua nulla sui ipsius ferax, efficiensq. est, nulla scilicet

scilicet, quòd Sol, vt dictum est, ignisq. agit, & terra nihil à Sole passa à terra esset, alijs ex entibus præinexistentes deturbat naturas, propriasq. ijs vires, & proprias indit conditiones, & in aquas ea agit; vtiq. proprijs à naturis effecta videri nõ potest. Noster etiam ignis non reliqua modò entia crassitie quæuis, & quæuis donata sint densitate, sed ipsam etiam terram in omnigenos fundit fluores. Et multis in terris, beneque ijs æditis, & quàm longissimè à Mari amotis sal enasci apparet, quòd vtiq. falsis è fluorebus, & qui è terra à Sole facti sunt, fieri necessariò existimandum est; neque enim res alia vlla, è qua, nec agens aliud vllum, à quo fieri queant, intueri licet vllum. Et fontes insuper ab alijs, fluuijsque emanant æque Mari falsi, & qui ab igne tenuioribus sui partibus spoliati, æque, ac marina aqua in sal concrecant; eosq. è terra à Sole factos, apertè etiã est. Cumq. non in alia modò entia longè à terra, quàm aqua est, amplius dimota, & longè Soli proximiora, sed in longè tenuissimos, longeq. calidissimos vapores, & ipsum etiã in ignem, ipsum scilicet in cælum, Solemque, in ipsum terrã Sol agat; vtiq. quin in aquas quæuis agere queat, & agat omnino, itaque aqua quæuis terra à Sole tusa sit, ambigi non potest. Quin, vel si modum, quo terram Sol in aquas fundat intueri nõ liceat, à Sole tamen eas è terra fieri asseuerandũ est; siquidem, nec molem aliam, è qua, nec aliud agens, à quo fieri queant, nec vnde emanent comperire licet. An è stagnis effluant terræ inclusis? Verum vel si quanta vis terræ indita illa fuerint, defecerint tandem omnia: nec ex ijs, si effundantur, plures (quòd passim euenire videmus) copiosioresq. ex æditioribus, quàm ex humilioribus effluant terris. Mare certè superiorum corporum actione nisi assidue enascatur, minus assidue crassum, minusq. fiet salsum. Quoniã enim, vel Aristotelis, vel sensus etiam ipsius testimonio, aquarum reliquarũ more, in vapores agitur mare, ijsque in aquam rursus, at dulcem, tenuemq. coacti, Mari rursus restituntur, tum & quòd immensa quæpiam tenuium, dulciumq. aquarũ moles assidue in mare illabitur; deniq. modis multis maris crassities, falsedoq. nunquam non imminuitur, nisi ab assidue enascente bene crasso, beneq. salso in propriam restitatur naturam, tenue tandem dubio procul, dulceq. fiat. Nec verò ne moles tanta è terra educi queat, verendũ est quicquam; siquidem, vt alibi amplius declarabitur, maris magnitudo terræ vastitati nec conferenda quidem est; nihilò enim terra amplius, breuissimum certè est vniuersum: & si vniuersa ipsius profunditas simul sumatur, dimidijs fortè stadij longitudine non exuperat; ut & qui assidue illam metiuntur, referunt; & ceruleus in vniuersum eius color declarat. Nam, ut in libello de mari pluribus agemus, ubi paulo profundius est, nõ ceruleũ ibi amplius, sed nigrum spectatur, atrumq. Siculi certè freti, quòd longè omnium profundissimum, longeq. apparet nigerrimum profunditas nostris hominibus, qui plurimis eam in locis quàm diligentissimè mensi sunt, nusquam octoginta duos passus excedere comperta est. At terræ semidiametere, quibus breuissima uideretur, duodeciginta millia stadia, alijs etiam longè plura excedit. Multo præterea mari crassior terra cum sit, & quæ si in marinam soluat aquam, multo ampliorem expandatur in molem; uel ex ea terræ portione mare eductum uideri potest, qua terræ dempta, nihil eius imminuta apparet moles. Quoniã igitur non reliqua modò entia quæuis, sed & aquæ reliquæ omnes, & maris etiam ipsius moles assidue è terra à Sole educi, & reliqua omnia passim enasci, immutarique, & occidere, at cælum, terraque nihil unquam immutari, sed eadem utriusque magnitudo, & spetie, naturaque perpetuò seruari, entiumque exortus, immutatioque, & interitus, cœli, terreque apparet opus; utique cælum, terramque, quòd sacra diuinæ litteræ testantur, prima esse mundi corpora, & à quibus entia reliqua fiant omnia, necessariò decernendum est.

Quomodo.

20
 QUOMODO VNO A SOLIS CALORE TOT, ADEOQUE DIVERSA, ET
 hec omnia propemodum dissimilata constituantur entia. Cap. XIII.



ASSIDUE porro terram oppugnante, eiusque naturam, & conditiones reliquas deturbante, suasque indente, tot interea, adeoque diuersa constituuntur entia: quod solis, terraeque vires longe amplissimae sunt, & quae non quiduis oblaesa, statim, penitusque concidant, pereantque vniuersae; sed quae paulatim imminuendae sunt, & bene iam imminutae uiuant tamen, uigeantque. Et dum alterae alteras oppugnant, & ad internitionem agunt, nequaquam stertunt, nihilque contra agunt altere, sed strenue repugnant; & dum non penitus pereunt, contrarias & ipsae oppugnant, oblaeduntque, & imminuunt. Itaque qui a sole aduenit, terramque, subit calor, prius quam inexistentem naturam penitus ex ea deturber, & integrum sese ei indat, diuersis assidue donatur uiribus, diuersus nimirum fit, & longe omnino plurimi calores fiunt: & quorum singuli non proprias modo adant actiones, propriaque constituunt entia, sed qui reliquos oppugnant omnes, omniaque quae ab ipsis constituta sunt, corrumpant, destruantque entia. Siquidem quibus, quantulum donetur uiribus calor, nunquam sese effundendi, & a mole quauis praenexistentes naturas quasuis deturbandi, illamque ipse occupandi facultate spoliatur, aut appetitum deponit. Et quod, vel ipsidem praeditus uiribus calor, materiam subiens diuersa donatam dispositione, densiorem nimirum, laxioremque, proindeque, & in qua copiosior fiat, exiliorem, nihil forte minus a se ipso diuersus, & sibi ipsi contrarius fit, quam ab integro, robustoque imminutus, languidusque. Praeterea, & quod non perpetuo agit sol, sed agere interdum cessat, & dum agit non ipsidem perpetuo, sed alijs atque alijs agit uiribus: & quod non quotidiano tantum, eo nimirum agit calore, quae assidue effundit, sed eo in super, & amplius forte, quem iam diu terris indidit, atque indit sol, qui longe diuersissimis terris, diuersissimaeque singularum inditus profunditati, longe, & robore, & copia diuersissimus fit: & diuersis a solis uiribus assidue fortis, diuersus fiat necesse est: & nequaquam (quod fieri existimet quis) a robustioribus illis robustior, copiosiorque, & a languidioribus languidior, exiliorem, sed secus prorsus robustior a languidior, copiosiorque, a robustiore uero languidior, exilioremque. Siquidem robustior factus solis calor, strenue supremam terrae portionem emollit, laxatque, & strenue praenexistentem ei calorem fouet; itaque & uiribus is auctus, & materiam nactus longe minus repugnantem, & quae tenuitati cuius patentem praebet egressum, molliores illius partes, in quibus praecipue insidet calor, in eam agit tenuitatem, quam euchere, & in qua elabi queat, & elabatur. Praenexistente igitur calore magna ex parte elapso, eoque quem semper effundit sol, a frigore terra erupente exuperato, eo frigidior suprema haec terrae portio fit, quod magis directus ei imminet sol. Obliquo contra eo facto, quoniam languidissime eius vires nihil terram subeunt, nihilque assidue adueniens frigus rejiciunt, & praenexistens calor longe abest, ut proprijs modo uiribus, terram, cui insidet, densiorem praesertim ab exuperante frigore factam, in tenuitatem, vaporesque agat, & longius etiam ut, si quaequam illius portionem in eos egit, efferre eos ut queat, nihil inde elabatur; quin frigoris sese effundentis vires exhorrescens magis assidue sese colligit, & robustior fit, ampliorque. Itaque languidior sub sole, hyeme scilicet, calidior, sub robustiore uero, aestate scilicet, frigidior fit quae superficiem subiacet terrae portio. Sed, ut vnde digressi sumus, redeamus, propterea itidem vno a solis, caelique calore terram in solem, caelumque inuertente tot, adeoque diuersa interea constituuntur entia, quod terrae dispositio, speciesque nequaquam veluti puncto abest, quo emenso in has illae agantur, sed quam longissimo a se ipsis abluunt spatio: idque non veluti saltu, sed ueluti fluxu per continuum conficiendum est.

dum est vniuersum. Huiusmodi enim agentium naturarum progressus est omnis. Et puncto quouis propemodum emenso, aliae illae fiunt, atque aliae. Adhuc, & quod supra terrae superficies, vel quae bene plana, beneque aequabilis, & eodem soli exposita apparet modo, maxime in aequabilis, & minimis quidem partibus, & sensum fugientibus, at continuis distincta est tumoribus; qui & ipsi veluti, & magni montes alijs sui partibus diuturniorem, magisque directam, breuiorem alijs, magisque obliquam excipiunt lucem. Propterea dum terram in se ipsum immutat sol, adeo in multa interea, adeoque diuersa ea agit entia, quod maxime ipse diuerso, maximeque, difformi agit calore, & in terram agit longe diuersissimam. Quae porro dicta sunt, caloris, frigorisque vires, dum sese mutuo oppugnant, in numeris propemodum imminui modis, diuersisque, vtrumque, donatum uiribus, diuersum, & contrarium etiam sibi ipsi fieri, & calores, qui uiribus robore, forte & amplius qui copia differunt, sese mutuo auersari, oppugnareque, & dispositiones quae caeli, terraeque, dispositio nunc mediae sunt, in numeris propemodum esse, & priusquam illarum, harumque, altera in altera agatur, in medias omnes agenda esse, & eodem a calore, at a mole quiduis diuersa, & eadem a mole, at a caloribus, qui quiduis a seipsis differant, diuersa constitui entia, & solae diuersis assidue agere uiribus, eoque, recedente, calore terris inditum non recedere, sed in ipsis immorari, si declaremus, superflui forte uideri possumus, & simus omnino superflui. Quis, n. calidiorum entium longe diuersissimas esse vires, & calida quae sunt, sese mutuo auersari, auferereque, & mutuo sese oppugnare, interimereque, calores scilicet diuersis donatos uiribus, sese mutuo oppugnare, corrumpereque, non percipit? Quis caeli inter, terraeque dispositiones, & caloris, materiaeque species, summam nimirum tenuitatem, summamque inter crassitiam, & albedinem summam, summamque inter nigredinem, innumeris dispositiones, speciesque, esse, & per eas omnes ad has illas agi, non intuetur? Quis itidem, & diuerso a calore, & ab eodem etiam, at diuersa a materia diuersa constitui entia, & omnia quiduis proprio ipsorum calore aucto, imminutoue, quauis id fiat ratione, ea dispositione quiduis immutata, longe a seipsis diuersa, & alia omnino, atque, alia fieri non percipit. Cui alium assidue, atque, alium a sole ad nos calorem accedere, abditoque iam sole supremam, profundioreque, etiam terram ab eius uiribus adhuc retineri, ignotum est, occultumque? At non forte, si reliqua attentius inspiciamus, inculcandi simus, vel si & ipsa bene sensui manifesta sunt, & satis declarata uideri possunt omnia; quae nimirum, & obscuriora forte sunt, quam ut ueluti obiter aspicienda sint, & digna certe, quae intussume inspiciantur. Nam, & si eodem a calore, at qui non perpetuo agit, sed agere interdum cesset, eoque, amplius, si frigus, & robustum id illius actionem interceperit, materiam eandem in aliud, atque, aliud agens, quam una, eademque, illius actione acta foret, & calorem eundem tenuiori, crassiori, inditum rei diuersis donari uiribus, diuersasque reddere actiones passim intueri licet: at modus tamen forte, quo, & hoc & illud fiat, latere nos queat, isque amplius, quo quae magno a calore constituta sunt, & quibus magnus inest calor, non & consistentia, dispositio neque, & specie donata sunt, quae a calore fieri, & caloris esse uisa sunt, mollia nimirum, tenuiaque, & alba sunt, sed longe plurima illis omnibus, vel quibusdam, quae a frigore facta.

QUOMODO QUI DIVERSIS ASSIDUE AGIT VIRIBUS CALOR, ISQUE
 amplius, cuius actionem frigus intercipit, alia constituat entia, quam si idem perpetuo agit.
 Et calor idem crassiori inditus rei, ampliores sumit vires. Et entia multa dispositione, specieque donantur, quae nec sibi ipsis, nec inexistenti congruant naturae. Cap. XIII.

DIVERSA quidem sunt entia, quod diuerso calore, diuersa dispositione, diuersa donata sunt specie. Et qui calor, quaeque dispositio, & quae inditur species ab externo calore, a quo efficiuntur, inditur omnis: isque talis ipsis, in quae agit, exuperatque, perpetuo sese indit; qualis ipse est; talique dispositione, & specie ea donata.

donat; quali donari se ea sinunt: iuxta proprias videlicet ipsius vires, & rerum, quas subit dispositionis renitentiam perpetuo eas disponit: & iuxta inditam dispositionem, sui, ipsius copiam, speciem indit. Fortè enim numquam prorsus, nò perpetuo certè tantus calor materiam subit, quantum capere ea potest, sed minor plerumq., in quam præsertim non integer, diuturnusq., agit. Quapropter diuersus assidue qui sit calor, diuersa ab ijs, quæ vnus, idemq., perpetuo si sit, idemq., assidue agit viribus constitueret, constituat entia oportet. Nec propterea modo, quod non idem ipse perpetuo agit, sed nihilò fortè minus, quod non in idem perpetuo agit ens, quod nimirum iuxta diuersas inexistens, subuenitq., naturæ vires, actionesq., diuersum assidue, & ipsum sit, diuersa q., natura, & diuersa donatur dispositione: eoq., amplius, si è diuersis constet partibus, & quæ non eadem omnes simul donari queant dispositione, sed quarum aliqd. emolliuntur, in fluores aliq., & in summam agantur hæc tenuitatem, & quæ statim elaboratur omnis. Etenim, si vbi caloris actio remittitur, nequaquam, qui factus est fluor, in vapores agitur, sed factæ crassitie immiscetur, vniturq., minus vtiq., rediens calor est attenuet, educatq., oportet: eoq., amplius, si caloris actionem robustum interceperit frigus, quod tamen inditum calorem non deturbat, (quod vbi sit nullum nouum constituitur ens) imminuit fortè tamen quid, factam certè molliem indurat, & compingit. Itaq., qui veluti per vices redit calor, nulquam quem sibi fecerat aditum, neq., eandem naturæ dispositionem, sed aliam, atque aliam, longeque ab ea, quam fecerat, diuersam, & quam non idem ipse, sed alius iubeat; multò diuersius constituat ens, oportet; eò nempe diuersius, quò diuersiore modo agere cessarit calor; diuersiusq., interea contra egerit frigus. Idem porro robore calor, se ipso robustior, languidiorq., à se ipso scilicet diuersus fieri, differentesq., adere actiones potest; & robustior, languidiorque sit, & diuersas, differentesq., adit actiones: siquidem, & materia maximè expandi, amplificariq., & maximè in seipsam densari, inq., angustum cogi, eadem videlicet materia angustior, ampliorq., occupare potest locum. Et calor illam, non vt vas, aut locum quempiam subit, vt tantus ibi fiat, quantus, quem occupat, est locus; sed potentius materiam infligit, vnumq., ei fit. Itaq., vt materia, vel in se ipsam densata, & multa, copiosaq., est, vel expansa, explicataque, & modica est; ita, & qui in ea sit calor, vel in se ipsum collectus, & copiosus est, vel veluti explicatur, in amplumq., expanditur, & exilis fit. Quamobrem, vel idè robore qui est calor, si materiam indatur, quæ diuersam sortita sit dispositionem, à se ipso differens fiat, differentesque adit actiones oportet. Nam, si calorum, qui æque quidem tenuibus, at non æq., magnis insunt flammis, qui igitur nec robore, nec copia, sed sola à se ipsis differunt quantitate, diuersi à se ipsis videri possunt, & sunt sanè diuersi, qui nimirum vel eadem res diuerso immutant modo, & in diuersa agunt entia, vtiq., & multò mehercule amplius is à se ipso diuersus fiat, differentesq., adit actiones, qui materijs inditur, quarum moles quidem, & ambitus idem, at non & dispositio eadem sit, sed quarum altera bene in se ipsam densata, bene altera à se ipsa explicata sit. Etenim qui illi inest, non modò veluti ampliores quæ sunt flammæ, pluribus agit viribus, sed bene ijs sibi ipsis vnitis, & quæ sese mutuo fouent, augentq., & mutuo robur sibi ipsis induit. Vni prorsus, idemq., vt sint calores, eandemq., vt adant actionem, conditione nulla prorsus à se ipsis differant; sed, & robore, & copia vni, idemq., sint necesse est. Quin & languidior qui est calor, si multus in seipsum colligatur, robusto, sed per tenuitatem ditiuso, si nò vehementius, copiosus certè calefacit. Integer nimirum calor, quod magnis agit viribus, penitus in quæ agit, nulloq., subit teporis momento: at exilis qui est, exiliter calefacit; imminutus contra, sed multus in vnu coactus, non adeo strenuè subit; at multus, quod est, copiosusque, quod multis scilicet agit viribus, copiosus calefacit; eoq., vt videtur, à flammis prunarum differt calor; ab illo n. vehementius subiri nos, molestiaq., affici, at exilis certè caleferi, ab hoc contra minus nos subiri, at copiosus caleferi, itaque nihil oblati, sed foueri nos sentimus.

CVR IN-

CVR ENTIA MULTA CONSISTENTIA, DISPOSITIONE, SPECIE donata sunt, quæ, nec sibi ipsis, nec inexistenti congruunt naturæ. Cur longè plurima non vnâ, eademq.; vniuersa sortita sunt dispositionem. Et quomodo, quæ vnâ eam, & quæ diuersam sortita sunt, digno sci queant.

Cap. XV.



HNUM porro multorum consistentia, dispositio, speciesq., nec sibi ipsis, nec inexistenti calori, à quo constituta sunt, congruunt; non æque scilicet mollia, tenuia, alba sunt omnia; nec horum singula iuxta inexistens caloris robur; sed dura sunt quædam, renitentiaq., & alba, tenuiaque, & trãspicua, glacies, crystallus, oculi humor, qui, quod crystalli speciem refert, crystallinus dicitur, & adamas. Quædam nec tenuia quidem, sed bene opaca; beneq., corpulenta, animalium ossa, argentum, & marmor. Non alba itidem quædam at tenuia, trãspicuaq., gemmæ, lapidesq.; multi. Mollia contra quædam, fluidaue etiam, nec trãspicua sunt, nec alba, cera, pix, sanguis, fluores multi. Et nequaquam quæ caloris ijs insunt conditiones, iuxta inexistens caloris robur robustæ insunt singulis, languidaue, sed ijs interdum robustiores, quibus languidior inest calor; & per pauca quædam verè sibi ipsis similia sunt vniuersa: reliqua verò omnia, vel quæ vna prorsus, eademq., apparent, diuersam omnia natura sunt dispositionem, & alijs sui partibus laxiora, densiora sunt alijs, ijsq., ita minutis, itaq., sibi ipsis immixtis, vt quod ex omnibus cõpositum est ens, nulquam à se ipso diuersum, sed vnum prorsus, idemq., appareat vniuersum. Hoc in de euenit, quod per pauca quædam similari è terra, & vno, eodemq., à calore vniuersa effecta sunt, è quali cõstituta quæ sint, dubio procul conditiones oēs, & sibi ipsis, & inexistenti naturæ maximè congruentes sortita esse oportet: sed è Terra pleraq., quæ alijs sui partibus, & nò magnis ijs tenuior, laxiorq., alijs verò crassior est, densiorq.; quin cuius quodlibet ferè punctum veluti è tenuitate, crassitieque, & bene ea diuersa compositum est, cuius itaq., portio nulla, nullo propemodum à calore vniuersa simul vna, eademq., donari queat dispositione. Et nequaquam primo è Terra exortu, sed, vt sequens amplius manifestabit sermo, è fluoribus omnia propemodum fiunt, qui, & ipsi ita diuersam sortiti sunt dispositionem, veluti è Terra, è qua effecti sunt, & vel à frigore gelatis, quo modo glacies, crystallusq., vel à calore tenuissimis sui partibus spoliatis, itaq., concretis, quomodo animalium, plantarumq., partes quæuis, & quod è marina aqua conficitur sal, esse etiam videtur. Manifestè enim hæc omnia è fluoribus, si quidem amplius à frigore duratis, at tenuioribus certè partibus elapsis, itaq., reliquis concretis, constituta sunt. Quorum igitur albi vniuersi qui sunt, trãspicuique, quibus scilicet qui inexistit calor, & si non robustus, at tantus tamen vniuersus inest, in quanto inexistens materiam nigredo penitus lateat, quorum omnino portione in quauis, sola, puraq., inexistens caloris species spectatur, & qui ea donati sunt tenuitate, quæ aduenienti luci peruia sit vniuersa, vt vniuersus ijs concrecant modo, in album, trãspicumque, concrecant ens, vt glacies, crystallus, & oculis inexistens declarat humor. At qui albi quidem vniuersi, at non, & trãspicui itidem sunt, quibus scilicet qui inest calor adeo materiam excedit, vt nihil ipsius species ab huius nigredine obtegatur, sed deturque vsquam, sed, & in ipsis vniuersis penitus hæc in illa lateat, at crassiores sunt, quam vt externe luci peruij sint, in album & ijs, at non trãspicua, sed opacam, corpulentamq., cuiusmodi animalium ossa sunt, sem trãsmutantur. Qui contra bene quidè tenues, trãspicuiq., vniuersi sunt, at quæpiam in ipsorum parte, quantula vis ea sit, inexistens calor à materiam copia expetetur, itaq., ab huius nigredine illius albedo impuretur, tenuè ijs quidem, trãspicumq., at non album concrecant in ens: sed illud ita magis, minusq., ad nigrum vergit, vt magis, minusque impurata sit caloris albedo: atq., ex huiusmodi gemmæ, lapidesq., nonnulli effecti videtur. Quorum verò, vel moles vniuersa, vel portio quæpiam, non ea caloris copia,

copia, eaque donata sit tenuitate, in qua pura illius species spectetur, & quam externa lux permittit, sed vel in vniuersa illa, vel quapiam in portione inexistens caloris albedo à materia nigredine intingatur, obscuratur, luciq; imperna fit, ij vel albi fortè, & transpicui si sint, tenuitate, qua inexistente, immixtaq; crassitiem exuperante huiusmodi erant, elapsa, non album, transpicuumq;, sed ita magis, minusue ad nigrum vergens, prout inexistens caloris species magis minusue à materiae specie sedetur, ad nigrumq; agatur, & opacum omnino cōcrescunt in ens. Et fluores nullo à frigore correpti, sed interno calore, tenuitateq;, cui is inhærebat externo à calore educta, vel spōte elapsa, in stabilia concrescunt entia, quod non eadē vniuersi donati dispositione, & fluidi erant vniuersi, sed, & ipsi veluti è fluoribus, crassitiq; compositi, at longè ea minutissima, & quæ penitus illis immixta, & ab illis veluti vctata fluere, & ipsa videntur: fluoribus porrò in summam actis tenuitatem, itaq; elapsis per se illa facta, & in se ipsam coacta, in ens concrescit bene corpulentum, fluendiq; impotens. Quò sit, vt iure sit asserendum, nostrorum entium per pauca quædam sibi ipsis similia esse vniuersa, & vna vniuersa, eademq; dispositione, itaque, & vna, eademq; natura, iisdemq; tota donata esse viribus. Reliqua verò omnia sibi ipsis dissimilia, & diuersam dispositionē, proindeq;, & diuersas sortita sunt vires; quòd fluores, qui in ea cōcreuere, vel tenuioribus sui partibus spoliati, non propterea sibi ipsis similes facti sunt, sed adhuc quo modo, & terra, è qua effecti sunt, veluti è tenuitate, crassitiq; compositi, & non vna, eademq;, sed bene vtraq; multiplici, & penitus alteri immixta altera. Et nostrorum entium longè plurima ex ita diuersis constare partibus inde clarè intelligitur; quòd ipsorum per pauca ea eueniunt, quæ si verè sibi ipsis similia sint vniuersa, eueniunt omnibus, & quæ passim ijs euenire videntur, quæ sibi ipsis similia sunt, vel quin sint patum abest, dulcibus nempe, purisq; aquis, bene depurato vino, oleo, cera, sebo, pinguedini, aceto. Non scilicet eodem à calore, eodemq; prope modum temporis spatio idem vniuersa patiuntur, eòq; assidue tenuiora fiunt, quò robustius, diutiusq; in ipsa agat calor; vt marina aqua, fluoresq; alij multi, lutum, animalium carnes, sanguis, semen, lac, & oua manifestant. Propterea sanè, vt dictum est, quendam vsq; ad terminum, & eò vsque dum & crassiores ipsorum partes à calore exuperetur, corpulentiora assidue fiunt, durioraque, quòd nō eadem vniuersa donata sunt dispositione, sed veluti è tenuitate, crassitiq; sibi ipsis immixtis composita sunt, & priusquam in mollitiem hæc agatur, maxime illa tenuis facta est, elapsaq; omnis. Itaque illius hæc, & sui etiā ipsius factata contactum, & in se ipsam coacta crassior facta esse apparet, ac durior. Age verò vniuersalem canonem, quo non exquisitè quidem, distincteque, sed vniuersali, & cōmuni quodam modo, quæ ab vno, vniuniformiq; calore, & quæ à frigore itidem, vel caloris actionem excipiente, vel veluti per vices agente, & similari, dissimilariue, & molliore, durioreue è Terra constituta sunt, dignosci queant, inquiramus, aliàs, si captus fuerit Deus, diligentius inquisituri.

CANON, QVO QVAE VNO, VNIFORMIQVE A CALORE, ET

quæ à frigore itidem, & quæ similari, dissimilariue, & molliore, durioreue è Terra constituta sunt, dignosci queant. Cap. XVI.

CANON inquitur, quo singulorum entium exortus, constitutioq; dignosci queat; quæ non ab integro, penitusq; exuperante calore, sed ab imminuto, & vel à frigore, vel à materiae crassitie reiecto interdum, cōstituta sunt. Itaq; vel non ijs cōditionibus, quæ à calore afferuntur omnibus, sed partim his, illis partim, quæ à frigore fieri uisæ sunt, vel quæ calori attribui nequeunt prorsus, donata apparent, vel si quidem ijs omnibus, quæ caloris sunt, at bene obscuris, & quæ latere nos queant, entibus præsertim inditæ sunt ab ambientis frigore detētis, vel nullis prorsus, sed con-

sed cōsistentia, dispositio neque, quæ propriæ frigoris visæ sunt, & specio, quam calori attribui non liceat. Propterea, quæ caloris, quæ frigoris cōsistentia, dispositioque, opus, & quæ illius, quæ etiam materiae species est (nam nostrorum entium nullum prorsus à frigore, sed eorum quoduis à calore constitutum est, & vel suprema terræ portio in calidum acta est ens, frigoris species nusquam nobis conspicua est, itaque nec inquirenda est) tum, & quæ in entibus à calore exuperatis iuxta illas, immutationes fiunt, vel si satis superius ostense videri possunt, quoniam veluti ante oculos posite magnam ad proposita rei inspectionem adiumentum afferant, hic etiam, ijs que in entibus intueri ne grauemur, quorum constitutio manifesta esse potest. Siquidem quæ eadem ijs cōsistentia, dispositio neque, & specie donata, & à calore exuperata, modo eodem immutari cōspecta sint, quin eodem à calore, rebusque ex iisdem, & eodem ijs modo constituta sint, dubitandum non est. Iamque entia, quæ subit, penitusque vniuersa exuperat calor, laxa ea, fluida, tenuia, alba facit, & dum nihil is proprijs in operibus languet, nihil scilicet ex ijs elabatur, nihilque externo à frigore rejicitur, retunditur, qua ab ipso ea cōsistentia, dispositione, specieque donata sunt, in ea perpetuo permanent. Frigus contra quæ corripit, quantumuis mollia, fluidaque, durat omnia, compingitque, & ad crassitiem agit. Et materia nigra cōspecta est; & ubi non ea caloris copia ipsam subit, in cuius albedine ipsius nigredo lateat, non alba amplius, sed coloribus, qui album inter, nigrumque medij sunt, & nigro etiam affecta colore fiunt entia, si materia, vel copia exuperat, vel adeo in se ipsam densata sit, vt inexistens caloris speciem penitus obtegat. Præterea, nec materiam eandem diuersis viribus præditus calor, nec eadem hic diuersam illam eadem donat dispositione, sed robustior, quam languidior calor, & molliorem vterque, minus itaque repugnantè magis laxat, magisque attenuat, itaque, quæ vniuersa sibi ipsis verè similia sunt, è materia ea, quæ eadem omnis donata sit dispositione, vel si quid à se ipsa differat, à calore certè, qui æquè vniuersam exuperarit, effecta sint oportet. Minimè verò, quorum non vna, eademque est dispositio, sed dissimilari omnia è materia, & à calore non æquè vniuersam immutante, constituta esse existimandum est. Ad hæc, quæ à frigore gelantur, quò nullam id ex illis tenuitatem exprimit, sed ligat eam modò, & pro fluxili stabilem facit, in fluores à calore soluta, haudquaquam rursus concrescunt, sed fluida perpetuò permanent, vt glacies è quouis fluore facta, declarat. Quæ verò à calore compinguntur, quòd inexistente in eis fluorem, quo immixto vniuersa fluebant, magnam in tenuitatem actum eduxit omnem; ac propterea concreuere, quòd, quæ ipsorum remansit portio, sui natura fluida non est: soluta haud ita multò post, eaque omnino elapsa tenuitate, quam, qui ea soluit, fecit calor, & nulla fortè tenuitate, aut non ea certè, qua inexistente fluere possent, sed calore, à quo fusa sunt elapso, rursus concrescunt. Nam materiam, quæ adeo sibi ipsi inhæret, adeo que sibi ipsi affixa, vniuersa, nihil, vt à se ipsa separari, dissoluique, itaque nec fluere queat, si robustior eam subeat calor, statim, & prius omnino, quam præinexistentem naturam, dispositionemq; deturbet, propriamq; eam faciat sedem, veluti dissoluit eam, & pro dura, stabiliq; mollè facit, fluidamque. At quòd nihil eā, vel non id certè laxiorè, ampliorèq; fecerat, quòd vt ipso abeunte fluida remaneret, facienda erat, quòd omnino fluere vt possent, non facta dispositio, sed, qui subierat præstabat calor, eo elapso, nō fuit amplius, sed rursus in se ipsam eoit, colligiturq; vniuersa, & dura fit, & stabilis. Hæc inquam omnia ita cū sese habeant, atq; eueniant, non supremū modò celum, sed, quæ semper elabatur, tenuitate, & aquas etiam dulces quæ sunt, & quas in summam vniuersas calor agit tenuitate, & si quæ alia huiusmodi sunt, tenuia nimirum, fluidaue, & similia, albaque entia, quæ cōsistentia, dispositio neque, specie, quæ caloris propriæ sunt, & que nihil à frigore oblecta, immutataue videri possunt, donata sunt, vno ea à calore, & similari, beneq; molli, & laxa è materia, vel siquidè dissimilari, durioreue, & defiore, at penitus, & æquè deuieta vniuersa cōstituta esse

esse existimamus. Quæ verò nec mollia, nec fluida, quin bene dura, beneq. stabilia, & bene tamè transpicua sunt, albaq. cuiusmodi glacies, crystallusq., & dictus oculi humor, & adamas est, & si quæ alia huiusmodi sunt, non quidem primo ortu è terra ipsa, nec è terre simili, è crassa scilicet, densaque re, sed è fluoribus omnia; neque enim crassities vlla transpauitate tanta, tantaque, & eadem vniuersa donari queat albedine, nõ magnam in tenuitate, & in fluores, aut in fluoribus bene proximã actã re. Et quòd glacies, oculique humor apertè è fluoribus, vel à frigore ligatis, vel inexistens calor, tenuitatisque portione quãpiam spoliatis, itaque concretis effecti sunt; vtique & reliqua illa æquè his transpicua, albaq. è fluoribus, & ipsa effecta esse maximè est rationi congruum. Et crystallum glaciæ ritu è fluore verè simili, & à frigore gelante effecti esse, inde intelligere licet; quòd ægrius quidem, at & ipsum vehementi, vniuniformiq., & diuturno à calore liquatur; & in quem liquatur fluor per se nunquam concreuit, minimè verò, & oculi humori, adamantique hoc accidit. Etenim qui in illum concreuit fluor, in animalium concreuit corporibus, ac tenuissimarum ipsius partium abscessu concreuit necesse est: & adamas, quòd non à robustissimo, sed à certo tantum, deter minatoq. calore liquatur, vel summe, & æquè, vt videtur, albus, transpicuusque, prorsus tamen similis videri nõ potest; propterea enim robustissimus calor illum nõ fundit, quòd tenuissimas is illius partes in summam prius agit tenuitatem, quàm quæ minus tenues sunt fluidas faciat: quo fit, vt illis abeuntibus adeo hæ in se ipsas cogantur, densenturq., nullus, vt eas subire queat calor; à moderato autem in fluorem soluitur vniuersus, quòd dum tenuiores is partes in fluorem soluit, minus tenues ita emollit, laxatque, vt qui factus est fluor has subire, & his immisceri queat, proindeque sibi ipsis vtræq. immixta, & veluti vnũ factæ, in vnũ tandè, eundèq. liquantur oēs fluore. Itaq. fluores, qui in hos concreuere, è materia facti videri possunt, bene quidem molli, beneq. laxa, at nõ penitus simili, & æquè vniuersa à calore exuperata, è quali qui in glaciem, crystallumq. acti sunt, factos esse consentaneum prorsus est. Entia reliqua alba quidè quæ sunt, at non bene modò stabilia, beneq. dura, sed opaca insuper, cuiusmodi animalium ossa, dentes, vngues, & ouorũ cortex, albumq. nostro ab igne amplius concoctum, & plantarum fetus nonnulli, & ligna, & cũ sal, tum lapides multi, argètumq., & metalla alia quædam, è fluoribus & ipsa, vel è re fluoribus bene proxima, constituta esse existimare oportet. Idq. inde intelligitur, quòd vel si multus materiæ indatur calor, minimè tamen eius species conspicua in illa fiat, nisi bene ea expandatur, & in fluores, aut in fluoribus similem explicetur rem; & eorũ magnam materiæ molem, è quantã illorum multa constant, æquè vniuersam simul immutari, & eadem vniuersam dispositione, eademq. donari specie, existimare non licet. Et certè si non eundem perpetuò, at assidue calorem in terram effundit Sol, itaque non ab eo, quem semel, & veluti temporis momento illi indidit, sed à nouo insuper, quem effundit, illam immutari oportet; iccirco extrema illius portio magis immutetur necesse est. Quòdque illorum pleraq. manifestè è fluoribus fiant, ea videlicet, quæ in animalibus, plantisq., alba, duraq. sunt oia, patet. Neq. enim ambigi potest, quin animalia vniuersa è semine, menstruoq. sanguine, è bene nimirum fluidis rebus, nec quin alba quæ ijs insunt res è semine effectæ sint. Et plantas vniuersas, è bene & ipsas fluxili, aut fluoribus proxima re constitui, ipsis intueri licet oculis, & suo amplius declarabitur loco. Et cum qui in animalium sunt corporibus, tum lapides alij multi manifestè è fluoribus fiunt, tenuioribus ipsorum partibus, vel externo à calore educis, vel sponte cum proprio elapsis. Itaque, & argentum, & reliqua alba quæ sunt, vel si dura, densaq. apparent, è fluoribus omnino, & modò, qui dictus est cõcretis fiunt. Ipsi porò fluores, quãdo in dissimilata, nihilq. transpicua concreuere entia, proindeq., nec similes, nec tenues videri possunt, vtique è terra nec simili, nec molli, & à calore facti sint oportet, siquidem vniuniformi, at non certè æquè illam exuperantè vniuersam. Nam vel æquè alba

dictorum

dictorum entium quæ apparent, dissimilata omnino esse, inde liquidò patet, quòd quæ ipsorum funduntur, nequaquam (quæ similaribus cœniunt) in vnũ vniuersa, eundemque liquantur fluorem, itque vniuersus tandem in summam agitur tenuitatem, nulla sui portione durior interea factus, crassiorque. Huc adde quòd quæ nullum interea in fluorem agi visa, in flammis, fumumque solui apparent, manifestè veluti è tenuitate, crassitiesque, & bene vtræque multiplici, beneque alteri immixta altera, composita sunt. Et manifestè non in diuersas modò tenuitates, sed in crassities etiam soluntur diuersas. Crassities enim cinis est, fuligoque, quæ à calore exuperari non potuit. Quæ verò transpicua quidem, at non alba, cuiusmodi gemmæ multæ, multique lapides, è fluoribus & ipsa, & bene quidem liquidis, tenuibusque (neque enim transpicua sint, nisi è fluoribus facta sint) at non puris, sed quibus crassities quæpiam, quæpiam scilicet materiæ immixta est portio, cui, quòd non ea calor quantitas indita est, in cuius albedine materiæ nigredo lateat, non pura illa, sed huic cõmixta spectatur, itaque nigra apparet: quos igitur si quidem vniuniformi, non certè æquè exuperante à calore, & molli quidem, at dissimilari certè è terra factos esse existimandum est, & cuius dum partes aliæ in fluorem, & bene eum tenuem, albumq., aliæ si quidè in fluorem, at non album certè actæ sint. Nam à quantulouis immixta materiæ nigredine albedinem quamuis impurari, & ad nigrius agi, non solis modo declarat candor, qui vel liquidissimas aquas, & longè tenuissimos permeans vapores, & resiliens etiam ab illis, puniceus, flauus, viridis, cæruleus, purpureusque, & niger etiam fit, sed liquores quiuis, & quantumuis albi, qui nimirum omnes quantulouis indito crassiore, nigroque succo, vel ipsius, vel nigriorem assumunt colorem. Et vina albis ex vuis expressa, & alba existentia, taliaque, re nulla admixta, futura, diutius cum proprijs corticibus concocta, punicea fiunt, nigredine nimirum quæpiam ab illorum materia assumpta. Et arte quæ sunt gemmæ manifestè hoc modo conficiuntur, siquidem duplici fiunt è fluore, bene liquido, beneque albo altero, & è lapidibus factis, qui quin transpicui sint, parum absunt, altero vero eo è metallo expresso, cuius color gemmis indendus est, è bene nimirum alba re, at cui alius immixtus sit color. Quæ verò nec alba, nec transpicua sunt, cuiusmodi animalium pili, & plantarum fetus, cortexque, & ligna, & lapides, metallaque multa, è fluoribus & ipsa etiam omnia, & si quidem à frigore itidem duratis, at à calore certè tenuitatem educete, & tenuioribus sui partibus spoliatis effecta esse, iudicandum est. Nam animalium pili, & plantarum fetus, cortexque, & ligna manifestè ita fieri videntur. Et lapidum, metallorumq. constitutionem diuersam esse, & illorum alia è terra ipsa nihil dum in fluores acta, alia verò è fluoribus constitui, rationi consentaneum non videtur. Ipsos porò fluores, quòd non modò in opaca, corpulentaq., sed in non alba insuper concreuere entia, vel magis dissimilares, vel crassiores, itaq. & huiusmodi è terra, & à calore vel non æquè vniuersam eã, vel minus exuperante effectos esse existimare licet. Eoq. & horum, & aliorum singulos corpulentiores, huiusmodiq. è terra & à calore minus exuperata, quòd & in quæ concreuere entia, nigriora, crassioraq., & frangi ineptiora appareant, ægriusq. à calore exuperetur. At è fluoribus tenuiorũ sui partiu effluxu cõpactis entiu, quæ diximus pleraq. cũ constituatur, corũ tã nõ nulla, caq. oino, quæ bene dura, beneq. rigida sunt, & nõ alieno, beneq. eo vehementi à calore inexistere tenuitate spoliata videri possunt, à frigore itidè, & veluti per uices relicta tenuitate assidue gelante, compacta, ampliusq. durata efficiuntur. Nam & manifestè ita cũ alia multa, tum plantæ, eorumq. fetus constituantur, & ita omnino constitui, quæ à calore in ijs immutationes fiunt declarat, quæ .i. bene corpulenta, beneq. dura cũ sint, breui, languidoq. à calore lenta fiunt, molliaque. Neq. enim, si tenuitate omni elapsa, tantã ea acta sint in duritiẽ, hmoi à calore in tantã agantur molli tẽ. Et lapides qui in sodinis findi nihil repugnant, externo à frigore, minimeq. eo diuturno durati, longè incidunt ægerimè. Quæ verò bene transpicua, beneq. sunt dura

C 2

vnius

vnius ea tenuitatis effluxu, in tantam acta esse duritiem, itaque liquidissimum fluorem per se, nullaque frigoris ope duratum esse, existimare non licet.

QVI. QUANTVSVE CALOR QVAE COSTITVAT ENTIA, INQVIRI
non debere: distincte enim caloris differentias percipi non posse. Materiam itidem dispositionis diuersitatem distincte non percipi; at melius tamen, quam caloris vires distingui, determinari posse. Cap. XVII.



QVI porro calor, vel quantus, quod nimirum caloris robur, & quae eius copia, quam terram, & quae entia in qualia inuertat, minime inquirendum videtur, ut quod homini nulla, ut nobis videtur, innotescere queat ratione. Qui enim, vel caloris vires, & calor ipsum veluti in gradus partiri, vel materiam, cui inditus est, copiam, quantitatemque distincte percipere, & certis, determinatisque caloris viribus, copiaque in certam materiam quantitatem, dispositionemque certas actiones, & certae materiae quantitati, certam, determinatamque caloris copiam assignare liceat? Utinam id alij, & perspicacior praediti ingenio, & quibus in summa tranquillitate rerum naturam perscrutari licuerit, assequantur; ut homines non omnium modis scientes, sed omnium terere potentes fiant. Nobis, ut ingenuè fateamur, crassiore ingenio donatis, & quibus non nisi extremum vitae spatium philosophari licuit, minimeque id molestis, curisque vacuis, sed in audito coram scelere, atque immanitate, a quibus maxime amari nos, colique, & foueri oportebat maxime in summas difficultates, summasque coniectis in molestias, satis sit, si qui, quantusque calor, quam molem, qua donec dispositione intueri liceat. Et non exquisitè id quidem, distincteque, sed rudiore, & confuso quodam modo, nec singulas caloris differentias, quae innumeratae, & roboris, & copiae sunt, nec materiae conpissationis diuersitatem percipere potentibus, sed per paucas vtriusque, & confusè illas, indistincteque. Vel gustus enim, qui, ut alibi declarabitur, inexistens naturae ingenium, viresque exquisitissime percipere videtur, per paucas illarum differentias, & confusè eas percipit. Neque enim qualis, quantusque caloris dulcedo, aut amarities actio sit, dignoscit, & dulcedinem omnem, omnemque amaritatem bene amplam vtramque, & bene à se ipsa differentem, ut vnam, eandemque ponit, & ut vnius caloris actionem, quae diuersi omnino est, & si qua illarum excedere videtur, inexistens ne naturae robore, an copia exuperet, diiudicare minime potest. Quin neque materiae dispositionum, eius nimirum expansionum, conpissationumque differentiarum omnes à reliquis seorsum singulae innotescere possunt, innumeris, insensilibusque à se ipsis distantes spatijs, at quae tamen quoniam magis, quam quae caloris sunt obuiæ, percipiendas, contrectandasque, & dignoscendas se nobis praebent. Vtique si non omnes, & per se seorsum singulae, at in paucas quasdam collectae omnes dignosci nobis, diuidique, & certis, proprijsque limitibus singulae, quae à multis factae sunt, concludi possunt. Vniuersus nimirum conpissationis ad expansionem progressus, vel nullo in spatio sibi ipsi similis, quodam in spatio, quae in eo continentur dispositiones, ut vna poni possunt, & quali ea è materia, qualique praecipue à calore fiat, inquirere, statuereque licet; nec verò distinctè, determinateque, sed confusè (ut dictum est) indeterminateque, non scilicet certis, determinatisque caloris viribus certas, determinatasque materiae dispositiones, sed vehementiori modo, languidiorie illi has assignare.

MATERIAE

MATERIAE DISPOSITIONES, EARVMQVE DIVERSITAS, VT
innotescat: num iuxta illius expansionem, conpictionemque tantum, an iuxta molitiam itidem, duritiemque differant, inquirendum esse. Cap. XVIII.



MAERIAE dispositiones contemplantur, vnae expansionis, conpissationis, an & molitiae itidem, ac duritiae diuersitate differant, num .i. diuersa ab expansione molitiae, & à conpissatione duritiae sit, itaque non eas modò materias, quae diuersa expansione, conpictione sunt mensura, sed eas in super, quae iuxta molitiam, duritiemque, à se ipsis differunt, diuersas fortitas esse dispositiones statuere oporteat, inquirendum est. Nam & si, quae adeo in se ipsam densata est moles, ut nihil in angustius cogi queat, comprimenti renititur, duraque est; quae contra bene expansa, explicataque est, quod negotio nullo in se ipsam residere, & contingenti loco cedere potest, mollis est, nihilque comprimenti renititur, itaque molitiae, cessioque molis expansionem, duritiae contra, renitentiaque molis conpissationem sectari videtur: quoniam tamen quaedam valde quidem transpica, (mole bene expansa, beneque explicata) satis dura sunt, satisque renitentia; quaedam verò bene opaca, & bene compacta, beneque in se ipsa densata, bene tamen mollia sunt, promptissimeque contingenti cedunt, succurret fortasse credere, quoniam molitiae, cessio, duritiae, renitentia ab expansione, conpissationeque diuersae sunt, vtrarumque diuersitates seorsum ab alteris esse inspiciendas. Quapropter duplex ne molitiae, cessio, duritiae, renitentia sit, & num veluti aqua, glaciisque inter se differunt, quae ex aequo expansa constant mole, at iuxta molitiam, duritiemque differunt, diuersa donata dispositione videri debeant, itaque duritiae vtriusque suam in molitiam progressus inspiciendus sit, inuestigemus. Quod in caloris frigorisque actionibus, à quibus illae fiunt omnes, dilucescet. Ad has igitur vel saepius conspectas regrediamur.

MATERIAE DISPOSITIONES, EARVMQVE DIVERSITATEM, NON
etiam iuxta illius molitiae, & duritiae, sed tantum iuxta expansionis, conpictionisque diuersitatem expendendas esse. Cap. XIX.



CALOR quòd mobilis sui natura est, & motu seruetur summo opere, oblectatur, quae subit mole, rigida ea si sit, flexiisque repugnet, veluti exoluit primum, lentam, flexibilemque, talem tandem facit, in quali quempiam edere queat motum. Id verò alia multa, & vitrum, metallaque declarant; quae exuperate à calore correpta, nihil, quod videre liceat, in amplius explicata, mollia fiunt, fluidaque. Comprimenti nimirum, ut cedant, flexanturque, & fluant, non materiae expansio, quae nullibi facta est, sed inexistens praestat calor: qui, si non propria vi, at comprimantis ope usus, illam commouet; itaque eo, si quapiam, non ea certe cum tenuitate elapso, qua dempta è mollibus, fluidisque dura fiant, stabiliaque, in aequè magnam, & aequè renitentem concresecunt molem. Nihil igitur in amplius molem explicans calor, exoluit eam primum, tum leuem, & qualem nullo euehat labore, ut faciat, in amplius eam expandit, & veluti explicat, nec explicandi finem facit vllam, donec tenuissimam, proindeque & leuissimam faciat. Dumque in amplius expanditur moles, facultas ei, ut in angustius cogatur, locus videlicet, in quem compressa, sese retrahat, praebet: atque quò in amplius expanditur, eò comprimenti promptius cedit, molliorque fit. Nam quae adeo in se ipsam densata est moles, ut à comprimantis viribus magis densari non possit, renitatur ea illi oportet. Qui enim vlla illius portio proprio è loco decedat, vel à reliquis separetur, distrahaturque, cui in quem sese retrahat locus adest nullus, & quae reliquis omnibus ita infixa est, agglutinataque, ut ab illis sciungi nullis, vel non à praesentibus, agentibusque queat viribus?

C 3

viribus?

viribus? Frigus contra immobile sui natura, motum quemuis, vt sui ipsius exhorret exitium; quamque corripit molem, eam veluti ligat, nihil vt flecti, comprimere, nullo dimoueri queat motu. Id verò, & fluores declarant, qui à frigore correpti, nihilque, quod videre liceat, in angustius coacti, in glaciem, renitens, durumque concrefcunt in ens; tum in angustius assidue illam cogit: & si robustius id adsit, diuturniusque, cogere nunquam cesset, dum adeo illam denset, vt nulla à vi flectatur, comprimatur, nulloq. dimoueat motu. Sed quia suprema in terra frigus, nec summum, nec valde robustum sit vniquam, quos occupat fluores gelare tantum, & veluti ligare, & in angustius interdum quid cogere, at non adeo densare, vt opaci fiant, videtur. Huiusmodi in materia à calore, frigoreque immutationes cum fiant, patet mollitiem, duritiemque duplicem esse, & illius alteram materiam expansionis, caloris alteram exuperantiam; huius verò materiam alteram densitati, alteram verò caloris defectui tribuendam. Ergo materia quauis à calore correpta, nihilque ab eo in amplius acta, mollis fit, fluidaque; & indito calore elapso, rursus, nihiloque minorem, minusque duram concrefcit in molem. Inde patet vnius caloris accessu è concreta, duraque, fluxile, mollemque, & vnius caloris abcessu, è fluxili, mollique stabilem fieri, duramque. Quoniam sui natura motus omnis penitus expers materia est; & cessio quauis motus quidam est; quæ quiduis in se ipsam spissata materia est, nisi certus ei insit calor, qui quampiam ei ad motum aptitudinem indat, consistat, sibi que ipsi cohereat uniuersa, ut non quauis eam compressio, neque impulsus quiuis in angustius ampliusue agat, à se ipsa scilicet eam seungat, dimoueatque, sed is modò, qui eius renitentiam exuperet. Quocirca, cum mollities non perpetuo materiam expansionem, nec durities eius conspissationem flectatur, sed hæc bene expansæ, & molli illa interdum insit bene in se ipsam conspissatæ; vtique si iuxta mollitiem itidem, duritiemque, materiam diuerse disponi statuamus, non vno expansionis, constrictioisque, sed mollitiem itidem, ac duritiem discrimine, materiam diuerfis donari dispositionibus, & has ab illis seorsum tractandas conijceretur. At certò non accedentes, recedentesque, & quæ iuxta alienarum naturarum accessum, recessumque, fiunt, sed permanentes, & quæ à materia ipsa rebus induntur dispositiones modò inueniri propositum est. Et amplius etiam, quòd materia à frigore correpta, è molli, fluxilique dura fit, stabili que, vel à subeunte calore, è dura, stabili que, mollis fit, fluidaque, & nihil ibi in angustius cogitur, neque hic in amplius expanditur, eius dispositionem interea immutari, existimare non conuenit (neque enim eius interea situs, positioque, immutatur quicquam, sed cedendi modò, renitendiuæ facultas tribuitur, demiturue) materiam dispositionum diuersitatem iuxta maiorem modò, minoremue ipsius expansionem, constrictiois que intueamur; & summam illam crassitiem, hanc verò tenuitatem appellemus. Manifestè enim, quæ adeo in amplum expansa est moles, vt in amplius expandi non possit, & quæ veluti incorporea facta, nihil prorsus contingenti renitatur, nulloque sui sensu factò cedat, & luci, quantulacumque ea sit, transitum præbeat, nihil eam imminuens, sed ansue, tenuissima facta est.

Crassissima contra, maximeque corpulenta, quæ adeo in se ipsam densata est, adeoque in angustum coacta, magis vt densari, in angustius cogi non possit, & quæ igitur quauis compressa vi nihil cedat, nihilque dirumpatur, & lucem quamuis penitus reiciat.

INSL

INSIGNES CRASSITIEI AD TENUITATEM PROGREDIENTIS
immutationes, lentorem, mollitiem, viscositatem, fluorem, vaporem esse. Cap. XX.



QVONIAM id proprium crassitiei est, vt nihil in angustius cogi possit, nihilque comprimenti cedat, tenuitatis verò, vt nihil in amplius expandi queat, & promptissime contingenti loco cedat, ibi primum crassitiem in tenuitate agi, & tenuitatis ingenium assumere statuendum, vbi in se ipsam cogi quid, magisque conspissari potest: id verò ibi manifestè fieri videtur, vbi extendi, dilatariue, & vbi flecti quid potest. Siquidem externa rei, quæ inflectitur, superficies, si æquè vniuersa inflectatur, æquè vniuersa in amplius agatur, expandaturque, interna verò in angustius contrahatur necesse est, & nisi id fiat, nulla vsquam fiat inflexio: & expandi illam, hanc verò in angustius cogi, & veluti corrugari, siquid flectas, in quo quæ in ipso expansio, contractioque, fit, manifesta fiat, ipsi in tuere oculis. Quæ verò extenduntur non valde quidem, at quid certe in se ipsa cogi existimandū est. Quandoquidem verò ea modò extenduntur, quæ comprimuntur, vtique, si valde in se ipsa contrahi, densari queant, non in longum, latumque, sed in profundum, quò detruduntur serantur. Minus etiã ullam in partem dilatentur, nisi quid comprimenti cedant, & in se ipsa quid contrahantur, sed quòd à principio occupant spatium, perpetuo in eo contineantur; propterea scilicet quæ, versus extenduntur, quòd non adeo in se ipsa densari, constringi que apta, ut in se ipsa, quem comprimenti cesserunt, inueniant locum, alibi eum quaerunt, ex alto itaque depulsa, & deorsum ferri impotentia, in longum, latumque dilatantur; huiusmodi sui natura adeo constringi apta, ut magis compressa alieno loco minime opus habeant, at non certè nostra id opera. Neque enim conspissare, minus etiam expandere quid nobis licet, sed utrumque agentium naturarum est opus, quæ ignoto, inconcessoque nobis modo, & proprijs viribus penitus materiam subeunt, eamque expandunt, amplificanc, conspissant, constringunt: nos in amplius nihil prorsus sortè, neque in angustius agere quid possumus; sed quæ constringi à nobis videntur, uel in-existentis tenuitatis expressione, eiectioneque, coguntur, uel etiam quòd non uerè prius continua, continua fiunt, & iunguntur, quæ uerè iuncta non erant; bene certè similia, uereque continua quæ sunt, uel bene ampla, & quæ facillimè in se ipsa cogi possint, uel nihil, uel insensibile quid in angustius à nobis cogi videntur. Itaque nec aer ullus, nec aqua, fluoresue alij, bene nimirum continua, similesque res quauis compressæ uel crassius in ens cogi, aut imminui videntur quid; sed euaporationes modò quædam, quæ scilicet è crassissimis, tenuissimisque constant uaporibus, in angustum actæ, compressæ, itaque, his, ut existimare licet, expressis in aquam illi, à qua per exiguum quid abierant, coguntur. Quæ igitur flecti, extendiue possunt, magis ea in se ipsa cogi, & loco cedere videntur; ibique primum crassitiem in tenuitatem agi, & tenuitatis ingenium assumere, statuere licet, ubi flexibilis, lentaque, & magis conspissari apta facta est. Ac limitum, terminorumque, quibus crassities ad tenuitatem proficiscens diuidi potest, is primus poni potest, quo lentor, flexibilitasque contineri uidetur, bene ampla quidem & ipsa, & quæ & ipsa terminis multis diuidi possit. At, ut dictum est, gradus, quibus à crassitie ad tenuitatem itur, in numeros, & longè illos minutissimos inueniri, explicareque impotentibus, lentor omnis, omni que flexibilitas, uel ualde à se ipsa differens una poni potest. Ea flexibilia, lentaque omnia sint, quæ egrè quidem, at flecti tamen, & in se ipsa cogi, & comprimenti cedere apparent: nam quòd nulla, aut per exigua adhibita vi id patitur, non flexibile id, lentumque, sed molle. Iure igitur à lentore diuersa mollities, & quæ in secundo spatio poni possit, in tertio viscositas, glistrotelq., quæ nimirum uel nulla ab externa vi, sed à se ipsa tantum, & à proprio pressa onere diffunditur, ac diluit. Viscositati fluore succedit, qui cum multò, quàm viscositas continenti

genti

genti promptius cedat, luciq. sit peruius, à viscositate sciungendus, & in alio ordine ponendus, & in quarto limite constituendus est. Quintum spatium vapores occupant, qui è suoribus sunt amplius attenuatis, & qui in se ipsos conspissati in fluores coguntur, nihilq. prorsus, quod sentiri possit, comprimèti renitentur, & lucem multò quàm fluores admittunt promptius, multoq. minus tædant. Sextum verò, atque extremum tenuitas, quæ scilicet non tactum modò, sed quatumuis in se ipsam coacta, visum etiã, (quod vapores non faciunt) penitus lateat, & quantauis facta, lucem nihil imminuit, & datuè viquã, vt à vaporibus sciungenda ideo sit, & Cœlo ea uniuerso inesse uidetur.

LENTOREM, MOLLITIEMQVE, ET VISCOSITATEM PYRAS,

luceraque à calore quouis vniformis modò is sit, at commodius à languidiore, & è similari re fieri posse: impuras itidem à vehemētiore, & à languidiore, at contrario ordine, & è dissimilari omnino re fieri. Cap. XXI.



LENTOREM, mollitiei, & viscositatis, quãdo eadem è materia, eodem à calore fieri, modisq. iisdem à se ipsis differre uidentur, constitutio simul inquiri potest. At quoniã similes, dissimilesq. fieri possunt, seorsum utrarumq. exquirèda sunt causæ; similes quidem, puræq., è materia, uel prorsus similari, uel siquidem, & è dissimilari, at quæ nõ è pluribus, diuersisq. dispositionibus, sed ueluti è duabus composita sit, & quarum altera dum in tenuitatem agitur, quæ elabi queat, dumque elabatur omnino, altera interea in dictarum dispositionum quampiam agatur uniuersa, & quouis, ut uidetur, à calore, vniformis modò is sit, nam: quæ difformis immutat, quòd (ut dictum est) ueluti in alia assidue, atque alia is agit, longè agerrimè eadè uniuersa donet dispositione. At à robusto etiã calore fieri aptæ omnes, commodius certè à languidiore sunt; nam paulò uehementior si in paulò crassiores agat res, seu similes ea sint, seu dissimiles, non æquè internas, externasque earum laxat partes; sed similiarum externas magis, proximiores nimirum, & minus occultatas, minusque defensas, dissimilariuero minus, quin densat eas magis, inexistentem tenuitatem educens ex ijs omnem. Languidior calor priusquam superficiem, quæ præsertim bene crassa, densaq. sit, & laxari renititur, laxet, emolliatque, & inexistentem tenuitatem ex ea educat, ima iam subit; nec subire cessat, nihil enim (quod uehemens facit) superficiem densans, occludensq. unquam, numquam ad ima aditū sibi occludit; idem itaq. in internis, externisq. factus, & iisdem utraque immutans uiribus, unam utrisque, eandemque impartitur dispositionem: & puro omnino lentore, mollitieu, aut viscositate donata quæ sunt, quæ scilicet modo eodè uniuersa lenta sunt, uel mollia, uel uiscosa, cuiusmodi aurum uidetur, languente ac uniuersa à calore facta uidentur. In profundiore terra genitum aurum, non à Sole ipso, & quotidiano eius calore effectum uideri potest, neque enim adeo breui immoratus, adeo densam, adeoque occultatam terram, in adeo remotam agat rem, sed à calore, quem iam diu terris indidit, assidueque indit Sol, languente illo quidem, lentoque, at satis uniuersa. Nam lentum, uiscosum, æquè molle uniuersum esse aurum, inde liquidò patet, quod ab igne liquefactum, nihil, aut insensibile quid imminui uidetur: propterea non imminuitur, quòd nulla eius pars alijs prius attenuatur, aut magis, sed simul, & æquè omnes, & si quæpiam alijs prius, aut magis, elabentem eam, effugientemq. retinent aliz, & ueluti coercent, uiscosæ quòd sunt, & gliscræ. Dispositiones igitur omnes, similes quæ sunt, puræque similari è materia, uel quæ similari proxima sit, & à calore quouis vniformis modò is sit, sed commodius à languidiore sunt; dissimiles, impuræque, dissimilari è materia, & difformi à calore, uel horum alterutro, & quouis à calore, sed contrario certè ordine: languidior enim

enim crassitiei proximiores, in tenuiores, uehement contra tenuitati proximiores, in crassiores agit. Parum uidelicet in inexistentè tenuitatè languidior agens calor, prius quàm ad elabendum aptam eam faciat, egressumque elabenti aperiat, crassiora laxat quid, emolliatque interea, ijs itaque illa immixta, exigua si sit lentorem, si copiosior, tenuiorq. mollitiem, postea & viscositatem facit. Vehemens priusquam crassiora ita laxet, ut qui sit suor, immisceri ijs queat, tenuiora in summã agit tenuitatem, egressumq. ei quo elabatur patefacit, ut quod à uehementiore calore dissimilare immutatur ens crassius assidue fiat, duriusque, tenuitate, cuius commixtione mollius erat, assidue à calore spoliatum. Non igitur, quod languidior agit, lentorem in mollitiem, & mollitiem in viscositatem, & viscositatem in fluorem, sed fluorem in viscositatem, & viscositatem in mollitiem, & mollitiem in lentorem, & lentore in crassitiem, & magnam eam si diu agat, uehement agit calor. Huiusmodi actiones à languidiore, uehementioreq. calore in dissimilariæ ædi, in talesq. ab utroq. hæc agi dispositiones, uel oua, quæ elixantur, uel quæ assantur carnes declarant; hæc enim à lento, moderatoq. calore equè uniuersæ immutari apparent, & per exiguum quid extrema superficie magis passæ in vnã omnes, eandemque, & bene vniformem, mollemque aguntur rem; à uehementiore uerò uix concalescens internis, externæ tenuitate, mollitiem, omni spoliata summè densantur, summèque durefcunt, & in crustam aguntur tandem. Et oua in feruentem immissa aquam, modicum quid internis immutatis, summè externis crassescunt, durefcuntque, quæ si in frigidam injiciantur, & cum ea simul paulatim calefiant, æquè uniuersa, eodemq. propemodum immutantur modo, & è viscosis liquida primùm sunt, fluidaque; propterea quòd languens, qui adhuc egit calor tenuioribus illorum partibus in nullam dum, aut non in eam actis tenuitatem, quæ elabi queat, crassiores in fluores egit, mox uerò qualia prius erant uiscosa, gliscraque, & lenta tandem, duraq.: assidue enim copiosior in ijs, & robustior factus calor tenuiores eorum partes omnes in summam egit tenuitatem, eamque eduxit omnem.

FLVORES TENVIORIS QUI SVNT, LAXIORE E MATERIA, ET
uehementiore à calore, crassiores contra densiore è materia, & languidiore fieri à calore. Cap. XXII.



LVORES itidem calore à quouis, & qualiuis è materia fieri, inde manifestè intelliges, quòd in terris sunt, quæ summopere inter se dispositione differunt, & à diuersissimo occupatæ sunt calore, at diuersa è materia, diuersoque facti à calore, dispositione itidè inter se, & uiribus summopere differunt. Tenuiores quidè oriuntur similari è materia, quæ fundi parum repugnet, & robustiore à calore, & qui promptissimè fundat, uel dissimilari quidem è materia, at cuius crassiores partes ita densæ sint, ut ingenti fluores nõ nisi bene tenues facti elabi ex ijs queant, & moderato à calore, & qui egressum elabentibus ijs uix tandè aperiat; crassiores uerò similiaribus, & crassioribus è rebus, quæ scilicet fundi repugnet, & non alia sui parte magis, minus alia, sed uniuersæ propemodum simul fundantur, itaq. qui ex ijs sunt fluores, qui statim emanet, & priusquam tenuiores fiant, à nullo retineantur, & languido quidem, at copioso certè à calore, nam & multum eiusmodi res capiunt, & multo, ut fundantur, opus est. Et (quod dictum est) laxioribus è rebus, & robustiore à calore tenuiores, è densioribus uerò, & languidiore à calore crassiores fieri fluores, dulces, salisq. declarant aque: illæ. n. è superiore terra, quæ minus Soli occultata, mollior facta est, & robustiore occupata est à calore; hæc uerò è profundiore, quæ magis defensa, minus est à Sole immutata, proindeq. & minus dissimilari, & copiosiore quidem, at languidiore occupata est à calore.

Qv: s

QUIS CALOR, QUIBUS E REBUS, QUAM EDUCAT
 tenuitatem. Cap. XXIII.



Verum etiam, tenuitasque. (siccat, quando eodem vtrunq. calore, eademque sit materia, ab horumque diuersitate eadem vtriusque. eueniunt discrimina, horum itidem vtriusque constitutionem simul indagare.) quouis quidem a calore, & qualiuvis materia efficiuntur. Id vero & vapores, & ipse etiam declarat aer, qui assidue a terris quibusuis, & quouis educitur a Sole, & quae insuper bene densis rebus elabatur tenuitas. Propterea quae a calore constituta sunt, intereunt tandem omnia, quod eorum substantia calor ex omnibus elabatur tandem in subiecto longè tenuissimo, quod ipse sibi fecit, atque concinnauit. Verum a calore quouis, & qualiuvis materia fieri apta tenuitas, diuersa diuerso a calore, diuersaque sit materia, magis, minusque tenuis, & magis, minusque pura. Et laxioribus quidem, ac liquidioribus rebus, a quibus amplior exitus patet, quouis fiat a calore crassiuscula elabatur: liquidem maximè mobilis, maximè motu gaudens calor, simulac domiciliu sibi comparauit, quod euehere queat, nullo id tenuius, leuiusque faciendi detentus desiderio, egressus modò pateat, statim euolat vndique. At, ut diximus, quouis a calore laxis rebus crassiuscula elabens tenuitas, quae non est laxissimis, liquidissimisque, educitur, & a quibus quouis, & quantauis facta nullo retineri queat temporis momento, sed statim euolet, crassior omnino a medio educitur; nam robustissimus quiduis immorantem amplius attenuat, & magis etiam a languidissimo liquidem non est egressum, quo elabatur aperit, neque ipsa eum sibi moliri potest tenuitas modica, & languidissimo dohata calore, itaque diu retenta longiorè moratur actione. Et vel ipsidem rebus ab ita diuerso calore, ita diuersam educi tenuitatem, quae ex humidissimis lignis, & quae a laxis, palustribusque terris emanat tenuitas, clarè admonet: namque lignis perexiguus, & tenuissimus primum fumus, qui visum lateat, a languidissimo calore, & qui illorum naturam exiguum quid adhuc exuperarit, educitur; mox longè crassior, medio a calore, qui iam illorum vires exuperet, multamque faciat tenuitatem, patenterque ei patefaciat egressum; elucet flammig tandem, magna tenuitas, & quae paulò tenuior facta, inuisibilis sit, a robustissimo scilicet facta calore; qui quidem tenuitatem, quam attingit omnem statim absoluit, summamque facit. Et molissimis a terris crassissimi vapores, & qui parum ab aquae natura dimoti, modicum quid in se ipsos coacti, in aquas, vel etiam grandines redeunt, & crassus perpetuo educitur aer, at multò certè amplius medio vtrunq. sub Sole. Neque enim propterea eò insalubrior, pestilentiorque palustris sit aer, quò Sol propior sit, robustiorque, quòd crassior educatur, sed quòd copiosior, & qui in se ipsum magis colligatur, crassiorque fiat, fortè & amplius quia impurius, ut dicemus. E densis contra, viscosisue, a quibus agrè elabatur tenuitas, ac proinde a diuturniore conficitur calore, qui vapor, & quae elabatur tenuitas quouis fiat a calore bene tenuis elabatur, at eò certè tenuior, quòd a languidiorè, & qui nullum elabenti exitum aperiat. Itaque crassissimis a terris vapores longè tenuissimi, & qui promptissimè quidem in ventos diffundantur, in aquas longè aegerimè concreuant, & tenuissimus educitur aer, & languidiorè amplius sub Sole. E dissimilaribus rebus non fortè languidissimo a calore, qui nimirum quam facit tenuitatem, longissimum eam conficiendi nactus tempus, ad eò tenuem facit, ut a crassitie quauis, nihil ea disrupta, nec vllum eius secum efferens frustulum, elabatur, at a medio certè, a robustoque, amplius, & a quo dum tenuiores illarum partes bene tenues, aptaeque ad elabendum sunt, nihil interea crassiores laxentur, aperianturque, quin illis spoliatae omnibus magis in se ipsas densentur, magisque constringantur, ut nullus ex ijs elabendi aditus ingenitae tenuitati pateat, non pura, sed fuliginibus immixta tenuitas effertur. Et enim tenuiores dissimilarium rerum partes a crassioribus disfundit non sunt, sed ita

mutuo

mutuo complexu connectuntur omnes, ut ipse propemodum naturae agentes propriae materiae magis unitae non sint. Nulla sensibilis alterarum portio ab alteris se iuncta est: proindeque quae in ijs ingeneratur tenuitas, nequaquam vniuersa simul vna in quapiam alteraue relictæ crassitie cauitate, a quibus quiduis adaperitis, scissisue elabi queat, sed in singulis ingeneratur eius punctis, iisque nihil adaperitis, nullus elabenti illi exitus patet, & in ijs illa comprimi non sustinet, sed ex omnibus summa vndique erumpit vltimo. Quo sit, ut per puncta singula in minutissima frustula, & quae ab euolante tenuitate effertur queant, effieranturque, disruptantur, & dissimilaribus rebus impura quidem, ac fuliginibus immixta robustiore a calore tenuitas, a similaribus verò a languidiorè praesertim, & qui paulatim lenteque agat, pura omnino attollatur: non enim valde in ijs crassiores a tenuioribus dissident partes, & dum haec in summam aguntur tenuitatem, ita laxantur illae, aperianturque, ut nihil ingenitae tenuitati ex ipsis, ut euolet, disrupta sit, itaque sola ipsa, nullisque relictæ crassitie frustulis admixta ex ijs euolat. Quas ob res laxis rebus calore a quouis, at a robustiore certè amplius crassiuscula educitur tenuitas, a densis calore itidem a quouis, at a languidiorè amplius bene tenuis. E dissimilaribus, si quidem non quouis a calore, a medio certè, & a robusto etiam amplius impura, & fuliginibus immixta; a similaribus, quouis fortè a calore, at a languidiorè amplius pura. Ita porro in singulis tenuitati, ac crassitie vel puritas annectitur, vel impuritas prout materiae, a qua, & calori a quo singulae sunt dispositiones, vireque insunt, a quibus illarum, harumque altera sit. Laxis nimirum, dissimilaribusque rebus languidissimo a calore, & tenuis, & pura a medio, robustoque, nec tenuis, nec pura elabatur tenuitas; a densis contra, similaribusque languidiorè praesertim a calore, tenuis, puraque; a laxis itidem, similaribusque languido a calore tenuis, puraque, a medio, robustoque pura quidem, at non tenuis; a densis, dissimilaribusque, languidissimo a calore tenuis, puraque, a medio robustoque non pura omnino, & magis, minusque tenuis, prout magis, minusque laxet eas calor, prout scilicet citius, seriusque elabatur tenuitas. Et quo quidem a calore qualiuvis materia, quae si non verè similia sunt, at simili certè dispositione donata apparent, entia constituantur, hoc modo explicasse satis in praesentia sit, alia, si licuerit, singulorum generationem diligentius, exquisitiusque inspicetur.

A QVO CALORE, ET QVALI E MATERIA ANIMALIA, ET
 plantae constituantur. Cap. XXIII.



QUAE verò manifestè a diuersis partibus composita sunt, cuiusmodi animalia, & plantae, a materia valde dissimilari, siue semen, seu quiduis aliud sit, & a calore sunt perblando; qui quam tenuitatem, & quem ingenerat spiritum, vel e non dura re minimè illum educit: nam robustus dissimilarem etiam materiam in vnum, idemque, aut bene simile agit ens, & quam ei tenuitatem, & quem indit spiritum, educit etiam omnem, bene eum tenuem, & bene illam laxam faciens; ab hoc igitur calore, nec planta vlla, nec vllum constituitur animal. Nam, ut suo amplius explicabitur loco, animal, & planta spiritus est corpori, ut proprio tegumento, proprioque inclusus organo. Neque verò hoc de omni animali prolatum accipiat quis, quandoquidem, ut fufius alibi tractatur, in homine aliud est animae genus diuinum illud, & immortale, spiritus, & reliqui corporis forma vniuersi. Horum porro constitutio, actiones, passionis, operationes multò quidem diligentius inspicendae, explicandaeque, at in alium reiciendae sunt, tractandae. Nunc, quoniam naturalia corpora omnia loco, in quo ponantur opus habent, & in loco omnia posita sunt, & motus omnis, omnisque immutatio in tempore sit, quid locus, quid tempus sit, inquiramus.

Locum

LOCVM SPATIVM ESSE A CONTENTORVM CORPORVM mole diuersum, & inane dari posse. Cap. XXV.



Locum naturam, & quid locus sit inquirentibus primùm quæ communis hominum consensus, & sensus ipse loco attribuit, ponenda sunt. Tum, an quod antiquioribus multis positum est, inane, vacuumque, spatium scilicet penitus incorporeū, & quod aliud nihil prorsus, sed aptitudo modò quædam sit ad corpora suscipienda dari possit; num scilicet ens quippiam, vel quampiã eius partẽ loco, in quo locata est ita amouere liceat, vt nec ens aliud vllum, nec ipse etiam aer in illum illabi queat. Nam si huiusmodi spatium fieri vsquam appareat, & quæ loco inesse visa sunt, illi insint omnia, ambigere non liceat, quin Mundi vniuersi, & entium singulorũ locus huiusmodi spatium sit: in quali, quod abstractum est ens, locatum erat. Loco id primũ inesse videtur, vt id, cuius est locus, in ipso sit; & vt quæ ipsum subeunt suscipere queat, & suscipiat omnino omnia, itaq; locus entium quorumuis receptor fieri queat, & inexistens entibus recedentibus, expulsisue, nihil ipse recedat, expellaturue, sed idem perpetuò remaneat, & succedentia entia promptissimè suscipiat omnia, tantusq; assidue ipse sit, quanta quæ in ipso locatur, sunt entia; perpetuò nimirum ips, quæ in eo locata sunt, æqualis; at eorum nulli idem sit, nec fiat vnquam, sed penitus ab omnibus diuersus sit. Spatium porrò, quod corpore nullo prorsus repleti, ac propterea inane, vacuumq; sit, dari posse, vel ipsis in clepsydriis videre licet; quæ, quòd, si earum orificiũ ita occludatur, vt aer nullus in eas subire queat, itaq; si ex infernis foraminibus inexistens aqua delabatur, superioris aquæ locus vacuus fiat, haudquaquam delabitur, sed vel quæ foraminibus ipsis superstat, sustinet sese, vacuum dari non posse Peripateticis declarant; in vasis præterea omnibus, quæ ita, eaque è re constructa, & vndiq; occlusa sunt, vt nullus in ea ingressus aeri detur, hoc spectatur. Verum si vnum tantum clepsydriarum foramen paulò amplius effeceris, & infernam horum partem quiduis aperias, & ex illo, & ex hac inexistens fluore statim decidere videas. E clepsydriarũ præterea foraminibus, è quibus aqua non defluit, mel, fluoreq; alij quibus paulò grauiorẽ, & puluis amplius, vel minutissimus, at densus, grauisq; decidit. Insuper ceream in molem ferreum stylum si immittas, eamq; & prius, & postea ita cõprimas, vt si aer inerat vllus, exprimatũr omnis, nullusq; eam subeundi relictus sit aditus, ægrius fortè, at abstrahas illum tamen. Quin si ens quippiam crassioribus vaporibus, crassioreue fumo, aut aqua repleas, ac undique occludas, ut aer nullus prorsus subire id queat, tum vehementi id exponas frigori, manifestè spatium vacuum in eo fieri intuebere; nam aquam in glaciem, & minorem contractam in molem, vapores, fumumq; in aquam conspissatũ experieris. Ad hæc, si vasis, quod è pelle, aliaue, at laxa, cedenteq; re confectum sit, orificium ori indas, & ore inexistens aerem in pulmones attrahas. nõ aerem modò vasi inexistens, sed ipsum vas in os conuolare senties; at non certè, si vas è densa, renitenteq; & inflexili confectum sit re. Follem itidem si comprimas, & occludas, ut nullus illabenti aeri aditus pateat; tum eleues, expandasque, si pellis laxa, gracilisq; sit, dirumpi eã videas, minimè uerò si pellis crassa, densa, & frangi inepta sit. Igitur & in vase, & in folle spatium vacuum fieri fatendum est. Quòdque nusquam uacũ fieri apparet, non uniuersalis quædam natura, ut Peripateticis placet, præstat, quæ inane exhorrescens, ne usquã fiat, prouideat, aerem, aliaque contigua entia eò immitens, unde quid recedit, abstrahiturue; & si inde ens quippiã recedere tentet, abstrahaturue, quò ens aliud nullũ immittere queat, nec recedere id, nec ulla externa à ui abstrahi sinens, & aquam sursum euehens, & in sublimi sustinens. Nam nusquam locorum illa adest, nec qui, quæ, ne spatium ullum vacuum fiat, molienda forent, moliri queat, intueri licet. Sed illud profectò est meã sententiã, quòd singulares entium natura, & ipsa omnia entia

entia mutuo contactu gaudent, & à se ipsis separari, sciungique non sustinent; proindeque singula, ne à contiguis seorsum fiant, si quippiam illorum recedat, vel quæ bene corpulenta sunt, & nullo, vel non quo id scdandum est moueri possunt motu, summa id scdantur velocitate, quòd ab illo seorsum fieri exhorrescẽtia, ita proprias intendunt vires, vt materia, cui inexistunt, molem, pondusque, à quo ne mouerentur, seque sustinerent, prohibebantur, deorsumque detrahebantur, exuperent, & sursum, si opus est, efferant, atque adeo in sublimi sustineant. At vbi nimia illa est, & quam viribus nullis euehere, sustinereue queant, inuita quidem cedunt tamen, nihilque recedens scdantur, & contiguum ipsa deserunt ens; & vbi itidem abstrahentis viribus reniti non possunt, à contiguis rebus remouentur, vnde intermedium spatium vacuum fit. Dum scilicet angusta sunt clepsydriarum foramina, quòd modica aquæ portio, proindeque & leue ipsius naturæ sustinendũ est onus, sustinet hoc illa; at non vbi, foramine amplificato, maior aquæ portio, grauiusque sustinendum est onus: minus etiam, si angusta quidem foramina, vel vnũ modò subsit, at moles magis in se ipsam densata, vel multa sustinenda sit. Ferreus quoque stylus inuitus quidem à contigua cera abstrahitur, at abstrahentis viribus impar si sit, abstrahi ab his se sinit. Vaporum itidem, fumique, & aquarum naturæ inuita à contiguis rebus recedunt, & inuita etiam in angustius se cogi sinunt; at quòd exuperantibus externi frigoris viribus obsistere non possunt, simul & in angustius se cogi, & à contiguis remoueri patiuntur. Et propria vaporum, è quibus aer educendus est, folliumque pellium naturæ, illorum, horumque materiam flectere, dirumpereque si queant, ne recedentis aeris contactu priuentur, flectant eam, dirumpantue; minimè uerò, si flecti ea, dirumpiue repugnet: quocirca, & vaporum, & ad apertorum follium spatium vacuum fiat oportet. Itaque manifestè spatium ab entium mole diuersum dari potest, & datur omnino; & entia omnia in eo locata esse, & ex ips, quæ dicta sunt, & inde præterea intelligere licet, quòd quæ loco inesse oportere visa sunt, spatio insunt omnia: ens scilicet quoduis in ea spatij portione est, in qua locatum est, & quæ ipsius est locus, & penitus, vt dictum est, incorporeum, & actionis omnis, omnisque expertis cum sit operatio nis, aptitudo scilicet quædam modò ad corpora suscipienda, aliud nihil prorsus, proindeque entium nulli prorsus simile, dissimileue, aut contrarium, sed penitus ab omnibus diuersum cum sit, nihilque à se ipso differat vsquam, sed vnum, idemque sit vniuersum, quauis in sui portione promptissimè ens suscipit quoduis, & inexistens entibus commotis, recedentibusque, aut expulsis, nihil ipsum commouetur, nullaque ipsius portio recedens scdatur ens; sed vniuersum perpetuò immobile permanet; & succedentia suscipit entia, in tantaque ipsius parte singula locantur, quanta ipsa sunt entia; & quandiuuis ens quiduis quauis in parte immoretur, nunquam tamen hæc illi, nec illud huic simile sit. Itaque quoniam spatium, quod à corporum mole diuersum sit, dari posse, & esse omnino, & in eo entia quædam locata esse, ipso comprehensum est sensu, & quæ loco inesse oportet manifestè ipsi insunt omnia, proindeque entium omnium locum ipsum esse, ipse itidem declarat sensus; vtique Aristotelis rationes, quibus huiusmodi spatium dari non posse, & corporum omnium locum, superficiem ea continentis esse asseruit, quoniam rem non esse ponunt, quam esse sensu comprehendimus, ne inspiciendẽ quidem essent; at, veritas vt amplius cluceat, exponantur tamen, & examinentur.

D CORPO

CORPORVM OMNIUM LOCVM, CONTINENTIS EA

superficiem esse, Aristoteli placet. Cap. XXVI.



Quid locus sit, inquit Aristoteles, perspicuum fieri hoc modo potest. Sumamus de ipso quæ verè per se ei inesse videntur. Primum igitur, locum id, cuius est locus, continere, nihilque eius esse arbitramur. Præterea locum primum, nec minorem esse, nec maiorem, nec à quaque re destitui, & separabilem esse. Deinde locum omnem superum, & inferum habere, & vnumquodque corpus ad propria loca naturaliter ferri, & in eis conuiescere, idque aut in supero, aut in infero loco efficere. Et alibi; His (inquit) suppositis, reliqua contemplari debemus. Enitendum autem est ita considerare, vt definitio huiusmodi reddatur, ex qua, & ea de quibus dubitatur, dissoluantur, & quæ loco in esse videntur, ei conueniant. Præterea difficultates, & quæ de eo erunt dubietates cum ea innotescant; ita enim pulcherrimè vnumquodque fuerit demonstratum. Primum quidem illud intelligètia est apprehendendum, nullam de loco futuram fuisse perscrutationem, nisi aliquis esset motus, qui ad locum pertineret; nam & cælum in loco esse ob id maximè arbitramur, quòd semper motu cietur. Horum autem alius est latio, alius accretio, & imminutio; in accretione enim, & imminutione, quod prius hic erat, locum minorem, aut maiorem occupauit. Aliud verò per se actum mouetur, aliud quod ex accidenti, & huius aliud per se moueri potest, vt albor, & scientia, hæc enim uigil, clauus, aliud non potest, sed semper ex accidenti, vt albor, & scientia, hæc enim propterea locum mutant, quòd id, in quo sunt, mutant. Quoniam autem propterea in cælo esse dicimus, quòd in aere, qui est in cælo, & in illo quidem non omni, sed ob extremum eius, quod continet (nam si vniuersus aer sit locus, æqualia profectò non erunt vniuscuiusq. locus, & vnumquodque, videtur autem æqualis esse, talisq. est primus in quo est) cum id quod continet, diuersum non fuerit, sed continuè in illo, non vt in loco esse dicitur, sed vt pars in toto: cum autem seiunctum fuerit, & tetigerit, in primo est extremo eius, quod continet, quòd neque rei, quæ in ipso est, pars est, nec interuallo maius, sed æquale, quòd eorum, quæ se contingunt, extrema simul sunt. Et continuè quidem cum sit, non in illo, sed cum illo mouetur; cum autem disiunctum est, in illo, seu id, quod continet moueatur, seu non moueatur. Præterea cū diuisum non fuerit, vt pars in toto esse dicitur, seu aspectus in oculo, aut manus in corpore: si diuisum sit, vt aqua in vase, aut in dolo vinum, manus enim vnà cum corpore mouetur, aqua autè in vase. Quid igitur sit locus ex his iam constat. Quatuor enim ferè sunt, quorum vnum locum esse necesse est; aut enim forma, aut materia, aut interuallum aliquod extremis interiectum, aut ipsa extrema, si interuallum nullum sit, præter corporis, quod in est, magnitudinem: perspicuum autem est tria ex his esse non posse. Tum, vel si satis superius nec formam, nec materiam locum esse declaratum videti possit, hic itidem vtramque, & interuallum amplius, rationibus multis (quæ suo exponentur, examinabunturque loco) declaras, si, inquit, horum trium nullum est locus, nec materia, nec forma, nec interuallum, quod semper sit, ab interuallo eius rei, quæ transfertur, diuersum, necesse est quatuor illorum reliquum esse, nempe extremum, quod continet, atque id corpus dici cõcineri, quod latrone potest moueri. Itaque corporibus singulis concavam superiorum corporum superficiem, à qua scilicet continentur, vt proprium assignat locum, igni videlicet cæli, aeri ignis, aquæ aeris, terræ aquæ concavum.

QVAE

QVAE LOCO INESSE ARISTOTELI POSITA SVNT, NON rectè omnia posita, nec continentium corporum superficiem locum esse decretum est. Cap. XXVII.



NON rectè, vt videtur, loco inesse Aristoteli positum est, vt id, cuius est locus, contineat, & nunquam ab entibus omnibus destitui possit: quod enim declaratum nondum est, & declarandum omnino est, continentium corporum superficiem locum esse, & spatium, quod ab entium mole diuersum sit, dari non posse, sumit. Nam si id dicitur, quamuis vacuum nunquam fieret, quòd non spatium, locique natura, sed entium ingenium, appetitusque præstat, quæ seorsum ab alijs fieri, & à nullo contingi æquè, ac corrumpi exhorrent, proindeque aliquo recedente, quod cõtiguum est, seclatur id, spatiumque ab eo derelictum replet, occasione tamen quapiam ab omnibus destitui posset, & ne destitui possit, non loci id, (vt dictum est) sed entium naturæ tribuendum est. Non rectè itidem docet, naturalia corpora omnia ad propria loca naturaliter ferri, vt in ijs conuiescant: etenim ignis, & tenuitas quæuis non propterea sursum effertur, vt in proprio fiat loco, à quo (vt alibi Aristoteles statuit) foueatur, seu uetur, perficiatur, & in quo cõquiescat, sed vt nostri Cæli craftsmanship, à qua comprimi, ac corrumpi se sentit, vitet. Terra verò, & aqua, & paulò corpulentiora quæ sunt entia omnia, & ipsa etiam flamma, quæ in crassiusculis accensæ sunt rebus propterea deorsum delabuntur, quia in existens calor materiam copiam, ponderique impar, deorsum ab ea detrahitur. Nec intueti prorsus licet, cur ignis cælum, & aer ignem, & aqua aerem, & aquam terra contingendi appetitu teneatur, nihil à cæli natura ignis foueri, seruarique Aristoteli cum possit, & nunquam cessante, longeque rapidissimo ab eo circũuolatur motu, & reliqua corpora, aer, aqua, & terra ab ijs, à quibus continentur, non modò nihil foueantur, aut seruentur, sed assidue oppugnantur, atque adeo corrumpantur. Tum vbiuis locorum, & vel in profundioribus terræ partibus, integer modò in ijs calor fiat, qualis in earum multis fieri videtur, perfectissimus ignis fieri potest: nec quia qui in ijs fieri videtur, & qui apud nos sit, lucet, propterea verus non censetur: nam, vbi in summam actus tenuitatem inuisibilis factus est, sursumque effertur, quin æquè igni à cælo contento perfectus sit, & si perfectus non sit, quam ipsi ad cælum elato, cæli contactus perfectionem adijcere queat, aut qui reliqua corpora, à corporibus, quæ ipsa cõtinent, perfici Aristoteli possint, intelligentia assequi nõ possumus. Et rectè quidem à motu ad loci inquisitionem inductos homines existimat. At, si quòd corpora, quæ mouentur, nunquã non in loco fieri, sed è loco in locum migrare necesse est, & nunquã inane, vacuumque per spatium, sed perpetuò per quippiam feruntur corpus, propterea quampiam horum partem, eamque oino, quã attingit, & à qua primo cõtinentur, hanc entium locum ponendū esse Aristoteli visum est, non rectè visum est: fieri enim potest, vt aliud à corporum spatio spatium cum sit, & per id motus fiat; quæ mouentur tamen per alia corpora moueri appareant, quòd nunquam vacuum id, vacuum, sed semper corpore quopiam repletum sit, quod ijs, quæ mouentur, amouendum, hndendumque est. Quod igitur dictum est prius, & diligentius, quàm factum videtur, nam spatium id dari possit intuedum, & firmiter, proximioribusque, & ipsis prorsus à rebus, ipsoque sumptis à sensu, proindeque & manifestis, apertisque rationibus dari non posse declarandum fuit: nam quibus id declarat, Peripateticis etiã omnibus longè obcurissimæ, & eorum optimis infirmissimæ, & inanes in super videntur. Verum tamen, & eas, & quibus qui illas damnant id docere nituntur, indagemus.

D • ARISTO

ARISTOTELIS. PERIPATETICORVM QVÆ RATIONES, QVIBVS spatium à corporum mole diuersum dari non posse astruunt, exponuntur, & examinantur. Cap. XXVIII.

4. Phil. 1. 37.



Spatium aliquod sit (inquit Aristoteles) quod per se esse, & in eodẽ loco manere natura sua aptum sit. infinita profectò erunt loca: aqua enim, & acre locum mutantibus, quod vniuersa aqua in vase facit, idẽ partes omnes in toto faciunt. Quod nimirum si acre è vase exeunte, aqua id subeat, per spatium aquæ vasis spatium meabit, & quæ totius aquæ spatij ad totum vasis spatium ratio est, eadem partium ad partes erit, vt quemadmodum totum per totum meat, & totum in toto est, vt in loco, ita partes per partes meabũt, & quælibet aquæ pars in aliqua spatij parte erit, vt in loco. Cum verò aqua cõtinuum quoddam sit, quod infinitè potest diuidi, per ipsius spatium vasis spatium meante, & omni ex parte diuidente, infinitè erit diuisa, ob eamq. causam infinita erunt loca. Tum, & locus (inquit) loco mutabitur, multa q. loca simul erunt. Nam si aqua in vase sit, & vasis ipsius spatium aque sit locus, & vas è loco in locum transferatur, ita vt vas in alio, atque alio fiat spatium, efficietur profectò, vt aqua locus spatium, quod vasis extremis interiacet, locum mutet, aliumque locum, aliud videlicet occupet spatium, itaque locus in loco fiet, & loca multa simul erunt. Tribus igitur incommo- dis eos premi Aristoteles decernit, qui spatium à corporũ mole diuersum entiu ipsium locũ esse ponunt: primo quidem, quod infinita erunt loca, secũdo, quod locus in loco erit, tertio, quod multa loca simul erunt. Et verè primo premuntur, & infinita erunt loca, si spatium, & quod in eo eas locatur, mutuo sese diuidant; in infinitas enim diuidantur partes, proindeq. quod partes singulæ proprio in loco ponẽdæ sunt, infinitis opus erit locis: & secundo itidem, tertioque, locus scilicet in loco erit, & multa loca simul erunt, si locus simul cum ente, quod ex eo transfertur, transferatur, si scilicet mobile sit, & singulas eius partes cum ente, & quamuis ipsius partem cũ ente, quod ex ipsa migrat, migrare & ipsam. Quoniam verò spatium, quod antiquioribus, nobisq. positum est, penitus incorporeum est, proindeque, vt entia, que ipsum subeunt in se ipso subsistere queat, nec ipsum ab illis, nec illa ab ipso diuidenda sunt, dissecandaque, & penitus etiam immobile est, incommo- dorũ, quæ exposita sunt, nullũ nos excipit; & quin spatium locum ponere liceat, vel Peripateticorum, & quidem optimorum testimonio, nulla Aristotelis ratio obstat. At illi iidem, quod, si non rationes etiam omnes, at omnes certè huius positiones tuendas susceperant; si (inquit) spatium locus sit, in quo corpora suscipiuntur; quoniam corpora trinam sortita sunt dimensionem, & quanta sunt, vtique & spatium, quod illa suscipit, trinam & ipsum dimensionem habeat oportet; quare, & quantum, & corpus sit oportet; nam aliarum quantitatum nulli, sed corpori tantum illa attribui potest. Corpus si sit, vel mathematicum, vel naturale erit; at mathematicum si sit, cum non secundum rem, sed secundum nostram imaginationem modo subsistat, naturalium corporum locus esse, eaque in se ipso suscipere nõ potest; minus etiam, si naturale, nam tale si sit, mobile, & in loco etiam sit; quorum vtrumque spatium abnegant qui id ponũt. Mirari sanè licet etiam, spatium (quod penitus Aristoteli ignotum fuit, quin quod dari non posse acerrimè is cõtendat, & quod, si detur, necessario quale nobis positum est, ipsi etiam incorporeum, immobileque ponendum sit) num dari possit inquirentibus, propterea dari non posse visum esse, quod corpus magnitudinumq., quæ Aristoteli notæ fuerunt nulli congruat, & quod, si sit, iuxta Aristotelis decreta, mobile, & in loco esse oporteat; quorum neutrum spatium tribui potest. Si dari id non posse declarare propositum erat, non inde declarandum erat, quod à corporibus, magnitudinibusque, quæ Aristoteli notæ fuerunt, seclusum sit, sed nequam id dari posse demonstrandum, nullis scilicet artibus ens vllum, eiusue partem è loco.

loco, in quo positum est, educi, aut minore in eo cogi posse in molem, quam ens aliud ullum. nec ipse etiam aer subire queat; siquidẽ quæ sensu percipi possunt, & que num sint, sensus diiudicare potest, rationibus nullis prorsus, at ijs certè minus, quæ nõ ipsis à rebus, ipsoque depromptæ sunt à sensu, sed ex hominum manant decretis, & logicæ omnino sunt, egent. Minus etiam spatium si sit, naturale num sit inquirendum, cum per se, & natura subsistat, & naturalia entia locari vt possint, necessarium cum sit. Tum, si spatium (inquit) quale ponitur, sit, nulla agente, operanteque natura doqatum sit, & nihil prorsus agat, opereturque, nequaquam (quæ loco conueniunt, & quæ agere, operarique videtur locus) ipsi insint, nec ea ipsum agere, operarique queat. Non corpora, quæ in ipso posita sunt, generandi, alliciendi, conseruandi, perficiendique vim obtineat: nec locus locato similis sit: nec loca à se ipsis differant. Iure quidem ea omnia loco inesse, & omnia à vobis, qui spatium locum esse ponimus, efflagitent, & quod eorum nullum spatium præstare potest, locum spatium poni nõ posse decernant; si quæ propria loca Aristoteles corporibus attribuit, ijs illa præsent omnia. At quoniam, vt superius dictum est, corpora singula à corporibus, a quibus continentur, à proprijs locis Aristoteli, suisque assidue oppugnantur, & contumpuntur, contraria planè sunt; non propterea quod spatium nihil quæ in ipso locata sunt foueat, nullamque ad ea similitudinem sortitum sit, entium locus poni non potest, quin magis, quàm continentis superficies, ponendum est; nam si nihil ea fouet, nihilque eis simile est, at nihil certè oblat, nihilque cõtrarium eis est. Quantitati præterea, inquit, per se locus debetur, itaque & spatium, quantum & ipsum cum sit, locus tribuendus erit. Mirari sanè licet incorporeo spatium, & quod si sit, vel ipsis entium omnium, & Mundi vniuersi locum esse necessario itatuendum sit, locum tribuendum esse, videri posse. Tum si vas, inquit, a quæ plenum ex alio in alium transferatur locum, quoniam spatium in quo locatum est (vt id ponentibus placet) non transfertur, sed aqua spatium variat, non vas tantum, sed aqua etiam, quæ vasi inest, per se mouebitur, quod est absurdum. Si quæ alijs quidẽ in existẽtia, & cum ijs commota, at per proprium perpetuo delata locum, perpetuoque in proprio sunt loco, per se moueri Peripateticis, vt videretur, placeret, aqua etiã vasi indita, & cum eo cõmota, veluti & vas per se mouebitur; & aquam vasi inditam, & cum vase cõmota (si quæ ab alijs gestantur moueri ea dicere licet) veluti & vas per se moueri si ponamus, quid absurdum positum sit, vel iuxta Aristotelis positiones, intueri non licet. At, vt dictum est, nõ quæ iuxta illius decreta, sed quæ iuxta rerum naturam euenire non possunt, si ponantur, absurda sunt. Præterea, inquit, si spatium (nam, vt veritas amplius eluceat, vel quæ exposita, examinataque sunt, iterum exponere, iterumque reiicere non grauabimur) vnum, eiusdemque naturæ sit vniuersum, differentium corporum locus esse non poterit, locus enim locato similis sit, oportet. Rectè quidem, si aer, à cuius superficie amplior terræ portio continetur, & Coelum igni simile Peripateticis positum sit, aut poni possit. Adhuc quantitatem, dicunt, spatium sortitum cum sit, nequaquam (quod ijs, qui illud ponunt, fieri placer) per omnes corporum, quæ in eo ponuntur, partes, dimensionesque penetrare, permeareque poterit; tum si penetraret, simul & spatium, & corpus in eo locatum erit. Equidem spatium, quod ponimus, penitus incorporeum, & veluti non ens, & vt probauimus, aptitudo modo quardam ad corpora suscipienda, aliud nihil prorsus cum sit, proindeque corporibus, quæ ipsum subeunt, nihil reniti, repugnareque cum possit, in ipso illa vt locentur, nihil sibi ipsis immisceri, & mutuo sese diuidere, dissecareque opus esse existimo. Cur enim nihil ea ab ipso cum penetrarentur, non in ipso locari queant? At si spatium ea penetrari velint, incorporeum cum sit, quin qualiacumque sint corpora penetrare queat omnia, haud est dubitandum. Et vt spatium, quodque in eo suscipitur corpus simul hant, quoniam incorporeum est spatium, nullum consequitur incommo- dum.

Postremo locus, addunt, locato nobilior, & prior etiam est; at spatium, quantitatis, & substantiæ omnis expert, & accidens cum sit, entibus, quæ in ipso locata sunt, nec nobilior, nec prius videri potest. Non perperam fortè, si Peripateticis, & qui Aristotelis decreta omnia, veluti ipso à Deo prolata venerantur, spatium locum poni non posse, persuadendum foret; at quoniam cum ijs modò contendendum est, qui hanc saltem illius positionem demoliri student, & inane spatium entium locū ponendum esse contendunt, non quæ iuxta Aristotelis decreta, sed quæ iuxta rerum naturam in commoda eos excipiunt, exponenda Peripateticis erant. Etenim locum quidem ijs, quæ in ipso locantur, priorem oportere esse, omnes reor admittunt; at cur nobilior etiam ponendus sit, non omnibus intelligere licet. Supremum certè Cælum, quod velint, nolint, in loco ponant, necesse est, in loco, qui ipso nobilior sit, locari nō potest; nam per se corporum nulli spatium cum in hæreat, sed per se existat, perpetuòq. idem cum permaneat, & quod si existit, in eo Mundus locatus necessariò sit, cur accidens ponendum sit mente non concipitur. Quod dictum est, non alia ratione vlla spatium dari non posse Peripateticis contendendū, sed nusquam fieri id posse declarandum; nam si sit, quod non reliquorum modò entium, sed celi etiam ipsius locus sit, si non prius, cū ipso certè Mundo factum fuerit, necesse est. Itaque nisi Aristotelis ratio, quæ, si vacuū detur, motum fieri nō posse astruit, quod si per vacuum fiat, in instanti fiat, obstat; spatium, quod ponimus, corporum omnium, & Mundi etiam ipsius locū esse statuere liceat; at nihil prorsus ea obstat, nam, vel si spatium quale positum est, verè existit, nusquam tamen cū sit, quod (vt dictum est) corpora, quæ in eo locantur, separari, se iungiq. à se ipsis non sustinent, sed sibi ipsis perpetuò adherent, nulla spatij portio vacua remanet vsquam, sed vniuersum corpore quopiam repletum est. Quocirca quæ mouentur corpora, nusquam per vacuum, sed per alia perpetuò feruntur corpora. Tum si detur vacuum, nequaquam tamen (vt Aristoteli placet) nullo in tempore motus fiat; qui enim, vel si à nullo, quæ per intermedium spatium feruntur, retardentur, è coelo in terram nullo lapsis descendat temporis momento, atque simul, & in celo, & in terra sit? Quas ob causas quoniam, vt visum est, sensus ipse entia in spatio contineri ab ipsorum mole diuerso nobis manifestat; & nulla Aristotelis, suorumue ratio id fieri prohibet, & satis contentium corporum superficiem, corporū locum poni nō posse est demonstratum; reliquæ difficultates, & bene ea magnæ, à quibus Aristotelis sententiam vrgeri, vel suorum complures declarant, nequaquam exponendæ videntur. Sed quid sit tempus, & in ipsius Aristotelis dictis speculemur: rectè enim è quibus illius natura intelligenda est, nos edocet, proindeque in ijs simul, & quid Aristoteli visum fuerit, & quid sit tempus innotescet.

QVID SIT TEMPVS. Cap. XXIX.

Quid sit tempus inquirens Aristoteles, reiecit antiquorum opinionibus, quibus aliud, atque aliud visum id esset, postremo, & motum non esse declarans, inquit. At neque sine mutatione est; cum enim ipsi cogitatione nihil mutamur, aut si mutamur, minimè animaduertimus, nullum tempus præterisse nobis videtur, quemadmodū nec hisce, quos fabule tradit in Sardo apud Herodotum dormire, cū à somno fuerint excitati. Prius enim momentum cum posteriori coniungit, vnumque efficiunt, & id quod intercedit eximunt, propterea quod sensu id nō apprehendunt. Vt igitur si aliud, & aliud temporis momentum nō esset, sed vnum, & idem, tempus non esset, ita cū aliud, atq. aliud esse nos latet, medium tempus nullū videtur esse. Quamobrem si, cum nullam distinxerimus mutationem, euenit, vt temporis nulla nobis sit cogitatio, sed in vno, & indiuiduo manere anima videtur, cum autem sensu

appre-

prehendimus, & disiungimus, tum tempus præterisse dicimus, perspicuum est sine motu, & mutatione tempus non esse: ita illud constat tempus, nec motum esse, nec absque motu. Sumendum verò est (quandoquidem quid est tempus quaerimus) quid sit ipsius motus, hinc exordium ducendo simul namque, & temporis, & motus sensum habemus. Nam in tenebris, quanquam corpus nostrum nihil patiatur, si tamen animo agitemur, statim tempus aliquod simul videtur fuisse: sed & cum tempus aliquod videtur præterisse, simul & motus quidam apparet fuisse; quare aut motio, aut motio- nis aliquid est tempus; cum igitur motus non sit, aliquid eius sit, necesse est. Cum autem id, quod mouetur, ex aliquo ad aliquod moueatur, magnitudoq. omnis continua sit, magnitudinē motus cōsequitur. Quod enim magnitudo continua sit, motus quoque est continuus, quod autem motus, & tempus, nam quātus motus est, tantum & tēpus videtur semper fuisse. At verò prius, & posterius in loco primū sunt, quādoquidē situ in eo insunt. Cum autē in magnitudine prius, & posterius insint, necesse est, & in motu prius, & posterius inesse ijs, quæ illic sunt, proportionē respondentia. Atqui etiam in tempore illa insunt, quod horum alterum semper sequatur. Prius autem, & posterius in motu, se quidem ipsa, & subiecto idem sunt, quod motus, ratione verò diuersa sunt, & motus non sunt. Atqui & tempus cognoscimus, cum motum distinguimus, prioris, & posterioris distinctis, tumque fuisse tempus dicimus, cum prioris, & posterioris in motu sensum habuerimus; distinguimus autem, quod aliud, & aliud ea esse, & aliquid aliud intercedere existimamus. Cum enim extrema à medio diuersa esse animo concipimus, temporisque momenta duo esse anima affirmat, aliud quidem prius, aliud posterius, tum hoc ipsum tempus esse dicimus. Nam quod momentis terminatur, tempus videtur esse, idque positum sit. Cum igitur temporis momentum vt vnum sensu apprehendimus, non autem vt prius, & posterius in motu, vel vt idem quidem, nō tamen prioris, aut posterioris alicuius, quod scilicet prioris alicuius sit finis, & posterioris alicuius principium, nullum tempus videtur fuisse, quandoquidem nec motus. Cum autem tempus, & posterius, tum tempus dicimus. Hoc enim est tempus, numerus motus ratione prioris, & posterioris. Nō ergo tempus est motus, nisi vt numerus motus habet. Argumentum autem est, quod plus, & minus ex numero diiudicamus, maiore verò, & minorem motum ex tempore. Tempus ergo numerus quidā est. Rectè quidem Aristoteles, ex entium motu, immutationeque in temporis cognitionem nos inductos esse, & nullum prorsus temporis sensum fieri nobis posse, siue motus cuiuspiam sensu, docet; quin, si motū quempiam intueamur, recordemur, nec non rectè, vt videtur, ex ijs tempus sine motu, & mutatione non esse colligit. Cur enim, cum tempus vt sit, entis nullus motus, immutatiove præstat, sed per se existat, ab entium motu pendeat, & si nullus motus, nullaque fiat immutatio, tempus itidem esse, fluereque cesset? Non rectè itidem, propterea quod nec tempus seorsum à motu, nec motum seorsum à tempore vnquam, sed perpetuò cum altero & alterum apprehendimus, tempus conditionem, affectionemue quampiam, & motus quid esse decernit. Nam, vel si nullam prorsus affinitatem, cognationemue motus cum tempore habeat, nihilque prorsus illius tempus sit, sed penitus ab altero alterum diuersum sit; quoniam motus, immutatioque omnis in tempore sit, eiusque, & breuitatem, & diurnitatem tempus nobis manifestat, & tempus nullum nobis præterit, in quo motū quempiam non intueamur, recolamusue, necessariò vbi motus cuiuspiam nobis sensus sit, quod eius itidem durationis sensus sit, temporis itidem, in quo ille factus est, sensus sit; & vbi temporis, motus itidem qui in eo factus est. Itaque non, quod nunquam alterius tantum, sed perpetuò vtriusque simul sensus sit, propterea alterum alterius quid esse statuendum est, sed id tantum, quod euenire videtur, motum scilicet omnem suo in tempore fieri, & motum prorsus nullum sine tempore fieri posse, ea videlicet tantum alteri ad alteram cognatio, affinitasque tribuenda est, quæ tributa videtur. Minus etiam continuitas, & prius, posteriusque

iusque tempore indendum fuit, quod quantitati, proindeque & motui, qui super ea
 fit, insunt; nihil enim a motu cum pendeat tempus, sed per se (vt dictum est) existat,
 quas habet conditiones, à se ipso habet omnes, à motu nullam prorsus. Mirandum
 præterea est, motui prius, posteriusque propterea inesse visum Aristoteli fuisse, quod &
 magnitudini, super qua fit, insit. Etenim cœli, cuius motus præcipue tempus, nume-
 rum, mensuramque esse Aristoteli placet, pars nulla alia prior, posteriorque est. At, vt
 dentur hæc omnia Aristoteli, non certè, vt tempus motus numerus, mensurae, aut
 passio, affectione quæpiam sit, dari potest: qui enim res, quæ principio, sineque Aristo-
 teli caret, & quæ nusquam sibi ipsi difformis, nullaque ab intermedia re distincta est
 vsquam, rei, quæ passim terminatur, immutaturque, cui omnino terminum quæpiam,
 & quæpiam assignare liceat distinctionem, numerus, mensurae sit? aut qui res vlla
 rei passio, affectione sit, cui nihil inhaeret vnquam, nihilque commune habet, & à quo
 penitus diuersa est? Itaque, si quam coniunctionem, connexionemque, & affinitatem
 tempus, motusque, inter se sortita sunt, ea modo tribuenda ipsi est. Tempus mora sit,
 duratioque, & spatium, at non super quo, aut per quod, sed in quo motus,
 immutatioque, sit omnis. Et motus temporis sit mensura, at non omnis, sed
 cœli modo, qui nimirum vnus continuus est, & vniformis. De
 principijs, primisq; corporibus, quor, & qualia sint, insuper
 de ortu, & interitu in vniverso hucusque actum. Nunc
 quid antiquiores Philosophi, Aristoteles potissi-
 mum, eiusque, affectæ, qui sine dubio in hoc
 genere ceteris omnibus longè ante-
 cellat, hæc de rebus senserint,
 accuratè est excutiendū, vt
 nostra simul senten-
 tia clarius ex-
 plicetur,
 atque adeo probetur.



BERNARDINI TELESII
 CONSENTINI
 DE RERVM NATVRA I V X T A
 PROPRIA PRINCIPIA
 LIBER SECVNDVS.

NIHIL INFERRE PERIPATETICORVM RATIONEM, QVA, QVAE
 communem materiam sortita sunt entia, vel à nullo passa contrario,
 corrumpi astruunt. Cap. I.



OMNIVM materiam quæ sortita sunt entia, vel si nullo à con-
 trario agente oppugnentur, corrumpi tamen omnia Aristoto-
 li, suisque placet omnibus, quod formas illa, naturalisq; omnes
 suscipere apta cū sit, nequaquam ab vna perpetuò detineri, aut
 queat, aut velit, sed alias omnes, quas suscipere potest, appetat,
 & suscipiat tandem omnes oportet: neque enim illas suscipien-
 di appetitus, facultasque frustra insit. Itaque vel nulla externa
 in inexistentē contraria agente forma, sola materię appetētia,
 potentiaque illam eijcere satis Aristoteli est. Et propterea sub-
 lunarem ignem, vel si à nullo is contrario ipsi etiam oppugnari videtur, assidue tamen
 corrumpi decernit. Et vera si sit ratio, non terra modo, sed ipsum etiam Cœlum, secus
 ac nobis visum est, corrumpatur. Quamobrem explicanda amplius, excutiendaque est
 illorum sententia. Principio formæ omnes, omnesque, qualitates materię vniversæ, & cuius
 eius portioni simul inexistere Peripateticis videntur, at non semper actu omnes, sed vnica
 tantum, reliquæ verò potentia, non agentes, sed veluti stertentes: quæ nisi actu inter-
 dum, & æterno tempore veluti per vices fiant, frustra ibi inditæ sint. Id verò, quod ve-
 luti inertiæ, imperitiæque, naturam incuset, pacto nullo admittendum existimantes Pe-
 ripatetici, materię, inertissimæ rei, & quæ actionis omnis per se penitus expers, quin ve-
 luti non ens, & id modo Aristoteli sit, quod ab agentibus sit naturis, harum quas vult,
 vel à quibus detinetur, & quæ in ea vigent, veluti in soporem deijciendi, alias contra,
 quæ stertunt, & veluti demortuæ in eius latebris latent, veluti excitandi, & in lucem,
 actumque agendi facultatem attribuunt, proprijs placitis, rerumque, naturæ repugna-
 tes, & alijs, vt videtur, multis peccantes modis. Nam rem ponunt, quam nulla concipi-
 re queas imaginatione, agentes naturas agendi vi exutas, stertentesque, & longè pluri-
 mas, summèque inter se cōtrarias, sibi ipsis connexas, vnitasque, penè & vnum factas,
 in materia parte quavis, & veluti puncto in eodem simul existentes; cum quæuis mate-
 riæ portio, & punctum quoduis in quoduis transmutari possit ens. Tum, si formæ om-
 nes materię perpetuò insint, nequaquam forma vlla, vel vnquam corrumpatur, vel ge-
 neretur vnquam; sed quæ interim videtur, corrumpique, veluti in soporē deijciatur,
 expergeat quæ generari videtur, perpetuò existens eadem, at modo actu, potētia mo-
 do, modo vigens, agensque, stertens modo agendi vi exuta. Formarum itaque,eductio
 omnis non ipsarum productio, sed expergefactio sit, aut reuocatio, quæ in materia ead-
 dem perpetuò remanent eadem, eò dumtaxat à se ipsis differentes, quod non perpetuò
 vigilant, atque operantur, sed stertunt interdum, & desides fiunt. Mirum præterea, si
 quæ actu existentem, agentemque, & repugnantem deturbauit, interemitque, demor-
 tuam

tuam iam, aut in altissimum soporem delectam, omnique agendi vi exutam, non penitus eiciat, penitusque interimat, contrariam. & ipsius interitum assidue expetentem, molientemque. & que exitum allatura sit tandem, nisi quid materię natura exilit, sed formę tantum in potentia; nullus itaq; materię sit usus, sed solę formę sufficiant, quod Aristoteli placere haud potest, materiam, subiectumque ad rerum generationem maximę necessarium, longeque illius naturam a purgatione, & a formis in potentia diuersam iudicanti: quę igitur forma cōtrariam actu existentem, vigentemque. & repugnantem deturbauit, nequaquam, vel potentia, vel alio pacto vllō ibi esse inet. Calor nimirum, qui terrę frigus vigens in illa, actuq; existens deturbauit, agendi que vi exuit, nequaquam in materia, quam penitus occupauit, & in qua iam diu viget ipse, regnatque, vel potentia, vel alio ibi modo esse volet vllō, vel vllō degere pacto: nam nec repugnare, nec sese occultare, nullas subire latebras potest, in quibus a calore penitus omnia permeante, & occupante non deprehendatur, & deprehensum non exitio detur. At, vt hoc non possit forma exuperans, numquam certē ipsa a profligata iam, omnique agendi vi exuta patietur, minus etiam a materię potentia, a materię alias ad formas suscipiendas aptitudine, vel appetitu superetur, agendi que vi exuatur, aut in materię gratiam libens ipsa latebras subeat, pene & esse cesset, quę seruari, & in subiecta diffusa di omnia, & iuxta propriam naturam perpetuo operari summę appetit, quęritque, & summis incessanter contendit viribus. Non igitur, vt Peripateticis placet, quę generari videntur formę, materię pręexistunt omnes, idque modō ab externis agentibus formis habent, quod materiã ex illis concinnant, aptamque faciunt, & hoc pacto, per se illę a materię sinu, in quo delitescerāt, ac stertebāt, emergunt, & in opus exeunt; sed nihil prorsus pręexistentes, verē ab illis sunt, verēq; cū entibus generantur, se ipsas amplificandi, multiplicandi, & a proprijs sedibus, nihil in his imminuta effundendi, & alienas subcundi, pręexistentibusque naturis inde eiectis, sese in ijs constituendi facultate præditę naturę agentes, quorum entium naturas exuperant, non sui similes, potentia in ijs existentes in actum agunt, sed ea ipsę occupant, & se ipsas in ijs indunt, constituuntque, & huiusmodi facultatem ipsi in primis formis attribuunt Peripatetici, oportet. Neque enim externam materiam concinnant, nisi proprias vires, se ipsas in eam effundant, & luci eam facultatem cum attribuunt, calori itidem, cui manere in hęc lux, attribuunt, necesse est. Quapropter, vel si non calor ipse rerum sit forma, sed eius organum (quoniã organi casum forma insequi, & formę ductu, magisterioque organum agere Peripateticis videtur) forma etiam proprias vires, & se ipsam cum calore emittat necesse est. Cui porro ipsa insidet sedi, alij vt eam concedat, in eiusque gratiam ipsa, vt inde recedat, & pereat, quantum uis illa similis sit, cognataque, numquam Peripatetici persuadent. Minus etiam fundamentum, cui ipsorum ratio innititur, firmum monstrant vnquam. Ea enim quidem, quę entium singulorum propria est potentia, & qua iuxta propriam naturam operari possunt, non ad actum modō ducatur, sed actui in hęc semper, semperque actui infixi, & vnum prorsus actui sit, oportet, quę nimirum singulis inexistens, & singulorum propria, externo nullo ad proprium indiget opus. At certē qua ab alijs pati possunt entia, nequaquam, vel eorum quę agunt, vel eorum quę patiuntur, corrumpunturque est propria, & nequaquam libera, absolutaque, sed vtrorumque illorum communis, & veluti sub conditione, si scilicet agenti doceat patiens, debilius robustiori, neque enim coire hoc illi, & hoc agere, pati illud, necessitas cogit vlla. In quę igitur quauis occasione contrarium, robustiusque agere non potest, æterna apparent illa, & numquam corrumpantur.

RATIO

RATIONES, QVIBVS ARISTOTELES COELVM IGNEYM NON ESSE, & Peripatetici nonnulli calorem, frigusque substantias non esse alitruunt, exponendas, examinandasque esse. Cap. II.



ORYM vniuersum, ipsum etiam Solem caloris prorsus expertem, & calorem qui assidue a Sole emanat, nō ab eius natura, & substantia emanare, sed ab eius fieri motu, a quo sublunaris aer commouetur, conteratur, diuellatur etiam, segregetur, & ad terram vsque deuoluatur, summę Aristoteles cōtendit. Et, vt suorum multis placet, calorem, frigusque nequaquam substantias, & naturas esse statuit, quę informem, inertemque, materię molle subeuntes, in terram, aquam, aerem, ignem, & in reliqua eam agant entia; non ea rerū sint formę, quarum præsentia, atque opera, quod sunt, quod agunt, quod operantur, sint, agant, operentur entia; sed cū terrę, aquę, aeris, ignis, tum verō, & reliquis entibus, plantis præsertim, & belluis alias a calore, frigoreque, inesse naturas, & longē eas calore, & frigore præstantiores, nobilioresque, & diuiniore, quarū calor, & frigus organa sint, quęq; vera rerū sint principia, formę, & substantia. Nos rationes, quibus vtrumque alitruunt, diligentissimę ponderabimus; cum de rebus agatur, quibus ignotis, nihil fortassis in natura notū esse queat. Atq; si formę ea sint, verę, & necessarię etiã (huiusmodi enim sint oportet, quę res adeo sensui repugnant, & contrarięsq; suadere conantur) nō amandus modō, amplexandusque, sed summopere etiam admirandus, quin numinis instar venerandus sit Aristoteles, qui excellenti ingenij acumine, & magnitudine solis naturam non igneam, qualis sensu percipitur, sed ab igne diuersam esse intellexerit, modumque insuper indagauerit, quō non calidus sol, calorem assidue in terram demittat, illamque in tot agant entia; & qui insuper, cum nulla ab igne edatur actio, quę caloris non sit, aliam tamen igni, vt primus fortasse omnium illi tribuit Auerroes, inesse inspexerit substantiam, cuius organum sit calor. Sin contra nullum habeat robur, non inspectandus, qui solem ijs viribus, eaque spolię natura, qua donatū esse, eius species, & actio manifestat, & operatio; qui ignis, reliquisque entibus naturam impartiat, cuius nec species, nec actio, nec operatio spectatur vlla; qui denique nequaquam, quod docere professus fuerat, rerum nos naturam, sed suas doceat opiniones.

RATIONES, SIGNAQUE, QVIBVS ARISTOTELES NON igneum esse Cælum declarat, & diuersa a sublunariibus substantia ipsum donat. Cap. III.



MENTA, inquit Aristoteles, naturalia corpora, & magnitudines secundum se ipsa mobilia dicimus esse; naturam enim principium motus 1. de celo, 1. cap. 1. ipsis esse dicimus; omnis autem motus secundum locum, quem vocamus lationem, aut rectus, aut circularis, aut ex his mixtus est; simplices autem hi duo soli; causa autem, quia & magnitudines simplices, quę recta, & quę circularis est, tantum sunt. Circularis igitur est qui circa medium, rectus autem qui sursum, & deorsum; dico autem sursum, qui a medio, deorsum autem, qui ad medium; quare necesse est omnem simplicem lationem, hanc quidem a medio, hanc autem ad medium, hanc verō circa medium esse. Quoniam autem corporum, hæc quidem simplicia, hæc autem composita exijs sunt, dico autem simplicia quęcumque motus principium habent secundum naturam, vtputa ignem, & terram, & horum species, & cognata his, necesse est & motus, hos quidem simplices, hos autem quodam modo mixtos esse, simpliciumque simplices, mixtos autem compositorum, moueri autem secundum prædominans. Si quidem igitur est simplex motus, & simplex

21 simplex motus corporis simplicis est. etenim si compositum fuerit, secundum simplex
 22 prædominans erit; erit igitur necessarium esse aliquod corpus simplex, quod natum
 23 est ferri circulari motu secundum sui ipsius naturam. Nam si qui vnus est, vi alterius
 24 fieri contingit, at natura impossibile est, si quidem singulorum simplicium corporum.
 25 vnus est secundum naturam motus. Præterea, si motus præter naturam motu secundum
 26 naturam, & vnum vni contrarium est, necessario, quoniam circularis motus sim-
 27 plex est, si corporis, quod circumfertur, proprius, naturalisque is non est, præter natu-
 28 ram ipsius is sit: si igitur ignis id, aut aliud huiusmodi, naturalis ipsius motus circulari
 29 contrarius erit; at vnum vni contrarium, & motus, qui sursum, deorsumque mutuo sibi
 30 ipsis contrarij sunt; quod si aliud ab ijs, quod circumfertur, corpus sit, erit utique alius
 31 naturalis ipsius motus; at hoc prorsus impossibile, nam si sursum ignis sit, aut aer, si ve-
 32 rò deorsum aqua, aut terra. Tum ignem sursum modò, non & circulo etiam natura
 33 moueri, sed, quod alibi declarauit, à cæli conuersione trahi supponens, Ex ijs, inquit,
 34 manifestum est, quia nata est esse quedam alia corporis substantia, præter has, quæ hic
 35 sunt consistentes, dignior, & prior his. Corporis nimirum, quod circumuoluitur, natu-
 36 ram, substantiamq. sublunarij nulli similem, contrariamue, sed diuersam esse, itaq.
 37 sublunarium conditionibus nullis prorsus donatum esse cælum. Vniuersa Aristote-
 38 lis ratiocinatio huiusmodi videtur. Quoniam natura motus principium est, quæ na-
 39 tura constant corpora, mobilia secundum locum sint omnia, proprium omnia, natu-
 40 ralemque habeant motum, & vnum modò, simplicemque, quæ vna à natura consti-
 41 tuta, ac simplicia sunt, & contra, quæ simplici mouentur motu, simplicia sint oportet,
 42 Nam si & quæ pluribus à naturis constituta, & veluti è multis corporibus composita
 43 sunt, vno & ipsa, & simplici moueri videntur motu, propterea ita mouentur, quod natu-
 44 rarum, à quibus constituta sunt, vna reliquis veluti prædominatur, cuius mouentur
 45 motu. Simplex verò motus, rectus tantum est, & circularis; siquidem & magnitudi-
 46 num, linearumque, super quibus motus fiunt omnes, & quarum formã motus sequan-
 47 tur oportet, recta tantum, circularisq. sibi ipsi perpetuo similis, & vniformis, itaq. sim-
 48 plex est. Rectus is dicitur, qui à Mundi medio sursum, & qui huic cõtrarius ad Mundi
 49 medium, & deorsum fertur; circularis autem, qui circa Mundi mediũ circumuoluitur.
 50 At verò, cum corporũ singulorũ motus à singulorũ natura emanet, quam motus ad se
 51 ipsos cognatione similitudinemq., aut contrarietatem sortiti sunt, eam etiã & nature,
 52 à quibus corpora cõstituta sunt, ad se ipsas sortite sint oportet; similes, cognataq. sint,
 53 quæ similes, & contrariæ, quæ cõtrarios, & diuersæ, quæ diuersos motus edunt, oportet.
 54 Ergo cum terra, & aqua ad mediũ, aer, & ignis à medio, Cælum circa mediũ natu-
 55 ra moueatur, & motus à medio motui ad mediũ, vnumque non pluribus, sed vni mo-
 56 dò contrarium sit, terra profecto aquæ, & aer igni similis, horumq. vterq. illarũ vtriq.
 57 contrarius, cælo autem, neque illarum, neque horum vllus, aut similis, aut contrarius,
 58 sed omnes à natura constituti sint oportet, quæ à cæli natura prorsus diuersa sit. Nam
 59 circularem motum cælo secundum naturam esse, vel inde patet, quod ne effingi qui-
 60 dem potest, quod contra naturam circulari motu moueri queat. Quoniam autem sim-
 61 plex is est, itaque quod eo mouetur, vel secundum naturam, vel contra naturam mo-
 62 uetur, & quod cõtra naturam simplici quopiam motu mouetur, naturalis eius motus
 63 illi contrarius, & simplex omnino sit, oportet; si corpus aliquod circulari motu contra
 64 naturam mouetur, naturalis eius motus, rectus, & aut sursum, aut deorsum sit, necesse
 65 est; at horum alter alteri contrarius, & vnum vni contrariũ cum sit, alij contrarius esse
 66 non potest: utique corpus, quod circulari motu contra naturam moueatur, prorsus
 67 dari non potest. Mirum præterea, summeque rationi aduersum, corpus, quod circula-
 68 ri moueri videtur, contra naturam eo moueri, continuus, æternusque vnus is cum ap-
 69 pareat, & corpus, quod eo mouetur, nihil vnquam immutetur; siquidem motus, opera-
 70 tionisque quæuis, quæ cõtra naturam eduntur, & ipsæ, & quæ eas edunt nature breui
 71 deficiunt

21 deficiunt oēs. Quapropter, quoniã simplicium corporum cælum circulo, ignis, & aer
 22 sursum, terra, & aqua deorsum natura mouentur (nam ignis non iuxta sui ipsius natu-
 23 ram, sed à cæli conuersione tractus, cum eo circumuoluitur) terra, & aqua, igni, acriq.
 24 contraria, cælum eorum nulli nec contrarium, nec simile, sed diuersa ab omnibus na-
 25 tura, nullisq. prorsus eorum conditionibus donatum esse statuendum est. Et alibi eos
 26 inculans, qui corpus, quod in supero est loco ignem statuunt, Quicumque, inquit, id
 27 quod ambit, & non solum ea, quæ feruntur corpora ignem purum aiunt esse, quod aut
 28 inter terrã, & astra interiectum est spatium aerem, si ea, quæ nunc in Mathematicis mō-
 29 strantur, factis essent cõtemplati, fortasse ab hac tam puerili opinione sese abduxissent:
 30 illud n. nimis simpliciter existimarent, singula quæ feruntur magnitudine parua esse,
 31 quod huiusmodi nobis appareant ea hinc spectantibus. Dicitur est quidem, & antea
 32 in his, quæ de supero loco cõtemplati sumus; sed sermonem eundem nunc quoq. re-
 33 petamus. Si n. interualla igne essent referta, & corpora ex igne constarent, quoduis re-
 34 liquorum elementorum iam pridem interijisset. Si cælum, & stella igneæ sint; ac ignis
 35 elementum tanta mole reliqua excedat; reliqua omnia corrupisset. Nam ne huiusmo-
 36 di quippiã eucniat, ne elementorum aliquod reliqua in propriam agat naturam, equa-
 37 lem omnia materie quantitatem, proptereaque & æqualem propriæ nature copiam
 38 sortita oportere esse decernit Arist. In circo, quæ superstant, quod tenuiora, laxioraque
 39 existunt, & è materia constant magis expansa, magisq. explicata, ijs, quibus superposi-
 40 ta sunt, quæ densiora, & è materia magis in se ipsam cõspissata constant, maiora qui-
 41 dem sunt; at eò tñ modò singula, quò quæ suppositi, densiorisq. portio in superposi-
 42 tum, laxiusq. soluta est, in maiorem acta est molē. Quæ aer aquã, è qua factus est, excedit
 43 ratione, ea vniuersitates, quæ superstant, subsidētes excedunt. Terre, inquit, molem, in
 44 qua oīs etiam aquarum multitudo comprehenditur, nulla (vt ita dicam) pars est ad eã,
 45 quæ continet magnitudinem comparata: nec verò moles tanta se excedere magnitudi-
 46 ne intuemur, cū ex aqua secreta aer oritur, aut ignis ex aere. At necesse est vniuersam
 47 aquam ad totum aerem eandem habere proportionem, quam aquæ tantulum, parsq.
 48 exigua ad eum habet aerem, qui ex ea gignitur. Quin & stellarum, quæ currere viden-
 49 tur, velocitas, & solis candor, non igneum esse solem, Aristoteli indicant. Superum,
 50 inquit, locum calidum non esse, neq. ignitum etiam, stellarum trãscursus satis decla-
 51 rant; hi enim eo in loco non fiunt, sed in infero; cum tamen ea, quæ incitatius mouen-
 52 tur, tum celerius, tum plenius ignescant. Si tandem igneum esset cælum, aut igniri, ac-
 53 cendiq. aptum, vtiq. à rapidissimo illo motu accēderetur, & in ipso fierent quæ currere
 54 videntur stella, in cælo autem, supremo præsertim, ipsas non fieri earum, inquit, velo-
 55 citas indicat; quæ rerum à nobis proiectarum velocitati similis est: quæ, quoniam nobis
 56 propinquæ sunt, stellas, lunam, & solem celeritate multã superare videntur. Sol
 57 præterea, inquit, qui maximè calidus videtur, candidus, non igneus apparet. His ra-
 58 tionibus, hisque inditijs persuasus Aristoteles cælum caloris expert, & incapax con-
 59 stituit, nihil ipsum veritus sensum, qui igneum solem, nihilque ab igne sentit diffe-
 60 rentem. Verum, vt propositum est, accurate rationes examinentur, & inditia.

RECTE RERVM NATVRAM, EARVMQVE SIMILITVDINEM, DIS-
 similitudinemq. ab earum operatione colligendam Aristoteli visum, & si quæ assumit,
 vera sint, recte diuersæ à sublunarijs nature Cælum illi positum esse.

Cap. III.



GREGIE ignotam cæli substantiam à motu, nempe ab eius operatione ve-
 natur; & cæli ad sublunaria differentiã ab horum ad illius operatione disci;
 mine colligit. Quare, si quæ ei assumuntur, recte assumpta sint oĩa, vnus mo-
 tus, non & immobilitatis item principium natura si sit; & quæ natura constant entia
 E iuxta

juxta suam naturam mobilia sint omnia: & proprium oia, naturalemq., & vnum modò singula habeant motu, neq. à seipsis dissideant naturæ, quòd alia motu, immobilitate alia gaudeat, & motu alia edat, immobilis alia torpeat; sed queuis motum edendisa cultate prædita sit; at non quemlibet quæuis, sed vnum modò singulæ, & prout similes sunt. dissimilesue, ita & motu similem ædant, dissimilemve; atq. à motuam similitudine, dissimilitudineq. entium similitudo, dissimilitudoq. habenda sit; & ita à seipsis distideant motus, veluti & naturæ ipsæ; nec tñ eorum quibus cuiuslibet cõtrarius sit, sed vnus vni tantum; itaq. qui à medio sit motus, ei, qui ad mediũ, circulari verò eorum neuter cõtrarius sit, similisue, sed vterq. ab illo diuersus; & ignis circularè ad motu ineptus sui natura, & à Cœli cõuersione illo ferri conspectus sit; haud perperã fortè cœlum diuersè à sublunariis naturæ positu Arist. sit. Propterea nũ fundamenta hæc bene iacta sint in-
 quæmur.

NATVRAM NON MOTVS TANTVM, VT ARISTOTELI positum est, sed immobilitatis etiam principium esse. Cap. V.

NATVRAM non motus tantum, sed & immobilitatis principium esse, non .f. naturam quamuis mobilem esse, & motu oblectari, & entia, que cõstituit, quibusq. in est, mobilia tacere, sed aliam talem, aliã imobilem esse, & immobilitate gaudere, motumq. auerfari, & quæ cõstituit entia, quibusq. ipsa in est, mobilia facere, torpidaq., adeo liquet, vt qui id declarari velit. Solem illi mobilem esse declarandum sit. Ecquis

Terram nullo vnquam, cœlum perenni, & nunquã cessante cieri motu non inuenerit? & propterea perpetuò immobilem illam manere, hoc verò propterea agitari non intel-
 ligit, quòd à natura illa cõstituta est penitus immobili. & que à motu, malo, molestiaq. auerfatur, hoc à natura summè mobili, & que motu oblectetur, & seruetur? Quæ quidem optime Aristoteles nouit, ac memoria tradidit Nam natura ingenium explicans, *Quecumq.*, inquit, natura sunt, videntur habere in seipsis principiu motus, & quietis, immobilitatis nimirum (semper, n. Arist. vel Peripateticorum oium testimonio, quietè motui contrariam, & immobilitatis loco quietem ponit) alia quidem secundum locu, alia secundũ augmentum, & decrementum, alia autem secundum alterationem. Natura igitur principium est quoddam, atq. causa mouendi, & quiescendi eius, in quo est, primo, per se, & non secundum accidens. Rectè sanè, & rerum ingenio, ijsq., quæ sensu percipiuntur, concors. Et alibi, Quod, inquit, corpus sub conuersione supera est, cum veluti materia quedã sit potestate calida, frigida, humida, & sicca, & ceteris, quæ hæc cõsequuntur, affecta, talis redditur, atq. est partim à motu, partim ab immobilitate; cuius rei causam, atq. originè antea docuimus; nempe vbi sublunarem hunc Mundũ superis motionibus propterea continuatũ esse, vt ois ipsius virtus inde gubernetur, edocuit. Itaq. quod grauissimũ est, & frigidissimum, terra, & aqua in medio, & circa medium se-
 cretũ, circa hæc aut ca, que his herent, aer, & ignis. Vt nõ modò immobilitatis principiu, veluti & motu, naturã esse, sed entia ab illa, que frigida sunt, immobiliaq., terrã, & aquã, cõstitutat esse visum Arist. sit, positumq.; Et alibi, Nõ quodlibet, inquit, Mundi corpus quale diuinũ est, circulariter mobile, & vno, & simplici motu motu, quia necesse est in medio corporis circulo lati aliqd manere, & terrã id esse, hæc, n. in medio quiescit, atq; nunc quidẽ supponatur hoc, posterius autẽ demonstrabitur de ipso. At si terrã esse neces-
 se est, ignè etiam esse necesse est; cõtrariorum, n. si alterum est natura, & alterũ natura esse necesse est, nã si sit contrarium, etiã naturam quandã ipsius esse necesse est, que qui-
 dem est materia contrariorũ. Præterea affirmatio priuatione prior est, ceu calidũ frigidò; sed quies, atq. graue per priuatione motus, atq. leuitatis nuncupatur. Et haud mul-
 to post, terrã (quod pollicitus fuerat) natura in medio immobile manere, & nullo ibi, indeq. motu natura moueri posse multis declarat. Quo fit vt nunquã satis mirari Arist. liceat, qui cum naturam non minus immobilitatis, quam motus principium esse, & qui materiam, quæ potestate calida est, frigidaq., actu calidam à motu, & frigidam ab im-
 mo-

7. phis. cap. 1.
 1. Mete. cap. 4.
 1. Mete. cap. 2.
 2. de cœl. lib. 17.
 1. Mete. cap. 18.

immobilitate fieri statuat; entia, quæ calida sunt à motu, frigida verò ab immobilitate fieri; & qui demum Terram in medio immobilem positam, ponendamq. fuisse decer-
 nat; & qui Terram perpetuò immobilem intuitus cõ sit, naturam ipse postea priorũ, vt videtur, decretorum, & sensus etiam ipsius oblitus, motus solius principiu esse ponat. Quapropter natura quæ constant omnia, mobilia iuxta propriam naturã esse, immo-
 bilitatemq. nullius propriam esse docet; atq; naturalibus omnino corporibus oibus, & Terræ etiam ipsi proprium, naturalemq. motum assignat. Non scilicet, quòd Terræ partes à proprio loco, & à propria abstractæ vniuersitate, propriũ ad locum, propriãq; ad vniuersitatẽ sponte sua delabi visæ sint; nec, quòd rationes aliæ quædam Terræ etiã proprium, naturalemq. motum assignandum esse suadere Arist. poterant, assentiendũ
 is erat. & naturalis propterea motus Terræ attribuendus, veluti Cœlo; quam vniuer-
 sam proprio in loco, vbi eius ingenium inspiciendum profus erat, perpetuò immobi-
 lem torpere intuebatur. Etenim si adeo exhorret corpori vni duos largiri motus, quo-
 rum, vt alius alij contrarius videri Arist. potuerit, non æquè certè, atque immobilitati eorum quibus oppositus videri potuit. Itaq; diligentius dictæ rationes perpèdendẽ illi erant; quod si fecisset, proculdubio earum fallaciam minimè hominem latuisset. Re-
 feramus igitur illas, atque examinemus.

RATIONES, QVIBVS ARISTOTELES PROBAT TERRÆ PARTIVM descensum, proprium, naturalemq. esse Terræ motum. Cap. VI.

QUOD, inquit, necessarium sit motum aliquem simplicibus corporibus oibus natura inesse, ex his manifestum est. Quoniã enim moueri videntur, si pro-
 prium non habent motum, vi moueri necesse est; violentia autem, & præter
 naturam, idem. At verò si præter naturã est aliquis motus, necesse est esse & secundum
 naturã, præter quẽ ille est, & si multi præter naturam, vnum quidem secundum naturã;
 siquidem secundum naturam simpliciter, præter naturã verò multos habet vnũquodq.;
 Amplius autẽ, & ex quiete manifestum est, etenim quiescere necessarium est, aut vi, aut
 secundũ naturam; vi autem ibi manet, quòd & vi fertur, & secundum naturã, quòd secun-
 dum naturam. Quoniã igitur videtur aliquid manere in medio, siquidem secundũ na-
 turam, manifestum est, quòd & latio, que huc sit, secundum naturam ipsi inest. Et alibi,
 Terram, inquit, non ab alio deorsum, neq; ignem sursum, neq; vi, quemadmodum qui
 dam volunt, per extensione moueri, inde intelligere licet, quòd tardius moueretur ma-
 ior ignis sursum, & maior terra deorsum. Nunc autẽ contra semper maior ignis velo-
 cius fertur, & maior terra in suum locum. Neq; velocius vtiq; prope finem ferrentur,
 si vi, & extensione mouerentur: omnia enim ab eo, quod vim attulit, longius exstent;
 tia, tardius ferrentur; & vade vi, illuc redeunt non vi.

RATIONEM, QVAE E TERRÆ PARTIVM DESCENSU TERRAM natura moueri Arist. suadet infirmam esse. Et terram sui natura immobilem. Cap. VII.

RATIÒ, que proprium, naturalemq. motum terræ attribuit, propterea quòd moueri apparet (nam si non iuxta sui naturam, sed vi, & præter naturã moue-
 tur, vtiq; & secundum naturam moueri ipsam oporteat, & eo insuper motu, qui motui, quo præter naturam mouetur, contrarius sit) immobilitatem, vt
 videtur, naturalis corporis nullius propriam esse, præterea, quòd alibi Aristoteli posi-
 tum est, immobile sui natura, si quippiam sit, nullis id à viribus moueri posse, supponit.
 Nam si quippiam immobile Aristoteli sit, quãtũuis id præter naturam moueri appa-
 reat, nunquam proprium ei, naturalemq. Aristoteles largietur motum. Minus etiam,
 si quòd sui natura immobile est, externa id à vi dimoueri Aristoteli queat, quòd cumq;
 moueri interdum videtur, sui natura mobile id esse statuat. Itaq; quoniã natura nõ
 motus magis, quam immobilitatis principium, & Terra immobilis visa est; & quauis
 E a propo-

2. de coe-
 lo c. 18.
 1. de cal.
 tex. 89.

propemodum eius partes in sublimi ab aliena efferri vi passim conspicimus; quoniam tandem non vera ratio assumit, ipsa itidem haud vera sit oportet. Atque ipsius talitas manifestior ut fiat, suppositum utrumque examinemus. Si sublunarium corporum nulum sui natura immobile est, & id modo tale Aristoteli visum est, quod Cælo subesse, & cui Cælum in nixum circumuolui Aristoteli placet; itaque immobilium vires, conditionesque, nullo innotescere possunt sensu, at è mobilium certè viribus, conditionibusque, quibus illas prorsus contrarias esse oportet, indagari poterant; & si quidem sui natura mobilia quæ sunt, ab immoto nullo prorsus, ne moueantur, prohiberi posse uisa sint; utique, quod immobile sui natura est, nullis id à mobilium rerum viribus commoueri posse suspicari poterat. At mobilium quorumuis, ubi in immotum quippiam, quod ipsorum vires exuperat, molemque, incidunt, motum sibi intuito, utique; & mobilia quæ sunt à mobilibus commoueri posse existimandum erat, proindeque è Terræ partium in sublimi projectarum motu, nullus Terræ proprius, naturalisque, indendus erat motus; minus etiam è spontaneo illarum descensu. Id verò manifestissimū, ut fiat, natura, cui huiusmodi motum assignat Aristoteles, & quam igitur Terræ, & aque communè attribuat, oportet, inspicenda est. Quoniam motum quemuis certæ cuiuspiam naturæ propriū esse, & à certa quapiam natura eductū summè Aristoteli placet, quæ entia vnū, eundemque edunt motum, communi quadam natura donata sint, à qua motus, quo communi mouetur, edatur necesse est. Et si ea modo, quæ ab huiusmodi natura constituta sunt, deorsum ferri appareant, vel si Terræ, & aquæ vniuersitates haudquaquam ulterius deorsum ferri, sed immobilitate gaudere appareant, Aristoteli assentiamur; fortè enim si descensus proprius ipsi sit, naturalisque, tamen quia ad medium delata, quò ulterius descendant, non habent, ulterius non descendant: sin verò alia multa, & quæ natura, quæ terræ, & aquæ communis Arist. posita sit, donata videri non possint, æque ac Terra, & aqua promptè ad medium descendere appareant, nequaquam communi Terræ, & aquæ descensus assignandus; sed natura inquirenda est, quæ non Terræ modo, & aquæ, sed ipsi itidem entibus, quæ eodem ferantur motu, communis sit omnibus. Quoniã igitur non aliam, quàm frigus Terræ, & aquæ communem indit Arist. naturam, & siccitas, humiditasque, frigori commixta deorsum, calori verò copulata sursum illi feruntur; liquidò patet calori ascensum, frigori descensum ab Arist. tributum, & necessario fuisse tributum. Nam si leuitati illum, hunc verò grauitati assignat; quoniã è motus diuersitate, cum reliquis sublunarium conditiones, tum vel in primis calorem, frigusque, Cælo demit, & diuersè ab illis oibus substantiæ Cælum constituit; itaque corporum motum non cuius eorū conditioni, sed ei singulorum attribuit naturæ, à qua singula constituta sunt, & à qua quæ singulis insunt conditiones inditæ sunt oēs, quæ omnino corporum substantia, & forma Arist. dicitur; isque Terræ, aquæ, aeris, & ignis huiusmodi inquirens naturas, leuitatem, grauitatemque; reiciendas prorsus decernit, ut quæ, quòd nulla mutuo in se ipsas agendi, mutuoque, à se ipsis patiendi facultate donatæ sunt, constituentes naturæ videri non possint. Quæ igitur si Terræ, & aquæ insunt, non ut propriæ, principesque eorum naturæ, & quæ se ipsas ipsi, propriisque viribus indiderint, sed ab illis & ipse inditæ sunt naturis, à quibus corpora ipsa, propriæque ipsorum conditiones, facultatesque constitutæ sunt omnes, à calore omnino, frigoreque; quorum illū leuitas, hoc verò grauitas consequitur. Nam calidior facta aqua leuior, frigidior verò grauior fit. Quo circa vel si quæ ascendunt, leuia, quæ verò descendunt, graui sunt; non ideo leuitati ascensus, nec descensus grauitati, ut propriis, principibusque causis assignari Aristoteli potest; sed (quod dictū est) ascensum calori, cuius, quæ leuia sunt, aer, & ignis, & leuitas ipsa est opus, descensum verò frigori Aristoteles attribuat, necesse est; quòd corpora, quæ graui sunt, & quæ descensu gaudent, Terram, & aquam constituit, & cum reliquis, quæ ipsi insunt, conditiones, facultatesque, omnes, tum & grauitatē ipsam ipsi indit, & quòd, ut diximus, perpetuò grauitas consequi, ipsum verò à grauitate fieri videtur nunquam

nunquam. Descensum verò frigoris propriū, & frigori assignandū non esse, cum alia multa, tum verò flammæ in nondum bene attenuatis accensæ rebus nos admonent, quibus frigus vllū inesse suspicari non licet, & quæ perfectus, purusque, ignis ut sint, non alia quapiam conditione donanda sunt, sed paululò modo amplius attenuanda; & crassiusculæ dum sunt, promptissimè delabuntur omnes; tenuiores factæ, aliud nullū adert, sursum ascendunt. Itaque, terræ, & aquæ partium descensus non terræ, & aquæ naturæ, frigori, sed ipsarū adscribatur corpulentia, & materia; quæ semper, ubi multa in se ipsam coacta est, quin ubi nō exilissima, & veluti incorporea facta est, quauis à natura detineatur, decidit, delabiturque. Nullam, ut sepius diximus, operandi facultatē materia obtinēs, ubi adeo copiosa facta est, ut ab inexistentibus naturis, nec euehi, nec in sublimi sustineri, contineriue queat, quòd reliquū est, decidit, delabiturque; eoque, celerius, quò magis in se ipsam densata, quò copiosior sit. Quamobrem, vel si delapsus operatio quæpiã videri queat, non terræ is, aquæque naturæ, sed earum corpulentia tribuendus foret: at non operationē, sed operandi impotentia illum esse existimandū prorsus est. Cū enim nec calori, nec frigori assignari possit, itaque, necessario materia assignandus est, haudquaquam, si huius ille operatio esset, longè maxima ipsius portio, quin vniuersa ipsius moles, vel perpetuò, & nunquā cessante circumuolueretur motu, vel perpetuò immobilis in sublimi contineretur; nihil, si iuxta proprium vnquam, at iuxta alienum operetur ingenium. Itaque, & terræ, & aquæ partium descensu nullū illis propriū, naturalemque, motum assignare licet. Tum rectè quidem Aristoteles eandē terræ vniuersæ naturā, & operandi facultatē, quæ illius glebulis inesse videtur, indendā esse decernit; at perpetuā in supræma illas intuetur terræ portione, quæ quàm longissimè abest, ut viribus, conditionibusque, quas ipse terræ indit Aristoteles, donata, & terra uideatur, magno à calore detenta, & mollis, laxa, & quæ assidue cū alia in entia, tum in calidissimos, tenuissimosque, agatur vapores. Sui ipsius, propriarumque, positionū nō obliuio Aristoteli, nequaquam, quòd supræmæ terre partes in sublimi projectæ, nullo ibi immorantur temporis momento, sed statim decidunt, propterea descensus terre naturæ tribuendus erat, sed quoniã ipsa vniuersa perpetuò sese in sublimi continet, illæ autē statim inde delabuntur, terræ naturā penitus ex illis deturbatā, & in aliud ens actas esse intelligendū erat. Ipse, n. immobilitatem terræ attribuit, & immobile oportere esse multis declarat rationibus; & quòd sui natura immobile est, nulla id à vi moueri posse supponit, & ostendit. Ad hæc, nisi terra à propria natura detineatur, quid ipsam in sublimi contineat, non est conspicuū. Non siquidem propterea immobile ibi permanere putemus, quòd locus in quo posita est, proprius ipsi est, naturalisque, & à quo ueluti fouetur, ac libens ibi permaneat; quoniam uerò, ut dictum est, locus non aliud uideri potest, neque est aliud, nisi spatium quoddam nullis propriis affectū qualitibus, cur alia ipsius pars magis, quàm alia terre, reliquorumque, entium naturæ magis congruat, intelligere non licet. Minus etiam ideo nihil di moueri dixerint Peripatetici, quòd locus in quæ descendat, non adest: id enim descensum ei proprium non esse declarat; nam si terræ is naturæ assignatus foret, utique, & locus, in quem perpetuò descendat, in quo iuxta propriā operetur naturā, assignatus itidem foret. Et si bonū ei est immobile permanere, si, si immobilitas tributa ei est, nō ex accidente quodam, & ueluti à loci angustia, sed à propria natura, propriisque, retineri eā oportuit uiribus. Calori cerre, cui mobilitas tributa est, & qui motu gaudere, seruarique, apparet, molè quam subit ita effingendi, parandique, ut secum eam nullo commoueat labore, & secum eam commouendi facultas manifestè tributa cum sit, quin eadē & frigus donatum sit, quin scilicet & ipsum, quia immobilitate gaudet, & à motu quouis è quouis deturbatur ente, propriam molem ita paradi facultatem sortitum sit, ut ubiuis positum sit, secum eam retinere possit, & retineat, nulloque, commoueri sinat motu; quin ueluti Cælum propria à natura Aristoteli etiam commouetur, ita & terra, propria & ipsa à natura in sublimi immobilis perpetuò retineatur, non est, quòd ambigatur.



PER ETIAM, maximeque sibi ipsi contrarius inde terram ad medium deferri astruit Aristoteles, quod natura ibi quiescit, nullo scilicet mouetur motu, sed immobilis perpetuo permanet. Quod enim & rerum naturae, & proprijs ipsius positionibus maxime aduersum est, contrariumque naturae vni mobilitatem, atque immobilitatem, penitus scilicet contrarias operandi operationes attribuit facultate. Non siquidem, nisi entium naturas, & entia ipsa diuersis in locis, diuersis, contrarijsque donati velit operandi facultatibus, negare audeat Aristoteles, quin quod quouis in loco natura immobile permanet, sui natura immobile sit, minus etiam ne quod quopiam in loco natura mouetur, sui natura mobile id sit. Itaque, quod dictum est, terram natura in medio immobilem permanere, & alibi positam natura ad medium deferri statueris Aristoteles, duplicem terrae naturae, & alteri contrariam alteram attribuit facultatem; quin manifeste duplicem terrae indit naturam, entium enim facultates, operationesque, a proprijs singulis insunt, addunturque naturis. Illud verò nulli quidem, at Aristoteli certe omnium minimè placere potest, qui nimirum, ne plures quidem motus simplicium corporum vlli attribui velit, propter ea quod omnino eorum cuius vna modò insit natura, & naturae vni vno modò motus, & vna tantum conueniat operatio. Et vt motus Aristoteli non vna, eademque omnes videri potuerint operatio, non certè, vt dictum est, eque, atque mobilitas, immobilitasque, à se ipsis differentes, sibi que, ipsi contrarij videri potuerit; & qui (vt dictum est) terram igni contrariam non iuxta contrarios motus, sed iuxta mobilitatem, immobilitatemque, esse statuit. Ens omnino, quod sui natura mobile est, vbicumque ponatur, motus ibi datur, & quod immobile est, nullo vquam commouetur motu, sed immobile vbique permanet, vtrumque, scilicet, vbique fiat, iuxta propriam operetur naturam necesse est; & ita quoduis operari videtur. Itaque, caelum, caeloque cognata entia, vbique ea fiant, moueri, terra autem perpetuo immobilis permanere, & nullum prorsus simplex quod sit ens immobile modò esse, modò moueri apparet. Nam animalia (vt suo amplius declarabitur loco) non vni, idèque, vniuersa sunt, sed duplici ex ente, è corporea, scilicet mole, & è spirititu nervoso generi inexistente composita sunt. Et illa, quia corpulentior est, quam vt à propria ipsius natura euehi queat, nullos ipsa addit motus, sed quibus moueri apparet, ab inexistente spiritu commouetur illis omnibus. Is porro bene quidem sui natura mobilis, & qui nisi corporea ei moles vectanda foret, nunquam à motu cessaret, & alieno à pondere oppressus, defatigatusque, & è calescente corpore elapsus, itaque & imminutus, diu illud vectare non potest; sed tantisper dum reficiatur veluti onus deponit, nulloque id commouet motu; itaque animal vniuersum veluti per vices modò mobile, modò immobile fieri videtur; at spiritum, qui natura mobilis est, nunquam penitus immobilem fieri thoracis, arteriarumque declaratur motus. Et ferrum, aliaque huiusmodi, quae sui natura immobilia apparent, mouentur interdum, quod non sui natura, sed veluti ex accidente quodam immobilia sunt, à natura scilicet, cui mobilitas tributa est, à calore, scilicet, constituta sunt. Is vero, quod non ita dum tenuia illa, leuiaque, fecit, vniuersa vt sustinere, euehereque possit, nullo vniuersa commouet motu; quam tamen ipsorum portionem in eam egit tenuitatem, in qua elabi, & quam euehere queat, assidue eam effert, secumque commouet. Et vel molem vniuersam attollit interdum, quod ab entis natura contactus, à qua vel uoluptate summa, uel summa afficitur molestia, à qua foueri oino se, seruarique, uel offendi, corrumpique sentiat, proximius illam contingendi, uel longius ab illa abeundi appetitu accenditur, & ueluti excitur; itaque (ut exillimare licet) colligit sese, & robustior propterea factus, molem, cuius oneri impar erat, subleuandi, secumque quolibet uehendi potens fit, id quod nobis etiam passim usu euenit: passim enim ad quas adendas operationes

rationes nostrae uires sufficere non uidentur, itaque nihil eas agredimur, si bonum ea quippiam, quod uehemèntissime appetamus, polliceantur, uel in gens quippiam malum, & quod maxime exhorreamus, amolitura appareant; ad eas operandas promptissime accingimur, sufficimusque, spiritu scilicet ab appetitu utroque inflammato, & propterea robustiore facto. Quoniam igitur naturae uni mobilitas, atque immobilitas tribui non potest; non rectè Aristoteles, terram natura ad medium deferri declarat, quod ibi natura immobilis permanet.

PRAETEREA ET QVAE E DESCENDENTIS TERRAE
magnitudine, & de descensus concitatione. Cap. IX.



PER ETIAM, propterea terrae naturae descensum tribuendum esse Aristoteles decernit, quod quò maior ea est, eò descendit uelocius, & quod eius pars quouis descensum assidue concitat. Siquidem non terre modò partes, sed entia, quae descendunt omnia, uel quae longe diuersissima, & contraria prorsus terrae natura donata sunt, eodem utrumque operantur modò, quò scilicet maiora sunt, eò descendunt uelocius, assidueque descensum concitant. Tum perpetam prorsus inde terrae deorsum ferri astruit, quod secus, ac eorum, quae ui mouentur, quorum omnium motus assidue languescit, terrae descensus assidue concitatur. Cum enim (ut alibi amplius expositum est, & caeli nos motus, terraeque stabilitas docet) propria entium operatio nihil ipsorum uires immutet, sed maxime eas in proprio robore conseruet, non quae difformi, uel si uelociore assidue, sed quae perpetuo uno, eodemque mouentur motu, natura moueri statuendum est. At age assidue terrae descensus concitationis causas nos edocentes Peripateticos audiamus; forte enim eas explicantes, terrae cum naturae attribuendum esse declarent,

CAUSAE, QVIBVS TERRAE DESCENSUS CONCITATIONEM
Peripatetici attribuunt, & earum nulli attribui posse. Cap. X.



PROPTEREA (Peripateticorum nonnulli inquit) qui è sublimi decidit lapis, assidue descensum concitat, quod quò proximior terra sit, eò ipsius grauitas, quae contrarijs ab aeris uiribus reiecta, imminutaque fuerat, à similibus, cognatisque, proprium assumit robur. Absurda sanè ratio, & quam hominum nulli, ac Peripateticis omnium minimè asserre liceat. Siquidem imaginari nulli prorsus licet, lapidem in sublime proiectum, & nullo ibi immoratum tempore momento, à languidissimis aeris uiribus propria natura, propriaque, exui grauitate, itaque leuiorem fieri, tum nullo itidem temporis momento à cognata terra grauitatem illi indi; at Peripateticis omnium minimè, ut dictum est, leuitatem, grauitatemque, nulla agendi uires, & se ipsas proprijs è sedibus effundendi, & in alienis constituendi facultate donatas, sed illam quidem caloris, hanc uero frigoris opus esse ab Aristoteli edocētis. Et non propterea omnino descendens lapidis motum assidue concitati, quod, quae procul à terra elato, uires dempte fuerant, proximiori terrae tacto restituitur, inde liquidò patet, quod si id fiat, ubi exiguum quid attollitur lapis, nihil itaque leuior sit, spatium quo à terra abest, nihilo pigrius, quin uelocius Peripateticis concitatur, quam si è sublimiore decidat loco, secus prorsus atque euenire uidetur; quò enim minore à terra sublatus est spatium, eò languidiore delabitur motu, & eò inidè uehementiore, quò ex editiore descendat loco; ut manifestè descendendi uires non à terrae uicinitate, nec à re alia ulla, sed à descensus diuturnitate augeri uideatur. Eodemque etiam

etiam modo ratio damnari potest, quæ ob id lapidem terræ propiorē factum velocius delabi ponit, quia minor subest, findendusque est aer. Quandoquidem idem subest, idemq. findendus est ex humiliore cadenti loco, & ex editiore, multoq. huic, ut videtur, findi inceptior. Etenim cū lapidis magni præsertim delapsus aeris cessione, & quasi fugam præueniat, atq. anteuertat, in angustius agatur suppositus aer, atque in se ipsum conspissetur oportet, qui diuidi magis repugnet, motumq. descendētis lapidis impediat quid, & retardet: at verò ex editiore is delabens, extremum, & terræ contiguū ipsatium longè celerrimo, ex humili autem longè languidissimo istud idem conficere, videtur, motu. Absurda itidem ratio, quæ lapidis delapsum continenter magis concitari probat, quòd continenter à maiore aeris copia propellitur, atque deiecitur. Rem ita explicat. Quæ ab aliena mouetur vi, ab aere ea Aristoteli moueri videtur, qui inane exhorrens eò, unde lapis proiectus est, statim, eoq. conuolat impetu, ut illum non sustineat modò, sed longius etiam propellat, proiciatque: cumq. exiguus primū propellat aer, languido primū cietur motu; at verò, quòd assidue copiosior illū abigit aer, assidue illius concitatur motus: nam aer, per quem fertur, vniversus inane & ipse reformidans, eò vndiq. conuolat, vnde lapis proiectus est: nec qui semel conuolauit, dum propellendi locus adest, propellere cum cessat vnquam: quò igitur longius iter conficit, eò velociore deferatur motu oportet, à maiore assidue propulsus aeris copia. Verū hæc ratio infirmo satis innititur fundamento: etenim quæ vi proijciuntur, nequaquam ab impellente aere, ut Aristoteli placet, sed ab impressa feruntur vi. Idque grauium alcesus, & motus præterea, qui à repercussu fit, dilucide indicat; nam, si à propellente aere ille fiat, nunquam languescat, aut cesset vnquam, sed veluti & descensus, semper magis concitetur, à copiosiore semper propulsus aere, & eò vsq. duret, quoad aer, aut alia, quæ propellat res, adsit. Si siquidem per exiguum adhuc aer iursum agere satis Aristoteli est, copiosior iam factus, multò id ipsum agat vehementius. Si verò, ut ratio aabile est, ab impressa vi, & ab indito feratur motu, eò assidue languidius feretur, quò à propellente magis remouebitur; eò enim magis vis, motusq. inditus languescit. Tum res nulla prorsus quauis celeritate, & impetu quouis, si renitēs, immotūq. in quoduis agatur, resiliat ab eo quicquam, sed statim decidat; neq. enim huius, illiusq. in medio, qui propellat aer adsit ullus. Resiliunt verò omnes, quòd impressus motus robustior ad huc est, quam ut sustineat. Ita q. quoniam progrediendi nullus datus locus, veluti retro agatur opus est. Quas ob res, quando terræ descensum terræ naturæ acceptum referentes Peripatetici, cur assidue acceleretur, nullam, ut arbitramur, cui acquiescamus causam inuenisse uisi sunt; nos materię copię, & ipsi in vniversum materię illum tribuentes, quantum in nobis erit, propositū perscrutemur. Digna quippe res est, quæ diligentiã quauis, & quouis inquiratur labore.

ENTIVM DESCENSVM AB IPSORVM MATERIA
concitari. Cap. XI.



ENTIVM entium nullum, at paulò corpulentiora quæ sunt, vel si natura donata sint, quæ quam longissimè à terræ natura distideat, & contraria etiam ei sit, promptissimè decidunt, & delabuntur omnia, eòq. velocius, quòd copiosiore, magisque in se ipsam compacta cōstent è materia; & quæ descendunt, descensum assidue concitant. Hæc autem descensus acceleratio, non quidem materię naturæ, nam quæ natura mouentur eadem perpetuò mouentur velocitate, at rei certè tribuentis est, quæ vel perpetuò materię in sit, vel quam descensus quiuis ei in dat, & appetitui omnino cuiuspiã. Nam quæ alia materię res, vel natura inesse, vel indi à descensu queat, à qua is assidue concitetur, non assequimur. Et entium vires summo opere ab appetitu augentur

augentur, & intenduntur, quin ex ipsorū multis induntur, quæ, si quidē in sunt, quòd nihil ab appetitu excitæ veluti stertunt, inesse haud videtur. Itaque penitus immobilia quæ apparent, boni cuiuspiã contingendi, malue declinandi appetitu incensa velocissimo ad illud feruntur, & ab hoc aufugiunt motu. Quod porrò bonum appetens, seclanque, & quod malum odio habens, declinanque, descensum materia concitat, ut in notescat, ipsius ingenium, & vsus omnino in què à Deo creata est, munusque, quod ei demandatum est, intuendum est: neque enim frustra, nullumque in Mundi bonum creatam eam fuisse, proindeque & nullum demandatum ei fuisse munus existimandū. Minus etiam vsus, in qucm creata est, non præstans, munusque, quod ei demandatū est, non obiens, oblectetur, perficiaturque, & bonum, quod ei conuenit, consequatur. Siquidem quæ entibus, eorumque naturis, à quibus constituta sunt, agendi, operandiq. facultates attributæ sunt, propterea attributæ sunt omnes, ut iuxta eas agētia, operantiaq. conferuent se se, oblectentq. & perficiantur etiā; in proprium tandem singulis attributæ sunt bonum, & in aliorum etiam quibusdam. Quare si quæ in vsum materia creata sit, & quod ei demandatum sit munus, notum fiet, quod bonum consequendū, malumve declinādum appetens descensum concitet, fortasse intelligemus.

ENTIVM DESCENSVM A MATERIA DELAPSVM
pauca concitari. Cap. XII.



QVONIAM nulla prorsus materię portio spectatur vsquam, cui aliorum agentium naturarum indere non liceat, quin cui carū altera necessariò indenda non sit; nec vsquam alterius actio sentitur vlla, quæ carum alteri nulli inherenti materię attribueri liceat; nec materię portio vlla, cui nulla in sit natura agens, nec vlla agens natura, quæ per se existat, nulliq. inheret materię, spectatur vsquam; sed entia prorsus omnia, & queuis ipsorum partes, & puncta etiam queuis è materia, corporea scilicet è mole, & à natura agente penitus sibi ipsis commixtis, & veluti vnum factis cōposita sunt; & ens nullum actionem, operationemue edere apparet vllā, quæ alterius agentium naturarum propria non sit; patet materiam nulla prorsus agendi, operandiue facultate donatam; nec propterea à Deo creatam fuisse, ut ageret, operareturque ipsa quid, sed ut agentes, operanteq. naturas in se ipsa susciperet, & veluti unum ijs facta ab ipsis ad proprias ipsorum actiones, operationesque ageretur. Itaq. earum nullę vnus naturæ agentis, nec eam cōtinentis materię, sed omnes utriusq. ueluti communes sint. Huiusmodi in usum materia producta cum sit, huiusmodiq. demandatum ei munus cum sit; & ut dictum est, quæ agendi, operandiq. facultates entibus, eorumq. naturis indite, & munera demandata sunt, propterea illę indite, & demandata hæc sunt, ut iuxta illas agentes, operanteq., & hæc obeuntes, se ipsas, & quæ ab ipsis cōstitutæ sunt entia, conferuent, oblectentq., & quam perfectionem, quodque bonum consequi possunt, consequantur; liquido utiq. patet, materiam agentes, operanteq. naturas suscipientem, & cum ijs earum operationes operantem oblectari, perficique; ut si quampiam seorsum ab ijs operari ipsa cogatur, molestam eam ipsi esse, odiosamq.; & qua se ut exoluat, operationem, qua finis ei imponi posse appareat, vel si ipsius naturæ propria non sit, operari nihil pigrescat. Ut si descensus huiusmodi sit, inuentus utiq. appetitus sit, qui materiam ad descensum concitandum impellat. Neque enim aliud operans, sed illum modò concitans, citò finem illi imponere queat, nec aliud omnino operari materia potest. Tum, ut alibi amplius expositū est, quæ molestę sunt operationes, & obeunde sunt (quod homines faciunt) entia itidem reliqua accelerare eas conijciendum est. Materię cū naturæ suscipiendę sint, quarum altera immobilis prorsus sit, altera mobilis quidem, & quæ reliquis motibus oibus, at non certè & descensum itidem

itidem oblectetur, quin quæ ibi tantum descendat, vbi copiose, & in se ipsam densa-
ta inest materiæ, & cuius oneri impar sit, tandiuq; modò, quoad adeo tenuem, leuèq;
faciat, vt euehere eam queat, & tali facta statim ascendat. Huiusmodi inquam susci-
piendæ, huiusmodiq; cum naturis operandum etiam materiæ cum sit, nequaquã ope-
randi facultas indenda ei fuit, quæ in existentium naturarum operationes impediât,
retardetue, nec indita quidem est. Nunquã. n. sponte sua, nullaq; coacta necessitate,
sed tunc modò descendit, vbi nulli firmæ, stabiliq; rei inherere potest; & patitur potius,
quàm operatur. Itaq; descensus, quod nec à materiæ, nec ab inexistentiæ naturæ edi-
tur viribus, molestus materiæ, odiosusq; est: & passio, vt dictum est, quam meritò accel-
ret, videri potest. At vnde digressi sumus redeamus; & num reliqua, quæ Aristoteli as-
sumpta sunt, rectè assumpta sint, consideremus; num scilicet motus non, cuiusmodi
nobis visi sunt, vna, eademque, & naturæ vnius operatio, proindeq; & sibi ipsis quã-
simillimi, quin vni, iisdèq; sint omnes; an, cuiusmodi Aristoteli positi sunt, à proprijs sin-
gulis, & quæ à seipsis diuersæ, & contrariæ etiã sibi ipsis sint, edatur naturis; itaq; ipsi etiã
motus à seipsis diuersi, & sibi ipsis contrarij etiam sint; insuper an quod mobile est en-
nequaquam pluribus, sed vno tantum secundum naturã moueri queat motu, ac pro-
pterea is tantum igni attribuendus sit, quo sursum ad proprium locum, ad propriãq;
Aristoteli fertur vniuersitatem; is verò, quo cum cælo circumuolui Aristoteli videtur,
non ipsius naturæ, sed cæli opus sit secum illum trahentis.

MOTVS A SEIPSIS DIVERSOS, ET SIBI IPSIS CONTRARIOS MALE
Arist. visos esse. Et ab vna omnes, eademque edi natura, & vna omnes, eandemque
esse operationem. Cap. XIII.

MOTVS, qui sursum, ei, qui deorsum opponi, & vtrumq; à circulari di-
uersum, & à contrarijs illos, hunc verò à diuersa edi natura suppones
Aristoteles, rem supponit, quæ non supponenda, sed apertissimè de-
claranda erat. Vnum enim modò calorem motus, & æque eum cum
faciant omnes, &, vt alibi expositum est, nihil à seipsis loca cum dif-
ferant, quæ inter motus diuersitas, contrarietasue sit, non video. Tū
duplicem naturam esse decernens, & mobilem alteram, alteram immobilem, ac ab al-
tera molem, quam subit, mobilem fieri, ab altera verò moli, cui sese indit, immobilita-
tem indi, & mobilia quæ sunt corpora, aerem, atque ignem ex illa, ex hac contra immo-
bilia, terrã, atque aquam constitui, manifestè motus omnes vni, eidemque attribuit
naturæ; proindeque sibi ipsis similes, cognatosque, quin unos sibi ipsis, eosdemq; esse
ponit omnes. Aerem præterea, atque ignem, cælumq; ipsum, & quæ alia ijs similia, co-
gnataque sunt, calida tandem, tenuiaque entia quæuis, & ipsum imprimis spiritū ani-
malium corporibus in existentem assidue agitari inuenti Aristoteli, entium verò reli-
quorum nullum prorsus motum edere ullum unquam, sed perpetuò immobilia torpe-
re omnia, calori non quidem moli cuiuis, sed ei tantum indito, quæ in summam acta
sit tenuitatem, & quam secum euehere queat, motus attribuendi omnes, &, vt dictum
est, sibi ipsis vni, iisdemque ponendi erant omnes.

PERPERAM ARIST. IGNIS, TERRAEQ; NATURAS, IN ILLIVS ILLAM
ad propriam vniuersitatem ascensu, hanc in huius ad suam descensu inquisitas. Cap. XIII.

NEVSAVDVS videtur Aristoteles, qui ignis, terræque naturas non in per-
petuis, & nunquam cessantibus ignis vniuersi, vniuersæque terræ operatio-
nibus, in ignis cælo supposito circumuolutione, & in terræ vniuersæ in subli-
mā suspensione, sed in momentaneo illam inspiciat ignis particula alieno in loco, in-
terq;

terq; contraria geniti entia, propriam ad locum, propriamq; ad vniuersitatem ascen-
su, & hanc in momentaneo terræ partium à propria vniuersitate abstractarū, & in su-
blime proiectarum ad eam descensu. Ignis etenim ascensus non magis in ipsius natu-
ram, quàm appetitum, quo cognata entia contingendi, seseq; ijs immiscendi, & pro-
priam perfectionem consequendi tenetur, referendus est. Siquidem vt perficiatur, sibi
ad locum Arist. efferatur oportet. Terræ verò partium descensus iure non terræ natu-
ræ, sed ipsius grauitati, materiæ scilicet, & qua constat, copię attributus est. Nam pau-
lò grauiora quæ sunt entia, vel quæ natura donata sunt, quæ terræ naturæ penitus cõ-
traria sit, delabuntur omnia. At circularis ignis cælo suppositi motus, quia eo vniuersus
ipse suo in loco, & inter cognata entia nihil appetens, nihil declinans, perpetuò, in-
cessanterq; mouetur, proprius, naturalisq; sit necesse est. Perpetua itidem terræ in subli-
mi mansio necessariò ab ipsius natura dependet; nisi enim ab ea, ab inexistente omni-
nò frigore motus omnes exhorrescente retineatur, & veluti coerceatur, qui sese in su-
blimi sustineat, nullamq; vnquam inclinet in partem, intelligi non potest. Nec verò
ignis naturam non in ignis circumuolutione inspiciendam fuisse Peripatetici asserat;
quod non à propria is natura, & à seipso, sed à superposito circumuoluitur cælo. Id. n.
ponentem Arist. difficultates excipiunt, quas nunquam exuperet. Ignis scilicet ele-
mentum, quod mobili à natura constitutum, & quod necessariò constitutum fuisse
ipse decernit (quia terra constituta frigida, immobilis, ignis itidem, calidū, mo-
bileque constitutum fuit ens) veluti sui ipsius oblitus, immobile id proprio in lo-
co, in quo præcipuè propria operatio operanda ei erat, facit, & alienam attribuit, à
qua breui Arist. corrumpatur. Si, inquit, quæ circulariter circulari ratione feruntur, ^{1. de cæl.}
præter naturam ferantur, mirabile, & omnino irrationabile, continuum hunc solum ^{ter. 15.}
esse motum, præter naturam cum sit: videntur enim in alijs citissime corrumpi quæ præ-
ter naturam sunt. Nec verò motum hunc, propterea quod à longe nobiliore, longèq;
diuiniore ente communicatur, igni non præter naturam, sed veluti supra naturam esse
contendant, itaq; nec cessare ab illo vnquam, nec vnquam ab illo ignem corrumpi di-
xerint Peripatetici. Manifestè enim circularis motus igni, vel si cælum ex eo cõstet,
præter naturam esse asserit Arist. Si quod circumfertur, vt aliqui dicunt, ipse inquit, nō ^{Ibidem}
minus ipsi motus hic præter naturam erit, quàm qui deorsum: ignis enim motum eum
videmus esse, qui à medio secundum rectum. Et quantumuis à diuiniore ente, & ipso
à cælo ignis circulari moueatur motu, si præter naturam eo cieatur, corrumpetur Ari-
stoteli tamen: non enim ignem secum trahens cælum, bonum quippiam ei indit, quod
quidem malum ab aliena ei inditum operatione amoliatur. Modū præterea, quo ignis
à cælo trahatur, nunquam, reor, Arist. finget, nedum explicabit, explicandum om-
nino. Nam præterquam quod (vt Peripateticorum optimis videtur) nullis cælum tacti-
libus præditum Aristoteli qualitatibus, neq; ab igne contingi, neq; ipsum ignem con-
tingere, proindeq; nec moueri queat; quantumuis etiam contingat (quoniã verè cir-
culares, & summè æquabiles, quæ sibi ipsis cõtigue sunt cæli, ignisq; superficies, sunt,
& circulo fertur cælum, quod dum circumuoluitur nulla sui parte igni immersum, ni-
hil eum secum trahat, nihilq; vsquam deprimēs, nihil impellet vsquam) modum, quo
illum non sponte præsertim sequentem, sed immobilitate Aristoteli gaudentem, itaq;
repugnantem quid, secum rapiat, non sensu modò non percipimus, sed ne cogitatio-
ne quidem assequimur vlla. Itaq; ignis conuersio ipsius naturæ necessariò attribuenda
est. Et vnus igni, si dandus est motus, circularis est dandus; quo vniuersus ipse proprio
in loco, cognataq; inter entia, nihil sectans, nihilq; declinans, perenni, vniiformique
mouetur. Non talis est ei rectus, quo eę eius partes, quæ sensum latent, alieno genite in
loco, nec propriam dum Aristoteli natæ formam, perfectionemque, ad proprium lo-
cum, propriam vniuersitatem, ad propriam tandem Aristoteli efferuntur formas, &
perfectionem.

SI IGNIS, TERRAEQ. NATVRAE, IN QVIBVS EARVM OPERATIO-
nibus inspiciendy erant, inspecta Arist. fuissent, terram penitus caeli contraria, ignis
quam simillimus visus esse. Cap. XV.

HAECAE, Igaisq; calo suppositi, & terrae operationibus, caeli, ignisq;
& terrae naturae colligendae erant, non in terrae glebulis à proprio loco,
propriaq; abstractis vniuersitate, & alienum ad locum, alienaq; proie-
ctis ad entia, neq; in ignis particulis alieno in loco, contrariaq; geni-
tis inter entia. Sed, quod in caelo factum est, propriae terrae, ignisque
operationes in terra vniuersa, vniuersoq; in igne, in proprioq; exi-
stentibus loco spectandae erant. Nam, etsi eadem, & terrae glebulae, & ignis quantuliuis,
quae terrae vniuersae, vniuersiq; ignis vis est, atq; operatio; non idem tamen, vel glebae
eiusdem, eiusdemq; ignis proprio in loco, & inter cognata entia, ac alieno in loco, in-
terq; aliena entia existentium appetitus, necessitasue est; iuxta quae perspicue, vel con-
tra propriam naturam operantur interdum entia. In ijs certe sublunarium entia ope-
rationibus, in quibus ipsorum naturae inspiciendae Aristoteli erant, inspecta si forent,
eorum nullum naturae caeli naturae diuersa donatum conclusisset. Sed terram contra-
riam nullo vnquam commotam motu statuisset. Ignis vero quam simillimus, & idem
proptus motu perpetuo cum caelo circumuolui conspectus, & aer, atque aquae omnes
caelo similes, cognataeque visae essent. Perblado ille enim, at assiduo agitur Aristoteli
motu, & corrumpitur inclusus, motuq; prohibitus. Et haec itidem motu seruantur, cor-
rumpuntur immobiles factae. Itaq; ratio è caeli circumuolutionis, ad sublunarium cor-
porum motus collatione sumpta, infirma proptus, & quae Aristotelem nimis sibi ipsi
placentem, nimisq; etiam proprio ingenio confidentem ostendit. Neque enim nisi ra-
tionibus nullo è sensu, sed ex ipsius ingenio depromptis, magis quam proprio sensui
homines fidem habituros condat, terrae motum attribuat vllum; minus etiam cum
reliquis diuinis corporibus, tum Soli ipsi calorem, lucemq; abneget. Ferèda tamen est,
quae scilicet nihil Deum Mundum construendum inculcat. At non certe, quae è caeli ma-
gnitudinis excessu, quo sublunaria corpora exuperat, sumpta est; quae nimirum (quod
alibi dictum est) Aristotelem veluti Dei sapientiae aemulatorem, & Mundum suo arbi-
tratu componentem declarat. Id enim agit, non qua donata sunt, sed qua donanda es-
se propria ei ratio dictauit, corporibus magnitudinem attribuens.

PERPERAM ARISTOTELES E CAELI EXCESSV, QVO RELIQUA
corpora exuperat, non igneum id, stellaeq; astruit. Cap. XVI.

T. Mett.
cap. 3.

SI, inquit, igneum sit caelum, cum tanta mole reliqua exuperet, corru-
pat utique, & in ignem reliqua agar omnia. Id vero ne eueniat, non
alia vlla, sed ea ratione se se corpora excedant necesse est, qua in se se
mutuo inuerti videntur; qua ratione, quae è terra quapiam sit aqua,
terram, è qua facta est, excedit, ea ab aqua vniuersa vniuersam exce-
dit terram. Ita enim aequalem materiam, proindeq; & aequales sortita
sint vires; calorem frigus non exuperet, nec contra. Concinna sanè ratio, at quae ne-
quaquam, quod maxime oportebat, à rebus ipsis, ab earumq; sensu, sed à proprijs pé-
deat Aristotelis principijs; quae non falsa sit modò, sed nimis etiam sibi ipsi confidente
illum patefaciat. Non quantum propriae positiones mare (id enim, vt iustus alibi egi-
mus, a quae elementum Arist. ponitur) suadent, sed quantum sensus esse ostendit, po-
nendum erat, non multò terra maius, sed immenso quodam ea minus. Nam nullà pro-
pmodum magnitudinem terrae vastitati comparatum habere, eius vniuersi breuitas
omnibus quidem ostendit, at Arist. propriae etiam positiones declarare poterant. Quo-
niam enim idem terrae, & aquae centrum esse statuit; minimeq; terram vniuersam ambit
mare, necessario terra minus sit oportet. Ad haec calidum id percipiens, minimeque
propte-

propterea immutatam quid Terram intuitus, si Mundi constructionem, corporumq;
in eo contentorum naturam, magnitudinemq; perspicere, non illum suo arbitratu et-
tingere propositum homini fuisset, manifestissime videre poterat, non ea illa constru-
ctum esse ratione, qua costrui oportere propria ipsi ratio dictarat. Sanè si calori, frigo-
riq; ea assignanda sit magnitudo, quam nostra nobis ratio assignandam statuit, longè
certè calori, quam frigori assignanda sit maior. Praestantior enim, diuinioreq; quae est
natura, eam longè maiorem esse, maioraq; quae ab ea constituuntur, entia ignobiliore
contra naturam longè minorem esse, longèq; ab ea minora constitui oportet entia, &
tanta fortè modò, quanta ad praestantium saturis sunt conseruationem. Nec verèdum
est quicquam, ne tanta mole exuperans calor, frigus è materia omni deturbet, eamq;
omnem ipse occupet. Potuit enim (quae facta esse videntur, & indicat sensus) maxima
illius portio summæ indi tenuitati, & summè exilis, ac summè fieri languida; quae terrae
frigus, vel mole summopere excedens, at valde id in se ipsum collectum, vnitumque,
proptereaque robustissimum factum, nihil viribus exuperet, quin ab eo exuperetur.
Portio reliqua, à qua terrae frigus exuperandum, & terra ipsa in entia, quae ex ea fiunt, in-
uertèda erat, tenui quoq; sed còpactiori potuit impartiri subiecto, in quo tñ plurima
illa, & copiosa, vt dictu est, vigeret, at nequaquam vni, continuoque, & quod terrae vndiq;
sphaerae Zonaeq; ritu ambiret. Nà, si vniuersa assidue immutaretur, corrumpetur tandem
vniuersa. Sed vnum quidem precipue hoc summo, ac copioso repleri calore; quod terrae
magnitudine, ac viribus quam longè excederet, exuperaretq;, quodq; longè
ab ea amotum, assiduoque, & longè rapidissimo, beneq; vario delatum motu, vniuer-
sam tandem eius superficiem calefaceret, nullamq; eius partem penitus destrueret vn-
quam, atq; singulis se se reficiendi tempus praeberet. Tum alijs innumerabilibus prope
modò, at longè illo minoribus, longiusq; eo à terra, vel propius positis plurimum etià
indi calidum: quae recedente illo, terrae vires, si non proptus reijceret, at imminuerent
certè, & ne ab ijs, quae ab illo constituta sunt, destruerentur, obstarent. Quas vires vel
longè magnitudine, ac robore à caeli calore exuperatum terrae frigus, semperque
ab illo oppugnatum, nusquam tamè ex ea deturbatur, interimiturue, sed perpetuo ser-
uatur. Nulla igitur Aristotelis ratio orbis, stellaeq; ab igne diuersas esse probat.

SIGNA, QVAE ORBES, SOLEMQUE IGNEVM NON ESSE PER-
suaferunt, orbis ea, Solemque igneum esse manifestant. Cap. XVII.

M

IS V, etiam signorum vllum, id ostendit, quin Solem, orbisque, &
stellas igneas esse illorum vtrumq; manifestat, & Aristoteli in primis
manifestare potuit. Quoniam autem paulò crassiores qui sunt vapo-
res, superiorem ad aerem sublatis ab eiusq; vel calore, vel motu accessi
stellarum Aristoteli speciem praebent, igneae utiq; ponendae erant stel-
lae, praeterea & quod caelo subiacet corpus, caelo simile, cognatūq; esse.
Nà et si (quod longè maximè supremi caeli portioni euenisse etiam apparet) nusquam
id sibi ipsi collectum, & in se ipsum conglobatum, nusquam propriam speciem valen-
ter manifestat, itaque nihil lucet vsquam, nullaeque in eo permanentes spectantur stel-
lae, quoniam tñ qui ad ipsum efferuntur vapores, non vt ad dissimile, còtrariumue, sed
vt ad simile, cognatumque efferuntur ens; & exiguum quid calidiores, tenuioresque
facti, in ipsum Aristoteli etiam aguntur; & huiusmodi dum fiunt, stellarum speciem
assumunt; at facti nihil amplius lucent, quin penitus, cuiusmodi ens, in quod acti sunt,
& reliquum est caelum, inuisiles fiunt. propterea quod aequè illorum vtriusque tenues
facti sunt, dubitare non licet, quin quod caelo suppositum est ens, si vsquā in se ipsum
conglobetur, caeli ritu luceat ibi, stellaeque speciem referat. Nullè porò caelo in ipso,
F & supra

& supra Lunam huiusmodi si sunt stellæ, nequaquam ideo id euenire existimandū est, quod nullus ibi sit calor, à quo vapores accendi queant; sed quod crassities nulla, quæ accensa lucere queat, eòsq; effertur. Nam si ad Cælum ascendat vlla, si non ab eius calore, à motu certè accendatur. Alterum adhuc signum à Solis colore sumptum, omnibus quidem, sed Aristoteli certè in primis igneum esse solem manifestare potuit; cui mirum non perpetuò candidus Sol, ignis verò puniceus, flauusue, diuersus scilicet solis, ignisq; videtur color; sed vel ipsdem in commentarijs Iridis colores nos edocenti idem prout visus est color vtriusque. Nempe ignis, sicuti & sol, propria natura albus; at puniceus vterque, & flauus sit, per vapores hic, per fumum ille, vel in fumo conspectus. Quapropter presentes tantum positiones vbiq; respicit Aristoteles; casq; modo ne dimittat, nihil alibi positas amoliri, sensum etiam ipsum dimittere nihil veretur.

CAELVM IGNEVM ESSE NON SENSVS MODO, SED PROPRIÆ
etiam positiones Aristoteli demonstrare poterant. Cap. XVIII.



QUONIAM igitur rationes, quæ, quin Cælum vniuersum igneū poni possit, ob stare poterant, vanæ omnes, atq; inanes monstratæ sunt; & Solis, cæli nimirū portionis in se ipsam collectæ, natura, species, atq; operatio, calor, lux, & motus, æquè ignis, ac solis sunt; necessariò igneum ponendum est cælum. Rationes enim, quæ igneū id declarent, nihil minus quis inquirat, quàm si quos sensu ignes esse percipimus, ignes eos esse ratione asserui vellet. At eas tñ, quæ Aristoteli in primis manifestare id poterant, intueri ne grauemur; ut cælo calorem abnegans, non sensu modo, sed propriarum etiam positionum obliuiscens appareat. Iam non alia modo entia quæuis commota, agitataq; calorè assumere, ignisq;, sed primorum corporū calida quæ sunt, à motu, frigida verò ad immobilitate facta esse Aristoteli visum est: ideo longè velocissimo, & nunquam cessante delatum motu cælum, calorem assumere, & calidum fieri, quin iam diu factum esse existimandum fuit; eoq; etiam promptius, quòd circulari, continuo nimirum, nihilq; remisso vnquam, quo quæ commouentur promptissime omnia calefiunt, & accenduntur, mouetur. Quin magis, propria natura summè calidum esse colligendum erat: siquidem frigori grauitatem, ac immobilitatè, calori leuitatem attribuit, & mobilitatè, & nihil magis calor à motu, quàm motus à calore fieri videtur. Adhæc magis id asserendum erat, siquidem, quæ aliena à vi commota, per se mobilia sunt tandem, non prius talia sunt, quàm calore summo, summaq; ab eo donentur tenuitate. At quæ summus corripit, penitusq; exuperat calor, in flammaq; agit, vel si nullo interea agitentur motu, mobilia tamen sunt omnia. Est itaq; motus propria caloris operatio, quæ non alia à natura, sed vno à calore editur; & quæ non quidem, quod Aristoteli facere videtur, nouè entibus, quæ eam adunt, indit calorem; qui, n. operatio, & res omnino quæ per se non existit, ac ne existit quidem, sed dum fit perit, substantiam, à qua editur, generet? Verum præinexistentem fouet, & veluti excitat; accenditque. Quare quæ paulò vehementius commouentur, magis assidue incalescunt, & accenduntur tandem. Est igitur quod valde miremur, cælum perenni, celerimaq; conuersione conuersum calidum Aristoteli visum nò fuisse. Præterea ipsemet Aristoteles asserit, in omni serie ad primum vnum deuenire oportere, quod cum tale sui natura sit, cur cætera, quæ in eadem serie continentur, talia euadant, causa sit. Idcirco in calidorum serie ad vnacū primum est deueniendum, quod sui natura calidum cum sit, cur cætera calida sint, calefactiō, obtineant facultatem, causa sit. Id verò, quandoquidem neq; ignis, neq; aer Aristoteli poni potest; cui eorum neuter summè propria natura calidus, sed vterque à cæli, solisque motu circumactus, contritusque accenditur, & ignitur. Cælum necessario ponendum est. Neq; enim corporū vlli calorem attribuat Aristoteles, sed veluti ex accidente fieri illum dixerit. Quid, n. absurdius, quàm rem omnium nobilissimam,

Meta
p. 17
cc. 4

lissimam, & quæ entibus inexistit omnibus, quin à qua entia constituuntur oia, quæq; si non natura ipsa, omnium certè naturalissima est, corporum nulli inherere, & corporis nullius propriam esse, sed ex accidente fieri arbitrari? Quin, veluti & circulatio celo assignata Aristoteli est: quia nobilissimus motus nobilissimo corpori cōuenit, sic itidem & calor cælo assignandus; quòd nobilissimo corpori nobilissima assignanda est qualitas. Eoq; etiam magis, quòd non qualitates modo, sed quæ calor maximè proprie sunt, & quæ manifestè à calore exuperante fiunt, eumq; perpetuò sciantur, tenuitas, albedo, & lux celo inesse spectantur. Postremo, nisi præsentium positionum nimius amator sit, cælum, solenq; igneum, cuiusmodi sensus declarat, esse inde aptè concluder: quòd quæ calorem cælo abnegat ratio, non sensui modo, sed proprijs etiam (ut visum est) ipsius repugnat positionibus; & modus, quo à non calido Sole calorem fieri decernit, non lōge modo absurdissimus est; & qui nulla concipi queat imaginatione; quin quæ ne ipsi quidem Aristoteli satis placuisse coniectandum sit; sed quem ipse etiam interdum, vbi res proximius intuetur, damnet. Manifestè, n. cum respicit, dum à Solis luce, à Solis substantia, & ipso à Sole (quid enim aliud, quàm propriam substantiam, & se ipsum effundat Sol?) fieri illum ponit. At id suo copiosius discutietur loco. In presentia enim, quæ Peripateticorum nonnulli, ne cælum propterea moueri, quòd calidum sit, ponere liceat, nobis obijciunt, tum & quibus calorem, frigusq; non agentes rerum naturas, substantiasq;, quales nobis positæ sunt, sed aliarum naturarū organa, qualitatesue esse, quæ positionibus nostris obstant, exponenda sunt, & examinanda.

RATIONES, QUIBUS PERIPATETICORVM NONNULLI CAELVM
non propterea moueri, quòd calidum sit, astruunt, rejiciuntur.

Cap. XIX.



SI, inquit, motus propria caloris operatio est & cælum ideo mouetur, quòd calidum est; vtiq; calidissimas ipsius partes, Solè, stellasq;, multò, quàm reliquas, velocius, & has, æquè calidæ cum sint omnes, æquè velociter moueri oporteat omnes; non, quod sit, medias longè rapidissimo, extremas longè tardissimo, Polos nullo prorsus circumuolui motu. Horum reor, taliumq; haud permagnum sit rationè reddere. At minimè tñ singulorum cæli motuum, cuiusq; constructionis causas, rationemq; nobis omnino notam esse proficemur vnquam. Quis, n. Dei sapientiam, qua supremū construxit opus, & qua modum ipsi, facultatemq;, non se ipsum modo conseruandi, sed reliqua etiam omnia constituendi, impartitus est, exactè assequetur vnquam? Cæli nos naturam, substantiamq; in Sole inspicisse contenti, quæ sese ipsa nobis manifestauit, sentiendamq; præbuit apertissime, & eius operationem, & ipsam sensu perceptā, & propriæ conformem naturæ, & pauca quædam talia, cætera, quæ longè plurima supersunt, scituq; longè dignissima, ne inquirenda quidem existimamus; quippe quæ homini innotescere nulla queant ratione. Quamobrem ad institutum redeamus, & horū cuiuslibet causam reddamus. Quæ calidiora sunt, velociore ea motu opus habere, quādoquidem motu seruetur calor, rationi sanè congruum est. At tamen languidissimus ab orbibus, à Sole autè vehemens ad nos aduenit calor; minimè tamen ab illo hic diuersus, sed vnus, idemque vterque est. Non virium robore hic illum, sed copia tantum exuperat. Nihil itaque natura diuersi, motu eodem contenti esse possunt. Quòd si copiosior in Sole factus, robustior etiam factus est, & propterea velociore indiget motu; iam multò, quàm orbis, velocius moueri videtur Sol: qui nimirum & cum illo circumfertur, & ab illo leorsum, & per se longè rapidissimo circumuoluitur motu; ut non in exoriente eo tantum, occidenteque, liquidò intueri licet, sed vel in meridiano; vbi aer crassiusculus sit, vbi scilicet non valenter visum ferit Sol; proindeque se inspicit sinit; & in aqua, multòque magis in speculis aquæ suppositis;

F 2 manife-

manifestissime enim in ijs admirabili illam celeritate circumuolui intuebere; vt ambli-
gere nihil possis verum esse Solis motum; quo, & orient circumuolui videtur, & occi-
dens, non oculis falso visum nimio eius fulgore obstrictis. Non circumuoluitur au-
tem Luna; idque inde patet, quod compactiores eius partes, quae Virginis faciem est
fingere videtur, nusquam situm immutare apparent. Neque enim adeo in se ipsam com-
pacta est Luna, vt calorem in ea multo, quam in reliquis orbis partibus copiosorem,
& qui velocius moueri opus habeat, collectu esse existimemus. Illa. n. minime propria
vi, propriaque lucet natura; sed (quod nubes, in qua *caelestis* constituitur, praestat) Solis
modo lucem remittit; eiusque aspectum, quod tenuissimi faciunt vapores, demit. Stellae
reliquae, si non & ipsae Solis lucent luce, & proprijs orbibus calidiores velocius moue-
ri appetunt, Solis ritu in proprijs & ipse circumuoluuntur orbibus. Polis proximae
partes, & poli etiam ipsi non vsquequaque immobiles, quae scilicet tardo quidem, at as-
siduo circumuoluuntur motu; sed, vt dictum est, ipsis cum proprijs Polis assidue mo-
do ad aequinoctialem circulum, ad ipsas modo feruntur Polum. Quin neque hic peni-
tus immobilis, sed huc illuc agitur. Id vero qui nuper in stellato orbe deprehensus est
motus, trepidationis ab eius inuentoribus dictus, quia non circulo tantum ferri, sed
trepidantium more in hanc modo, modo in illam agi videtur partem, manifestissime
declarat. Non enim, nisi ipsius Poli huc illuc agantur, huiusmodi moueatur motu.
Sphaericum certe cum sit Caelum, & circulari circumuoluatur motu (quale esse, &
quo moueri oportuit modo) nec omnes ipsius partes eadem moueri celeritate possunt,
nec forte necesse est. Nam quae tardius mouentur, a proximorum motu, caloreque fa-
tis foueri possunt. Is certe, quo opus habet, singulis datus est motus. Verum quo id fa-
ctum sit modo, non nimis anxie homini inquirendum videtur; cum nulla fortasse ex-
quisitio in notescere queat ratione. Neque hoc nobis magis, quam Peripateticis dicen-
dum; qui quidem fateantur opus est, propterea moueri Caelum, quod proprius sit,
naturalisque ei motus, eoque proprium consequatur bonum, eo denique seruetur.
Similare igitur cum sit stellis carens Caelum, eiusdemque vniuersum naturae, eadem
vniuersum velocitate, iisdemque moueri oportuit motibus, stellas vero, in quibus copio-
sior caelestis natura, quaecumque ea sit, collecta est, longè velocius, vel si libet, pigrius,
non aequè Caelo Peripateticis puras, sincerasque. At, quod reliquum est, Peripateti-
corum non nullorum rationes exponamus, excutiamusque; quibus calorem, frigusque,
non qualia nobis posita sunt, agentes rerum naturas, & substantias, sed aliarum sub-
stantiarum organa, qualitatesque esse contendunt; vel si nihil ex reicienda essent. Quo-
niam enim proprijs Sol viribus, propriaque calefacere videtur natura; & nihil ab eo
aliud, sed calorem modo ad nos accedere ipsi etiam affirmant; vtique cum quae ab eo
fiunt entia, non ab alia natura, sed a calore constitui oia, tum Soli ipsi aliam naturam
nullam, sed vnum modo inesse calorem, qui, ac etiam frigus substantiae sint, fatebuntur.
At perpendantur tamen. Et quò commodius agatur; quibus naturis substantiae no-
men congruat, & quae formae Peripateticis dicantur, quamquam satis vtrumque per-
spectum arbitror, paucis perstringamus.

QVAE NATURAE SUBSTANTIAE, FORMAEQUE PERIPATETICIS
dicuntur, ac nonnullorum rationes, quibus calorem, & frigus substantias
esse negant. Cap. XX.

SUBSTANTIA, si, quod vel ipsum nomen inuit, natura est, quae per se sub-
sistit, dubio procul materiae, corporeae nimirum moli in primis congruit. Nam
si naturis agentibus penitus exuta, & sola per se esse, & per se subsistere ma-
teria visa est nunquam; at corporea certe cum sit, quin per se subsistere queat, & quin
quod entia ex ipsa, agenteque natura composita subsistant, vel sola ipsa in primis
praestet

praestet, dubitare nihil contingit. Quoniam verò per se, sui que natura penitus infor-
mis, & penitus iners, demortuaque, pene & non ens materia existit: ex itidem natu-
rae, quibus materiae inditis, quas entia dispositiones, & quas agendi, operandique
habent facultates illi induntur omnes, quibus scilicet materiae adiectis. & entia reli-
qua quaeuis, & ipsae etiam plantae, ipsaque constituuntur animalia, substantiae Peri-
pateticis dicuntur. Nec perperam, vt videtur; nam si non vt subsistant, at certe, vt
quod sunt, quod agunt, & quod operantur, sint, agant, & operentur entia, praes-
tant. Eadem quoque, & formae Peripateticis appellantur. Itaque calor, frigusque sub-
stantiae ne sint inquirentibus, num entia ab ijs constituantur, & quas species, quasque
agendi, operandique facultates sortita sunt, ijs ab accedentibus illis donata sint omni-
bus, & omnibus itidem inspolientur recedentibus, percutibusque illis, inspiciendum.
An non id quidem ita habet, cum ipso passim percipiamus sensu? Quae enim generantur
immurantur, corrumpuntur entia, a calore, & frigore generari, immutari, corrumpi
liquidò apparent. Atque entium quorumuis species, agendi que, & operandi facul-
tates immutantur, prout singulorum calor, frigusque immutatur. Peripateticorum ta-
men quorundam rationes inspiciendae, quibus dictas naturas substantias non esse
astruunt; & quae ipsa constituere, praestareque videntur, non ab ipsis, vt primis, princi-
pibusque causis constitui, praestarique, sed ab alijs, longèque praestantioribus naturis, &
quae verè substantiae sint, caloris frigusque, vt priorum organorum ope, atque ope-
ra vsus: quibus tandem rationibus calorem, frigusque nequaquam constituentes esse en-
tium naturas, substantiasque, sed earum organa statuunt. Quoniam, inquit, acci-
dentium ritu (quarundam videlicet entium conditionum, quae nihil ad ipsorum con-
stitutionem, immutationemque conferunt, sed entia cuius, nihil eo immutato, passioque,
indi, demique possunt) calor è multis, quae subit, & quae corripit, nihil earum specie, sub-
stantiaque, & facultatibus immutatis, recedit, accidens in multis sit oportet. Neque
enim substantia perpetuò sit sit, quae subit, occupatque, non (quod substantiarum pro-
prium est) inexistentes naturas, earumque species, & facultates ex illis deturbet omnes,
propriaque sui ipsius speciem, & proprias non indat facultates, in alia nimirum non
immutet entia. Absit verò, vt vsquam accidens conspectus si sit calor, non vbiq. acci-
dens, sed substantia vsquam appareat. Actiones praeterea, operationesque, quas cum
alijs in entibus, tum verò in animalium corporibus edit calor, ea nequaquam a calore suo
ipsius agente arbitrio edi existimare licet: neque enim stupidus, sensusque omnis, & om-
nis mensura, ratioque penitus expertus calor, quae in animalium corporibus passim ef-
ficat, partium quarumuis passiones, indigentiamque percipiat omnem, ad eaque, quae
ipsius ope opus habent, a quibus videlicet, vel malum quodpiam amolendum, vel ad
quas bonum quodpiam adducendum est, statim aduolet vniuersus, eaque semper sui co-
pia, ac viribus, quas praesens vsus, vel praesens exposcit appetitus; itaque agendi ope-
andi, modum immutat, rationemque, & perpetuò praesenti eam vsui accommodat, actio-
nes denique, operationesque producat, quae sentiendi tantum, cognoscendi que substantiae
attribui queant. Conditionum insuper, quae caloris, frigusque propriae sunt, nulla sub-
stantijs, formisque congruit; non contrariae quidem sibi ipsis sunt formae. Quae nam in
equi, atque hominis forma cōtrarietas spectari potest? Et rerum veluti termini quidam
formae cum sint; vel rebus eos indat, intendi, remitti que, & magis minusque suscipere non
possunt. Et solo intellectu, non sensu villo percipi possunt. Propterea igitur calor, fri-
gusque substantiae, & formae illis non videntur; quòd accidentium more è rebus quas su-
beunt, nihil ijs interdum immutatis, recedunt; & quòd actiones, operationesque, quas
entia multa, & animalia praecipue edunt, praestantiores sunt, quam vt calori, frigusque
attribui queant. Et quòd calor, & frigus contrariae sunt simul. Et quòd interduatur,
& remittuntur, magis suscipiunt, & minus. Et quòd sensu percipiuntur; quorum
omnium vt dictum est, nullum substantijs, formisque euenire sibi persuaserunt. At

entium substantiarum cum non sint, entibus tamen inveniunt, & inveniunt oportet. scilicet, quod sunt, rationem reddere velint) insunt omnibus; & quas entia singula actiones, quasque edunt operationes, calor, frigusque eas edunt omnes; & eorum insuper opera, & forma ipsa, & conditiones, quae entibus insunt omnes, & ipsa etiam constituuntur entia: quod inertes per se, ignavaeque sunt formae; & ut proprias edant operationes, propriis singulis organis, & propria etiam opus habet sede; proprio nimirum calore, frigoreque singula, certaque materiae dispositione. Non enim organum aliud forma vlla, sed omnes calorem, frigusque sortite sunt; & à calore modo, frigoreque, quae materiae insunt dispositiones induuntur omnes. At longe plurimae, & longe singulae diversissimo ingenio praeditae, & actionum, operationumque longe diversissimarum potentes cum sint formae, diversissimis itidem utantur organis; & diversissima gaudeant dispositione oportet. Itaque in materiae sinu omnes simul cum insunt, una tantum perpetuo quavis in eius portione conspicua sit; & unius tantum actiones, operationesque in ea spectantur, eius, cuius, qui materiam subit calor, & quam is materiae dispositio indidit, propria est, eptaque. Reliquae latent, torpentque; quod organis, sine quibus nec agere, nec operari possunt, carent, alienaque sunt in sede. At quarum quavis, si proprium unquam calorem, propriumque nata sit domicilium, statim eluceat, atque in opus exeat. Quae obres caloris, frigorisque casum insequi videntur formae. Earum quae cum proprio exortitur calore, eoque aucto, inualefcit & ipsa, & imminuto, debilitatur, & interit etiam, eo interempto. Singulas deinceps excutiamus rationes.

NON IDCIRCO CALOREM SUBSTANTIAM NON ESSE, SED
accidens, quia accidentium more ad quaedam accedit, & ab ipsis nihil immutatis recedit. Cap. XXI.

SICUTI calor est multis, quae subit, nihil eorum natura obesa, nec dispositione immutata, recedere apparet, quod quae subit entia non omnia immutat, inque alia agit entia, propterea substantia non videtur, utique, nec substantiarum organum, & cuius casum exsequantur, erit. Huiusmodi enim si sit, cur non statim, atque ens quodpiam subit, forma, cuius ipse est organum, perpetuo emergit, ac praenexistente in veterum deiecta, aliud constituitur ens? At, inquiunt, propterea non semper id fieri, quod non semper accedens calor inexistentem robore exuperat, vel non tamdiu agit, quamdiu, ut illum deturbet, agendum esset. Itaque rejicitur, & nihil interdum in existente passio, eo vero incolumi manente, forma item, cuius ipse est organum, & quae ipsius casum insequitur, incolumis remanet & ipsa. Sed si substantia etiam sit calor, quin idem evenire possit, nihil obstat. Neque enim substantia quavis quodvis subeat ens, in existentem inde substantiam, & nullo deturbet temporis momento, sed robustior modo quae est, tamdiuque agit, quamdiu, ut inexistentem naturam exuperet, & dispositionem immutet, agendum est; quae languidior existit, vel brevius agit, ea, in existente nihil dum passa, recedat oportet. Proinde calor non propterea accidens ponendus est, quod est multis recedit, nihil ipsis immutatis, inque aliud actus ens; quod nimirum ibi evenit, ubi exuperatur accedens calor. Quoniam autem exuperans, in quali eius natura inspicenda est, aliam entis naturam, aliamque tribuit dispositionem, inque aliud mutat ens, & in eius simile, è quo egit, si penitus exuperet, nihilque interea ipse à contra agente passus sit, debilitatusque; (id quod igneus passim, & viscerum non nullorum agit calor) operationesque interdum operatur, quae substantiarum propriae sunt, quin perpetuo substantia sit, non est in controuersia ponendum.

Q 2 1 9

QUAE CALOREM, FRIGUSQUE NON RERUM SUBSTANTIAS, SED
harum organa habentes. Peripatetici parum inspicisse videntur. Et calorem ente in quouis iuxta proprium perpetuo agere, operarique ingenium; itaque naturae nullius organum poni posse. Cap. XXI.



SICUTI calor, frigusque non rerum substantias, sed harum organa habentes Peripatetici, & simplicia corpora, & entia reliqua, quae, ex illis sibi ipsis commixtis, constituuntur Aristoteli, non à calore, frigoreque sponte sua, propriisque viribus, sed aliarum naturarum ductu, atque opere agentibus, operantibusque constituta esse statuentes, aliasque entibus indentes naturas, quae calore, frigoreque, ut propriis utentes organis, se ipsas in materia veluti stertentes, & potentia tantum existentes, veluti excitent, & actu faciunt, entiaque constituent, parum caloris, frigorisque ingenium, & parum entium generationem, eorumque conditiones, actionesque, & operationes, parum etiam Aristotelis positiones, decretaque, intuitu videntur. Siquidem calor nunquam substantiae alterius, sed iuxta proprium ingenium in omnibus perpetuo agit. Et manifeste uno à calore suo ingenio, ac viribus, non alterius substantiae opere agente, entia prorsus naturalia constituuntur, & eorum nullum conditionem vlla sortitum, nec actionem edere, operationemve operari apparet vllam; quae calori, frigoriue attribui non possit, & attribuenda non sit. Aristoteles ipse entium nulli aliam substantiam vllam, sed eam modo, à qua singula constituta sunt, inesse decernit; & substantias temere multiplicare, substantias nimirum entibus indere, quarum actio, opusve nullum, nec vlla spectetur operatio, summo opere, & iure quidem prohibet. Frustra enim insit nihil agens, operans nihil. Tum non prima modo corpora, sed entia reliqua, & ipsas etiam animalium animas, ubi intus ipsarum generationem perferatur, non ab alijs naturis, sed à calore, frigoreque gigni testatur. Verum quae dicta sunt in propriis rerum caloris actionibus, & singulorum in entium generatione, tum & in ipsorum conditionibus, actionibusque, & operationibus expendamus. Si hisce entibus alia à calore insit substantia, cuiusque ductu, & opere agat, opereturque, eius scilicet organum si sit calor; certe (quod organorum proprium est, & quod agere Peripatetici videntur) ibi modo, tantumque agat, ubi, quantumque agere collibitum ac bonum illi, salutareque sit, actionem, operationemque, quae mala illi, pernicioseque sit, nullam vsquam edat unquam. Ita vero si agat calor, haud quamquam (quod perpetuo molitur, perpetuoque ente in quouis agit) quam licet singulorum portionem in summam assidue agat tenuitatem, assidueque in ea ipse euolet calor; itaque ipsemet, qui ea constituit, destruat tandem omnia, proindeque & quae ipsis Peripateticis in existunt substantiae, corrumpat omnes; sed iners, delectus in omnibus stertat, torpeatque, nihil illorum dispositionem immutans, nihilque ex ipsis ipse euolans calor. Ita enim entia, quae nullis ab externis viribus oppugnantur, eorumque formae perpetuo seruentur. Quapropter, quoniam quae non dum adeo tenuia leuiaque fecerat calor, ut cohaerere ea, propriam scilicet in ipsis operari queat operationem, assidue tenuiora facit omnia, assidueque ea in illorum portione, quam in summam agit tenuitatem, elabitur, immutat nimirum illa omnia, & in alia atque alia agit entia, idque omnino perpetuo agit, quod bonum ipsi, salutareque sit, ac non certe & substantiae, quam illis Peripatetici adijciunt, liquidò utique patet, proprium entium quorumvis, & ipsorum etiam brutorum calorem non substantiae alterius ipsis in existentis, sed suo ipsius agere iure, & aliam substantiam nullam prorsus, sed unum illis omnibus inesse calorem.

Simplic.

SIMPLICIA CORPORA OMNIA NON ALIIS A NATVRIS, QVARVM calor, frigore organa sint, sed vno à calore, vnoque à frigore constituta esse, & eorum conditiones, facultatesq; omnes vnus calor, vnusque frigoris esse.

Cap. XXIII.

PRIMA corpora à calore, frigoreue Dei quidem Opt. Max., at non certe alterius substantiæ arbitrio, aut ope agentibus constituta esse, si non Terræ, cuius portio nulla fieri apparet vsquam, at ignis certe, qui in commotis, contritisq; rebus, & in fumo sit rebus sulfuræ illitis admoto, & aeris, quem assidue à Terra educit Sol, & fontanæ, pluvialisque aquæ generatio apertissime declarat. Iam nec motui, contritioniq;, nec rebus, quæ accenduntur, minus etiã fumo, sulfurisq; ignis actu inest vllus; nec ipsius forma actu, cuiusmodi eam esse oportet, quæ è materiæ potentia ignis formam Peripateticis educit, ipsumq; constituit ignem, inest vlla. Et aer, qui præsertim densis è Terris, quæ non nisi tenuissimis vaporibus nihil prorsus ab aeris natura differentibus, egressum præbeat, vno à Solis calore, & nullius aeris, cù ibi nullus inest, formæ ductu, aut ope, sed sponte sua, proprijsque agente viribus efficitur. Aqua etiam, & quæ è terra emanat, & quæ in aere sit, nullius aquæ formæ, quin nec frigoris opus videri potest. Siquidem, vt superius expositum est, è Terra illa à solis calore fusã, & hæc è vaporibus sit nihil minus è Terra, quàm ex aqua à Sole educis; & in quibus nulla prorsus aquæ natura reliqua facta sit, & bene calido interdum in ambiente, nullo à frigore, sed à loci angustia in seipos conspissatis; at si vel frigoris opera, non sanè vllius aquæ formæ ope agentis. Quibus sit, vt, nisi ab alijs naturis, ignis, aeris, aquæ vniuersitates, quàm à quibus ipsorum portiones constitui, & ipse rehci videntur vniuersitates, constitutas esse Peripatetici velint, illorum omnium ortus manifestè indicet, solo à calore constituta esse omnia; & non aliam illorum vlli substantiam, sed diuersis quidem predictis viribus vnum modò calorem inesse omnibus. Idem nihilò obscurius illorum singulorum, & Terræ etiam affectiones, actionesq; ob oculos ponunt. Propterea quòd non alia in vllò conditio, nisi tenuitas, albedoque est. Ignis quæ exuperat, in fumum, vaporesque, in summam omnia agere tenuitatem, & vnã modò tenuitatè, opus aliud nullum efficere, & statim, ac factus est, moueri, à motuque cessare nunquam, operationem aliam nullam prorsus operari videntur vnquam. Aer, vbi exilissimæ ipsius vires nihil à præpotente Terræ frigore reijciuntur, mollire quædam, & Aristoteli ipsi languidissimo quidè, at assidue moueri motu, aliud operari nihil apparet vnquam. Aqua, si non perpetuo, perpetuo ferè à robustiore Terræ frigore detenta, crassior certè quàm, vt ab inexistente calore euchi queat, at & ipsa nullo à frigore correpta, quædam quæ nihil subit, emollit quid, motu gaudet, & seruatur, eoque prohibita corrumpitur; aliud proprijs viribus agit, operaturque nihil. Suprema Terræ portio à longè amplioribus solis viribus sua natura, suæque specie penitus exuta, & laxata quid, emollitaque, valde tamen crassa est; & è profunda, non aliud quicquam, quàm vnum continenter emanat frigus; & sui sese viribus in sublimi continet: dispositionem tandem, & facultates, quæ frigoris cuiusvis propriæ sunt, sortita est. Quamobrem, nisi desiderem primis corporibus substantiam Peripatetici inesse velint, non aliam illorum vlli naturam, sed vnũ modò calorem, frigusq; vnum inesse decernant oportet. Nam tenuitatem, albedinemque, & ætenuandi, motusq; edendi facultates non ignis formæ alterius, quàm caloris cuiusvis esse omnes, si non satis superius est patefactum; quæ ente è quouis, & ipsa etiã è terra elabitur tenuitas apertissime docet; quæ à calore quouis sit, & alba est, mobilisque. Et, vt melius res percipiatur, Aristotelem prima corpora cõstruentem audiamus. Etenim, si ipse ad eorum cõstitutionem naturam aliam nullam, sed calorem modò, frigusque attulerit, cõ certè amplius Peripatetici inculcandi sint, non temere modò, & Aristotelis decretis

decretis alibi prolatis, sed ipsius etiam sententiæ prima corpora constituentis aduersi, cum, præter illa, alias ipsi impertiant substantias, multòque illis præstantiores.

AD PRIMORVM CORPORVM CONSTITVTIONEM SVBSTANTIAM

aliam nullam, sed calorem modò, frigusque Aristoteli allatum esse.

Cap. XXIII.

PRIMA corporum principia, quæ materiæ, & quæ formæ sunt, explicans Aristoteles, Principium, inquit, primumque materia est, inseparabilis quidem, sed contrarijs subiecta; nec enim calor frigori, nec illi hoc, sed quod vtrique subijcitur, materia est. Quare primò quod potentia sensibile corpus est, principium est; tum contrarietates ipsæ, seu calor, & frigus, postremò ignis, & aqua, & quæ eiusmodi sunt. Tum quæ formæ tantum sunt, vt ipse apertissime docet, & suorum negat nullus. Calidum, inquit, & frigidum, & humidum, & siccum principia apparent; quæ nimirum, & agere videntur, & pati, & prima esse, qualia primorum corporum, & quæ in selemutuo transmutantur principia esse oportet. Sola igitur materia, & contrarietas sola ad primorum corporum constitutionem satis Aristoteli est. Substantia alterius neq; hic, neq; alibi vsquam meminuit: quæ si alia primis inest corporibus, princeps præsertim, & quæ, vt Peripatetici placet, calori, frigoriq; imperet, eorumque vtatur ministerio, si manifestari, sensuiq; exponi non poterat; at admonendi saltem eramus, aliã illis inesse substantiã, quæ nullo sensu percipi apta, ac penitus incognita per proprias qualitates, propriaque assequenda esset organa. Hoc, inquit, simplicium principia inquirenti, & simplicia componenti faciendum Aristoteli erat. At is nihil tale inuenit vnquam, tangibiles oportere esse ait tangibilium corporum differentias. Quoniam, inquit, corporis sensibilis, hoc est tangibilis principia querimus. constar non omnes corporis contrarietates, species, & principia facere, sed eas solas, quæ sub tactu cadunt. Rectè sanè; neq; enim ens habeat quicquam, quod à natura, à qua constitutum est, non habeat. Et calor, inquit, prædicamentum quoddam, & species est, frigiditas priuatio. His autem differentijs ignis, & terra differunt, substantialibus ipsi asserunt Peripatetici: nam quæ si substantiales non sint, non ad generationem, corruptionemque, de quibus ibi est sermo, sed ad alterationem pertineant. Et alibi, similes, ait, partes elementis constituuntur, igne, aere, aqua, & terra; tum quasi sermonem corrigens, verius, inquit, ex viribus elementorum, non tamen omnibus, sed ex calido, frigido, humido, & sicco: quæ nimirum elementorum formæ sine dubio sunt; aliud enim, quod forma præsertim haberi queat, inesse nullum prorsus conspectum est vnquam; & quod caput est, nulla est operatio, quæ aliam inesse formam admoheat. Nec verò nos magis in hac sumus sententiã, quàm Peripateticorum longè optimi, longèq; præstantissimi. Calor, inquit Aphrodisæus, substantia est, quoniam ignis forma est; idem & Græci reliqui penè omnes. At Ammonius alter Peripateticorum princeps non illum modò, sed febrilem etiam calorem substantiam esse, ait; qui corpus humanum in aliud immuterens: quæ enim quid constituit natura, necessariò & substantia, & entis, quod constitutum est, effectumq; forma existit. Parmenidem certè, qui calorem, frigusque rerum principia posuit, nusquam inculcavit Aristoteles, quòd accidentia quæ sunt, substantiarum posuerit principia; sed interdum quòd non vniuersalissimam adduxerit oppositionem, interdum quòd non aliam venatus sit efficientem causam; quæ pati ipsa impotens, & veluti arte, & ratione vtens illorum moderetur, & quasi cohibeat vim. Quoniam igitur ignis, aerisque, & aquæ generatio, eorumque omnium, & terræ etiam conditiones, quæ non penitus à Solis calore, in suprema ipsius superficie, quæ nobis conspicua est, corrupte sunt; præterea, & actiones, operationesq; vno illa omnia à calore, & vno

& vno terram à frigore constitutam, & non aliam illorum vlli substantiam, sed vnum illis omnibus calorem, & vnum terræ frigus inesse declarant; nihilque in illorum vlio spectatur, quod alij naturæ merito attribuat, & quod calori, frigoriue attribui non possit: ad illorumque cōstitutionem naturam aliam nullam, sed vnum modò calorem, vnumque Aristoteles asserit frigus; vti que, nisi positionis tenaces esse velint, calorem, frigusque non amplius ignis, reliquarumque simplicium formarum organa, sed terræ quidem, & aquæ frigus, acris verò, & ignis calorem formam ponant. Quam tē bene aperte scribit Galenus, dum elementa non aliud esse, quam materiam primam, & solas qualitates docet; ex quibus habent, quod elementa sint: Alexander, præter adducta superius loca, clarissime libro 2. de anima, qualitates formas substantiales elementorum, ac etiam lib. 2. nat. quæst. appellat. Philoponus itidem huic assentitur sententia 2. de ortu, & interitu. Inquit enim ex qualitatibus, & primæ materia simplicia consistere corpora, qualitatesque principium esse formale. Hoc idem habet Olympiodorus 4. Mete. Sed quid multa? Diuinus Medicinæ parens Hippocrates in libro de carnibus quæ mirabilia de calido narrat è Libet eius verba, quia admiratione digna continent, græcè refert. *Nō ēī dōmōtōrōs qdē hōmōtōrōs qdē, sōd ēī qdē hōmōtōrōs hōmōtōrōs, nō ēī qdē hōmōtōrōs hōmōtōrōs, nō ēī qdē hōmōtōrōs hōmōtōrōs, nō ēī qdē hōmōtōrōs hōmōtōrōs.* Nunquid Hippocrati calidum est accidens? Hæc omnia, si attentè animaduerent, non elementorum tantum, sed reliquorum itidem entium, quæ à frigore cōstituta apparent, frigus, quæ verò à calore, calorem formam asserent. Nam entia reliqua omnia, & ipsæ etiam plantæ, & animalia non alijs è rebus, neq. alijs à naturis, sed è simplicioribus, ab eorū. lotmis sibi ipsis commixtis, complicatisque, & mutua actione refractis, Aristoteli efficiuntur: & substantiam aliam nullam ad eorum cōstitutionem is asserit vsquam; nec si asserere velit, vnde illam eruat habet. E celo enim, è quo solo desiuere illa queat, calor tantum Aristoteli desuuit, minimeque is à cæli substantia emanans, qui elementari fortè præstantior, vel ab eo diuersus videri queat, sed ipso in igne à Solis motu commoto, contritoque, aliud nihil passus, factus, & ab ipso huc delatus igne, qui igitur nequaquam igneo præstantior, vel alterius ab illo rationis, non natura videlicet, agendi que, & operationis facultatibus, sed robore tantum differens est. Quamobrem calorem, frigusque simplicium formas esse, si, quod faciant oportet, Peripatetici assentiant, reliquorum itidem entium quorumuis, vel calor, vel frigus, vel huic commixtus ille forma necessariò ponendus est; nihilque nobis repugnandum, calorem, frigusque substantias, & rerum omnium principia ponentibus. Verum longius progrediamur; atq. in reliquorum entium, & in ipsorum etiam animalium cōstitutione, conditionibusque, & actionibus, operationibusque, num alia ipsæ à calore insit substantia, & cuius calor organum sit, contemplantur.

ITIDEM ET RELIQVORVM ENTIVM OMNIVM
Cap. XXV.



entia reliqua, & ipsa etiam animalia è simplicibus corporibus sibi ipsis immixtis, & ab ipsorum naturis mutuò à se ipsis passis, immixtisque, vt Aristoteli placet, constituuntur; cum, vt probatum est, illorum nulli alia à calore, frigoreue substantia insit; vti que & entibus reliquis vnum modò calorem, frigusque, vnum, substantiam aliam nullam in dère Peripateticis conuenit. Etenim quam è calo interdum ad eorum cōstitutionem deducunt, à calore alia ipsæ, vt diximus, ponenda non est. Cæli namque motus in ignis elemento calorem facit, ignis que patet deorsum ad terras detrudit; at ab ipsis substantia res nulla, prout Aristoteli aduenit. Minus etiam delabatur, si, quod nobis positum est, & ipse amplius monstrat sensus, entia reliqua, & multa etiam animalia genera è terra à solis calore emollita, fusaque sunt.

sunt. Quin, & quæ è semine enascuntur animalia, si eorum cōstitutionem proprius Peripatetici intruatur, vno & ipsa à calore, & forme nullius recto habenis, sed iuxta proprium agente ingenium effecta esse decernant oportet. Nam cum è masculino, femininoque semine, & menstruo sanguine, è rebus solo à calore constitutis, ab vteriq. calore fuis, immutarisq. è rebus inquam, & ab agente fiant; quorum nulli animalis animam actu existentem in dère Peripatetici possunt; vti que animalium cōstitutionem calori nullius animalis forme opera, sed iuxta propriam agentis naturam tribuant necessesse est. Nec tamen substantiam hominibus inesse, quæ non caloris vllius, sed Dei ipsius sit opus, negemus vnquam; quin manifestè id asseueremus. Non enim à ditinis modò litteris, sed (vt suo amplius explicabitur loco) ab humanis etiam admoniti sumus rationibus, aliam ab anima è semine educta, & à spiritu neruoso generi in existente hominibus inesse substantiam, & Dei hanc opus, & cum corporis vnuersum verò & spiritus ipsius formam esse, & spiritus ipsam actiones, operationesque dirigere, perficereque omnes. Reliquorum præterea entium, & ipsorum etiam animalium nulli cōditio inest vlla, nec ab illorum vlllo actio, operatione edi videtur vlla; quæ vno à calore proficisci non possit, & omnino non proficiscatur. Nam calor, qui in laborantibus, ipsi scilicet in animalium partibus, quæ eo opus habent, sit, & vbi eo opus nō est, cessare apparet, haudquaquam est ab anima ad illas missus; sed spiritus, sanguis que aduentu sit. Et modus, quo arteriarum, venarumque, fibris in existens spiritus, perque eas means, eas intendens, ac assidue arteriarum, venarumque, partes, è quibus abscedit, cōstringens, sanguinem secum, quocumque fertur, apportet, alibi traditus est. Aristoteli porro non simpliciū modò corporum, sed mixtorum etiam omnium, & animalium animarum insuper substantiam, calorem, & spiritum vltim esse, non ex ipsis dictis colligere, sed ipsum apertissime id enunciantem audire licet. Elementa, inquit, omnia contrarieratem habent, quoniam ipsorum differentia contraria sunt. Differentijs porro, à quibus constituuntur immutatis, & ipsa itidem immutantur. Frigore igitur in calorem immutato, aqua in aerem transit, & aer fit. At si neutra, ait, differentia neutrum vicerit, mutuò autem in se ipsas agentes, & mutuò à se ipsis patientes, mutuò sese imminuerint, ac debilitauerint, & vti vtiq. vis retusa appareat, refractaque, vtrumque immutatur; & nec aqua amplius remanet, nec aer, neque aer constituitur, nec aqua, sed tertium quoddam veluti ex vtroque compositum. Quoniam verò virium inæqualitas nō in indivisibili, nō vnum modò constituitur, sed in infinita propemodum, carnes, inquit, & ossa. Tum proprius eorum generationem edocens, Simplex, ait, & naturalis generatio transmutatio est, facta ab actiuis qualitatibus, à calore videlicet, & frigore, è subiecta materia. Præterea animalium sponte nascentium exortum explicans, Generatur, inquit, in Terra, humorque animalia, quoniam humor in Terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest; vt omnia quodammodo animæ plena sint. Quamobrem consistunt celeriter, cum calor ille comprehensus, siue exceptus est; comprehenditur autem, & humoribus in calefcentibus, efficitur veluti spumosa bolla. Et alibi, Putrefactis, dicit, facillimè ingenerantur animalia; quod exeret caliditas constituit, & componit corpora, ipsa minime anima; siquidem anima corpora Aristoteli constituit. Tum perfectorum generationem tradens, Inest, inquit, in omnium semine quod calor vocatur: id autè non ignis, non talis aliqua facultas, sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore cōtinetur, & natura, quæ in eo est, proportionem respondens elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum animal generat: at solis, & animalium calor generatiuus, neque is modò, qui in semine continetur, verum etiam si quid excrementi sit, quamuis à natura diuersum. Clarum est, animalium animæ generationem cominus intuito Aristoteli, non igneus quidem, at calor certè ea esse visa est. Sui tamen obliuiscitur, dum calorem, qui à sole ad nos aduenit, ab igneo diuersum statuit. Cum etenim non à solis substantia, sed motu, quo suppositum ignem accendit, & ad nos vsque detrudit, fiat igncum

2. de gen. ne t. 22.
24. seq.
4. Mete. cap. 1.
Lib. 3. de gene. ani. c. 11.
4. Mete. cap. 2.
2. de gene. ani. mal. c. 9.

igneum, & à motu paulò vehentiorẽ factum illum asserit. Quapropter non quia ab illo passim, ab igneo verò perrarò animal generatur, ob id nimirum actiõnis discrimen, quod in virium diuersitatem referri poterat; diuersa esse naturæ decernendum, sed diligentius discriminis causa erat inuestiganda; & paulò attentius eã rimanti cõspecta planè foret. Ob id nanq. ignis animalium generatiuus non est; quòd ad animalium constitutionem blandiore, languidioreq., quàm, quo ignis viget, opus est calore. Eadem ratione solis calor vehemens vbi est, animal nullum gignit, ignisq. vbi moderatus est, multa. Verum in alium hæc reiciantur locum. Reliquæ enim rationes, quibus calorem, frigusq. substantias esse pernegant, dissoluendæ sunt. Et si supersedere hoc la bore licet; non n. reliquorum modò entium, sed animalium etiam animæ substantia Aristoteli ipsi visus est calor. Cui igitur verisimile fiet, accidens esse, quod, vna terra, a homine exceptis, corporum omnium forma est?

CALOREM, ET FRIGVS NON PROPTEREA SVBSTANTIAS NON esse, quòd mutuo sibi ipsis opponuntur. Cap. XXVI.

S VORVM etiam decretorum obliuio sunt Peripatetici, dum ideo calorem, frigusq. substantias esse negant, quòd mutuo sibi ipsis opponuntur, mutuoq. se se subiecto deturbant, interimunt, cõtraria omninò sunt. Quoniam ea maximè contraria ponunt; quæ in eodem quidem apta sunt esse subiecto; at simul esse non possunt; substantias præcipuè, & solas esse contrarias inter se ponant oportet. Propterea enim mutua entium omnium immutatio, ac inuersio est, quia inexistentes substantiæ idem omnes subiectum appetunt, at contrarijs gaudentes operationibus, diuersas illius moluntur dispositiones; in eodem itaq. simul esse impotentes, & nolentes, mutuo se se deturbant. Et vel si aliæ à qualitibus existant formæ, illisq., vt proprijs agant organis, contrarie tamen inter se, oppositæq. ponendæ sunt. Neq. enim iners artifex natura, quæ nõ apta sibi, & morigera parat organa; sed subiecto ipsa insideat; quod organum sponte sua parat, itaq. & ad organi operetur ingenium. Præterea, quoniam quæ generantur, à simili quidem, at è contrarijs generari omnia, & quæ corrumpuntur à contrarijs corrumpi ponunt, nisi substantias inter se contrarias reputent, ipsarum generatio, corruptioq. non ab ipsis fiat, sed ab ipsarum qualitibus; quod maximè omnium Peripateticorum placitis aduersatur. Natura enim agens nulla aliud à se ipsa quicquam, at multò certè minus nobilius quod sit, præstantiusq. agere, constituereq. illis potest. Absit, inquit, vt agens vllum extra proprium gradù, propriamq. agat dignitatem; & quod constituitur, non à simili constituatur. At quæ tamen, aiunt, in hominis, atq. equi forma contrarietas spectatur? Summa mcherculo Aristoteli Pythagoricos magnopere incusanti, animam quamuis cuius temere indentes corpori. Si etenim nõ è materia quavis, quæuis educi potest forma, sed ea tantùm, cui materia apta facta sit, propriaque, eò nobilissimæ amplius, animalium nimirum anime, ex eo tantùm corpore educantur, quod ipsis maximè aptum factum sit, propriuque. Hominis ergo, atque equi forma ex adeo dissimilibus Aristoteli effecte rebus, adeoq. dissimilia promentes opera, dissimiles, contrariæq. Aristoteli sint oportet; cui scilicet formalis repugnantia omnis oppositio est. Sed quorsum ego Peripateticorum dogmata, quibus, dum substantias contrarias inter se negant, Aristoteli aduersantur, assero? Ipsemet sexcentis in locis cõtrarias inter se substantias enunciat. Nam principia, quæ rerum formas, & rerum substantias esse, & à quibus res constitui nemo neget, inquirens Aristoteles, contraria illa ponit. Quoniam, inquit, non quodlibet agit in quodlibet; nec quodlibet à quolibet patitur, sed contrarium modo in cõtrarium agit, & contrariu à contrario patitur; quæ agunt principia, formæ, substantiæque. (ijs enim Aristoteli potissimum actio omnis attribuitur) contraria erunt. Ad hæc, docet non ab alio oriri principia, nec à se ipsis mutuo, & ab

10. Me-
12. 13.
14.
1. Phyl.
12. 43.
Tex. 42

& ab ipsis constitui omnia. Atq. ob hanc causam cõtraria illa esse oportet, & prima in super contraria, integra nimirum, nihilq. imminuta, aut sibi ipsis cõmixta; ijs. n. dunta xat, quæ principijs inesse debent, in sunt oia. Adeoq., inquit, manifestum est, agentia, for maliaq. principia contraria oportere poni, vt antiquiores veluti ab ipsa coacti veritate in hoc conuenerint ad vnum ocs; omnes. n. contraria posuere. Efficientia etiam, quæ in naturalibus eadè formalibus Aristoteli imprimis sunt, cõtraria illi statuuntur. Quoniam, ait, contrarius est generationi interitus, contrariorum autè contrarias esse oportet causas agentes, quæ agunt, efficiuntq. principia, cõtraria sint necesse est. Insuper prima construens corpora, Nos autem, inquit, sensibilem corporum materiam quamdam esse dicimus, eam autem separari non posse, sed semper cù contrarietate esse, nunquã. f. ab altero contrario seunctam, sed ab altero perpetuò detentam. Quod repetes, Materiam, inquit, ponimus inseparabilem quidem, sed contrarijs subiectam, formis nimirum, substantijsque. Neq. enim primorum corporum constitutionem inquirens, non illorum formas, substantiasque, sed accidentia inquireat. Deinde corporibus cõstitutis, aer, addit, maximè terræ oppositus est, & aque ignis, vt pote quòd huius forme, substantiæq. illius forma, ac substantia opposita est, & contraria. Nã si qualitas contraria sit, non aque ignis sit contrarius, sed huius qualitas illius qualitati. Et propterea in corruptibile concludit calum, quòd eius substantiæ substantia nulla cõtraria est. Quæ, arbitror, intuentes Aristotelicorum nonnulli dicunt, nequaquam substantiæ cuiuslibet substantiam quamlibet opponi negat Aristoteles; non enim simplici simplicem, quas aperte sibi ipsis opponi enunciat, sed cõpositæ cõpositam; simplicia videlicet corpora cõtraria Aristoteli sunt, sed non mixtis mixta. Haud tamen rectè sentiunt: quandoquidem si simplicia, componentiaque contraria inter se sint, oppositaq.; quæ itidem ex ipsis constituta sunt opposita inter se esse oportet, cõtrariaq. Quocirca melius alij, qui vbi Aristoteles, inquit, substantiam substantiæ contrariam esse negat, nõ forme formam contrariã negat, sed materiæ materiã, ac subiecto subiectum, commune tamen intelligendum, ac remorù, quod vnum est, idemq. omnibus: nam proximum à formis singulis diuerso, ac contrario afficitur, disponiturq. modo. Relinquitur igitur, nõ ideo calorem, frigusq. substantias non esse, quòd mutuo sibi ipsis opponuntur.

NEQVE VERO, QVOD INTENDANTVR, ET REMITTANTVR, magisq. suscipiant, & minus. Cap. XXVII.

C ONTRARIÆ cum inter se sint formæ, mutuoq. in se ipsas agat, & mutuo à se ipsis patiantur, intendantur oportet, remittanturq., & magis suscipiant, & minus. Et oium minimè Aristoteles id negat, qui, vt alibi dicemus, agentia reru principia, rerum nimiru formas, reruq. substantias inquirens, duo tantum illa esse maximè contendit, multisq. declarat rationibus. Quæ quidem cum plurima, ac diuersissima efficiant entia, plurima & ipse, ac diuersissima, & tot omnino, ac à se ipsis diuersè fient, totq., ijsq. modis intendentur, & remittentur, quot entium genera cõstituent, & quibus à se ipsis ea differant, propterea quòd quæ vires, conditionesq. entibus insunt, à natura eã indita sunt ocs; à quæ cõstituta sunt. Ipse in super mixta omnia è quattuor simplicibus corporibus penitus sibi ipsis immixtis, & singulorum substantia nequaquam abolita, sed remissa, refractaq. componi decernit. Præterea, quoniam quæ sub eodem genere Aristotelicis locantur entia, quæq. ab vna, eadèq. ijs constituta sunt natura, agedi ea viribus summopere à se ipsis differunt; vtiq. & naturam, à qua constituta sunt, viribus à se ipsa differre oportet; nam actiones formarum esse omnes, nemo non Peripateticorum asserit. Quin si non proprijs, sed qualitatum viribus agunt formæ, & à qualitibus, quem admodum putant, constituuntur, quoniam qualitatum casum sequuntur, cumq. ipsis exoriuntur, atque occidunt, cum ipsis intendantur necesse est, ac remittantur.

G Nam

Nam si, vt Peripateticorum optimi opinatur, cum propria qualitate imminuta forma integra stare queat, & cum nulla illa stare queat; quandoquidē qualitatis gradus eiusdem omnes sunt conditionis; & quod vni competit, omnibus etiam competit; vt si absq; vno qualitatis gradu ignis forma seruari possit, & sine ceteris etiam seruetur. Absurdum sanē, imminuta qualitate integram formam permanere, formamq; eādem ad proprium opus robusta, languidaq; uti qualitate. At fortē non propterea substantias intendi, remittitue posse negēt; quod earum vires, neq; augeri, neq; imminui queant, quod nimirum fieri, negari non potest: sed quod id vbi sit, non amplius eādem remanent substantiæ, sed verē pereunt, inq; alias aguntur. Propterea sanē, si intensionem ijs, remissionemq; abnegent, haud perperam fortē abnegent; quid enim, vel eandem enti substantiam inesse, cuius actio vel propria quæpiam imminuta sit conditio? vel quid naturam, quæ perijt iam, viribus auctam, imminutamue dicas? Verum nequaquā propterea calorem, frigusq; substantias esse negent, quin maximē affirmēt, maximeq; statuunt. Siquidem, vt dictū est, quiduis auctus, imminutusue calor, alius ipse, & aliud, cui inexistit sit ens, entiumq; quorumuis immutatio in existentis caloris immutationē insequitur.

NEC QVOD SENSU PERCIPIANTVR. Cap. XXVIII.

M

2. de ge. 3.

INVS etiam materiæ immerse, & naturales prorsus quæ sunt formæ, sub sensum eas cadere, & sensu percipi Peripatetici negent vniquam; si Aristotelis decretorum memores esse velint. Is enim simplicium corporum principia, substantias nimirum, à quibus cōstituantur, inquirens, nequaquam contrarietates omnes illorum species facere affirmat, sed eas tantum, quæ sub tactum cadunt. Quoniam, inquit, tangibilia sunt, tangibili inter se differentia differant oportet. Et passim entium actiones non alijs eorum qualitibus, conditionibusque, sed eorum attribuit formis. Itaq; leuitatem, grauitatemq; simplicium corporum formas ponendas nō esse decernit: quoniam, quod ille faciunt, mutuo in se ipsas non agunt, at calorem frigusque, quod sese mutuo assidue oppugnant. Vt liquidō pateat, formas sensu percipi, ipsi in primis Aristoteli visum esse, positumque, quin solas eas, solis ijs actionem attribuenti. Vna enim quæ agit natura, alia entium conditio nulla fortē sensu percipitur. Cuius porro actio sentitur, ipsam, quæ illam edit, sentiri naturam actionis ratio declarat. Quoniam quidem non aliud videri potest actio, neque est omnino aliud, nisi eius, quod patitur in agentis naturam inalteratio, immutatioque, & propriæ naturæ recessus, ac corruptio, & aliene accessus, & generatio: vtiq; qui actionem quampiam sentit, naturā is, à qua illa emanat, sentiat oportet. Cum enim solæ, ut dictum est, rerum actiones sentiantur, formæ itidem, à quibus solis ille eduntur, sole sentiuntur. Quasobres quoniam Peripateticorum ratio nulla impedimento nobis esse uidetur, quin calorem, frigusq; agentes rerum omnium omnino naturalium naturas, ac substantias statuamus, & quæ rebus insunt vires, facultates, dispositiones, species, conditiones denique omnes à calore, frigoreq; ijs indi, & iuxta existentis caloris immutationem immutari ipsis intuemur oculis; nostræ ad extremum positiones nulla à re labefactantur, & ab ipso comprobantur sensu: vti que firmas eas, stablesq; esse existimare relicet.

BERNARDINI

BERNARDINI TELESII
CONSENTINI
DE RERVM NATVRA IVXTA
PROPRIA PRINCIPIA
LIBER TERTIVS.

REPETVNTVR COMPLVRA, QUAE SVPERIORIBVS TRADITA
SUNT COMMENTARIJS. PONIANTVR SUMMA POSITIONVM ARISTOTELIS, QUAE INFRA SUNT EXPENDENDAE.

Cap. I.

M

ATERIA non vna, & duplex natura agens, & vnus calor, frigusque vnum Mundi huius vniuersi principia, nec quod Terram, mareque, & stellas inter, quodque ipsas inter stellas locatum est ens, vnum, idemque, & ab vna eademq; vniuersum cōstitutum natura, nec duo tantum prima esse corpora, nec entia reliqua à cœli, solisque natura à Terra effecta, quemadmodum nobis, Aristoteli videntur. Ille enim sublunaria omnia vna, eademque è materia, quæ supra lunam sunt entia, cœlum, stellasq; omnes ex alia constare, & quæ nihil illi congruat, naturatumque, quas illa suscipit, prorsus incapax sit, & quod inter lunæ orbem, terramque, & Mare est ens, in duo, in ignem, aeremque (ignem enim supremam eius portionem, quæ lunæ orbi subiacet, aerem verò inānam hanc, quæ terram ambit appellat) diuisum esse affirmat, & præter cœlum, quattuor esse prima corpora, terram, aquam, aerem, ignem, decernit: minimeq; ad horum constitutionem calorem modō, frigusq; sed humiditatem etiam, & siccitatem, vt agentes naturas, & ad illorum singulorum constitutionem nequaquam earum vnā, sed oppositionis vtriusq; alteram affert; & duplicē omnino singulis agentem assignat naturam: dictisq; è quattuor corporibus, at veluti mutuis vulneribus confectis, afflictiq;, & pugnam pertæsis tandem, & sibi ipsis commixtis, penē & vnum factis omnibus, entia reliqua cōstituit omnia: & cœlum, stellasq; oēs propria natura, & quæ à calore, frigoreq;, & ab humiditate, siccitateq; prorsus diuersa sit, donat: itaq; calor, qui à sole sit, nō ab eius natura, nec à proprijs eius viribus, sed ab eius sit motu, à quo, si cœlo suppositus ignis, & bona aeris pars agitur, conuertitur, accendatur, accessusq; ad terram vsq; detradatur: & nequaquam à propria cœli natura, propriaq; substantia, sed ab immotis moueri motoribus statuit longē tandem mutuo in omnibus serē dissentimus. Quasobres Aristotelis explicanda, excutiendaq; est de singulis sententia; nec verō & aliorum etiā opiniones, satis ab ipso, vt videtur, reiecte, & quæ nulli admittæ, ab vllius remouendæ sunt animo. Vtinam cum Peripateticis hceret idem; magno aliena exponendi, reiiciendiq; labore vacuis, nostrā tantum explicanda esset sententia. At quoniam non admiserunt modō illorum placita, & decreta, sed ea acceperunt fide, & religione, ac si ex ipsius naturæ ore prolata essent; itaque rei nullius amplius natura inspicienda, indagandaq; cuiuspiam videtur, sed tantum quid de quaq; Aristoteles senserit speculandum: vtiq; quouis labore nostro, aliorum etiam fastidio quouis, singulari illius positiones, quam diligentissimē, & sepius eadem interdum exponendæ, examinandæq; sunt. Nihil, si in ijs tractandis plus iusto interdum immoremur, mortales nobis, vt ignoscant, sed quod à summo naturæ interprete dissentire audeamus.

G 2 nus

mus, & non numinis instar illum veneremur, rogandos esse existimamus: qui si illius dictum audiant, aut factum imitentur, nihil nobis veritatis studio illi aduersantibus succedant, quin gratias potius habeant, idemq. ipsi faciant omnes. Ipse enim liber in philosophando Aristoteles veritatem amicis omnibus prae honorandam admonet, & veritatis gratia preceptorem etiam, amicumq. incusare nihil veretur. Huius certe solius nos amore illecti, & hanc venerantes solam, in ijs, quae ab antiquioribus tradita erant, acquiescere impotentes, diu rerum naturam inspicimus, & conspectam, ni fallimur, tandem mortalibus aperire volumus, nec liberi, nec prohi hominis officio fungi iudicantes, si generi illam humano inuidentes, aut inuidiam ab hominibus veriti, ipsi illam occultaremus. Ergo, ut clarius illa eluceat, agenda rerum principia inquirentes, & prima constituentem corpora, tum reliqua ex ijs componentem, postremo, & caeli, solisque motu calorem generantem, & motores immotos, a quibus caelum moueatur, indagantem, ea denique, in quibus omnibus summè a nobis dissentit, explicantem Aristotelem audiamus, & singula eius dicta, rationesq. examinemus.

RERVM PRINCIPIA TRIA ARISTOTELI ETIAM VISA ESSE,
contraria agenda duo, & materiam vnam. Cap. II.



RERVM principia, è quibus res constant, cum antiquioribus ferè omnibus, tum Aristoteli tria visa sunt, agenda contraria duo, & materia vna. Quoniam corpora, è quibus noster hic Mundus compositus videri potest, & quae in eo continentur entia quaeuis, mutuo sese oppugnare, immutareque, & ex alijs alia fieri apparent; à contrarijs naturis, & quae sese mutuo oppugnant, deturbantque, & interimant, & mutuo aliae aliarum sedes occupent, constituta esse existimandum fuit. Ad hoc, quia quae corrumpuntur, non à quibusuis, neque in quauis, sed singula à certis quibusdam, & in certa quadam corrumpi, calida scilicet non alijs à rebus vllis, sed à frigidis modò, & in frigida, & alba à nigris modò, & in nigra, & dulcia ab amaris modò, & in amara, & contrà, quae tandem immutantur omnia à contrarijs modò, & in contraria immutari visa sunt: utique duabus tantum à naturis entia omnia effecta videri potuerunt. Nam si calida non à frigidis modò, sed à tepidis, & alba non à nigris modò, sed à purpureis, flauisque, & puniceis, & dulcia non ab amaris modò, sed ab austeris, acidisque immutari apparent; quoniam tepor quiuis à calore, frigoreque, & colores alij quiuis ex albo, nigroque, & quiuis alij saporis è dulci, amaroque, naturae omnino omnes, quae intermedia videri possunt, ex extremis sibi ipsis commixtis constitui, & ex vtraque in existente constare Aristoteli videntur: magis quidem, minusque alteri alie, sed oēs vtrique contrariae, & naturae omnino vni vna tantum contraria videatur oportet. Quonia verò contrariae quae sunt naturae, & quae sese assidue oppugnant, obleduntque, & quarum altera exuperante statim altera deturbari, perireque videtur, ea, ut sibi ipsis coeant, & veluti per vices mutuo sese suscipiant, intelligere non licet; & quòd quae corrumpuntur entia non peritus perire, & in non ens abire, sed eorum natura modò, dispositioque, & species immutari, at moles, corpusque remanere, atque ex alio aliud fieri videtur: utique, tertiam quaedam naturam, quae contrarijs subiiciatur, & quae contraria per vices suscipiat, & è qua entia fiant, ad entium constitutionem afferre necessarium fuit. Ob hanc causam agenda rerum principia inquirens Aristoteles, Oēs, inquit, principia contraria faciunt, idque optima ratione. Namque principia, neque ex sese vicissim esse, neque ex alijs, & ex his omnia oportet: contrarijs autem primis hae infunt omnia: quòd enim prima sunt, ex alijs non sunt; quòd verò contraria, non vicissim ex sese. Atqui & ratione quomodo hoc accidat, considerandum. Sumendum itaque primum est, Omnium quae sunt, nihil in quoduis agere, aut à quouis pati, neque è quouis quoduis fieri, nisi ex accidenti quis sumpserit: quo namque pacto album ex musico possit

1. Phys.
tes. 47.
& seq.

possit fieri, nisi albo, aut nigro, musico esse acciderit; sed album quidem sit ex non albo, atque eo non quouis, verum ex nigro, aut intermedijs, & musicum è non musico, sed non è quolibet, verum ex eo, in quo musice est priuatio, aut è medio, si aliud quod sit inter ipsa: & album non in musicum interit, nisi interdum ex accidenti, sed in non album, non tamen in non album quoduis, sed in nigrum, aut in medium; similiter & musicum non in quoduis, sed in id, quod musica priuatum est, aut si aliquid inter hæc locatum est. Quòd si ita res habet, quicquid sit, ex contrarijs profectò gignitur; & quicquid interit, in contraria interit, atque in ea, quae inter hæc locata sunt: è contrarijs autem ea fiunt, quae in illorum medio locata sunt, ut colores ex albo, & nigro. Quaecunq. igitur natura fiunt, aut contraria sunt, aut è contrarijs, & aliorum quidem plurimi huc vsq. ferè profecti sunt; omnes enim elementa, & quae ab ipsis principia nuncupantur, quamquam sine ratione ponunt, contraria tamen faciunt. Et sermo tandem absolvens, Principia igitur, inquit, contraria oportere esse, manifestum est. Tum eorum numerum, praeterea & subiectum inquirens, inquit, Quoniam principia contraria visa sunt, vnum esse non possunt, sed nec infinita; quoniam id quod est, sub scientiam non caderet, & quòd in omni genere vna est semper contrarietas; substantia autem vnum genus est quoddam. At ne sola contraria duo principia ponamus, ratio quaedam suadet: dubitauerit enim profectò aliquis, quomodo frigus calorem, & hic illud, & humiditas siccitatem, & hæc illam facere apta sit. Quoniam scilicet calida, quae sunt, frigida, & è contrà, & humida, quae sunt, sicca fieri apparent, & è contrà: nisi calori, frigoriq. natura quadam tertia subiiciatur, quae veluti per vices calorè modò, modò frigus suscipiat, itaque, modò calida, modò frigida fiat; utique, ut dictum est, calor frigus, & hoc illum faciat, quia calor ipse frigus, & frigus calor fiat. Praeterea, quoniam contraria nullius rei essentiam, id est substantiam, subiectumque videmus esse, & subiectum dubio procul principium est, & ijs quae de eo dicuntur, & quae ei inhærent prius; si sola contraria principia sint, utique principij principium sit, & è non substantijs in super substantie fiant, & non substantie substantias precedant, siquidem substantiam substantiae contrariam esse non dicimus; & quae à contrarijs fiunt entia, substantiae omnino sunt. Quocirca, inquit, si quis, & priorem, & hanc orationem veram esse existimari, cum necesse est, si vtramque tueri voluerit, contrarijs tertium aliquod suscipere, id quod antiquioribus positum est omnibus, & si non idem omnibus, sed alijs aliud; at omnes certè quod posuere contrarijs figurant, ut densitate & raritate, intentione & remissione; quas exuperantiam, & defectiorem esse constat. Et quidem videtur opinio hæc vetus esse, vnum, & exuperantiam, defectioremque, materiam nimirum, & duo contraria, eorum quae sunt, principia esse, quaequam non eodem modo; quòd veteres duo agere, & vnum pati dicerent. posteriorum autem non nulli contrarium potius inquit, vnum videlicet agere, & duo pati. Ijs igitur, qui partim hæc, partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa affirmare cum ratione quadam coniunctum, ut ante diximus, videtur, sed tribus plura minime; vnum, n. ad patiendum est satis, & vel Peripateticorum omnium consensu duo ad agendum. Tum, si quattuor positis, duae erunt contrarietates, vtriusque separatim contrarietatis naturam quandam mediam esse oportebit; si verò ex se vicissim possunt generare, si scilicet contrarietas altera ad omnium factis sit generationem, altera profectò superuacanea erit contrarietas; sed nec plures possunt esse contrarietates primae; quandoquidem substantia vnum genus est eius, quod est. Principia igitur eo solum, quòd aliud alio prius, non genere differunt: in vno enim genere vna est prima contrarietas, omnesque in vnam videntur contrarietatem reduci. Quae verò contrarietas substantiam, in qua generationes fiunt, & corruptiones, quae manifestè si non sola, at princeps certè hic inquitur, quae, i. naturae agentes materiam, è qua quae generantur, corrumpunturque entia constituuntur, occupent, informantque, & in entia agant (neque enim dubium esse potest, quin si non sola te,

1. Phys.
tes. 50.
& seq.

at principes certè, vt dictum est, inquirantur) principiorum naturam, numerumq. nos edocens, parum explicat Aristoteles. At multis postea interiectis, & non amplius fortè agentia rerum omnium principia, sed singularum immutationem inquirens, formæ attulit, & priuationis oppositionem. Itaque Peripateticis omnibus contrarietatem, à qua substantia, idest materia, vt dictum est, è qua quæ generantur, corrumpunturque entia fiunt, occupetur, informeturque, formæ, priuationisq. oppositionem Aristoteli positam esse placet. Et alibi omnino vtrum rerum omnium eadem principia sint inquirens, eadem quodammodo esse, & quodammodo non esse enunciat; eadem quidem, quòd omnium forma, priuatio, & materia sint; non eadem verò, quòd horum vnumquodq. circa vnumquodq. genus diuersum est. Cur id factum sit, & quid forma, quid priuatio Aristoteli significet, intueri ne grauemur: nisi enim rectè perspectum id sit, quæ agentium principiorum numerus ei positus sit, ambigi fortè queat.

FORMAM CONTRARIJ NOBILIORIS LOCO, PRIVATIONEM
verò ignobilioris Aristoteli positam esse. Cap. III.

1. 7. hys
tex. 48.
49.



ONTARIO RVM oppositiones, & contrarietates ipse nequaquam prorsus à se ipsis diuerse, & quæ nihil sibi ipsis conueniant, sed alia veluti ab alijs enasci, ab alijs scilicet alia contineri antiquioribus, & ipsi etiam Aristoteli visa sunt: quin etiam ipsarum series eo ab illis descripta est ordine, vt quæ subsequitur à precedente assidue, & ab vna omnes contineri appareant. Antiquiores inquit Aristoteles, omnes principia contraria posuere, sed differunt inter se, quòd alij priora, alij posteriora, & non nulli ratione, alij sensu notiora accipiunt. Quidam enim calidum, & frigidum, alij humidum & siccum, alij par, & impar, non nulli concordiam, atque discordiam generationis causas ponunt: quæ quidem inter se eo modo, qui dictus est, differunt; alia scilicet priora sunt, & ratione notiora, alia posteriora, & sensui magis exposita; vt eadem quodammodo, & diuersa dicant; diuersa quidem, vt plurimis videtur; eadem verò proportionem, cum ex eadem serie accipiant. Quod explicans, ait, Si quidem contrarium alia continent, alia continentur. Sic igitur eodem, & diuerso modo, meliusq. & deterius; eodem quidem modo, quòd omnes duo contraria, & ex eadem serie, diuerso verò, quòd non eadem, & melius, quòd quæ continent, deterius verò, quòd quæ continentur principia posuere. Propterea verò id, vt existimandum est, quòd non entium modò quæ è substantia, è tangibilem nimirum, vt inquit, corporum materia, & à contrarietate constituuntur, quæ eam occupat, informatq. & dicta agit in entia, sed reliquarum itidem rerum omnium, quæ reliquis è generibus, reliquisq. è materijs, & à reliquis fieri contrarietatibus Aristoteli videntur, principia queruntur. Neque enim, vt nobis, ita & ipsi reru facultates omnes, speciesque, & conditiones proprias rerum naturas sectantur, ac ab illis inexistentibus oriuntur, eidemque, cui ea, inhæret materia, sed illarum pleræq. ab alijs Aristoteli naturis, alijsq. constituntur è materijs. Non scilicet colores, saporesq., cuiusmodi nobis, inexistentis illi caloris species, hi verò actiones, nec vni, eidemq. inesse materia, sed alijs à naturis, alijsq. è materijs fieri Aristoteli videtur. Itaque vtrorumque principia, contrarietates scilicet à quibus, & materias è quibus fiunt, summa inquit diligentia. Nò omnium rerum eadem principia, sed singularum propria; præterea & quæ in rebus fiunt immutationes, non omnes iuxta contrarias naturas, sed quædam, cuiusmodi quæ iuxta virtutem, vitiumque, & iuxta scientiam, inscientiamque fiunt, iuxta formam, habitumque, & priuationem fieri Aristoteli cum viderentur, harumque, & illarum omnium causas ponendas existimaret, si (quod faciendum fuit) naturalium rerum non innumera propemodum principia, sed quam paucissima ponenda, vtrique vniuersalissima contraria, & quæ contraria reliqua continent omnia, ponenda fuere, forma scilicet, priuatioque: nam forma contrarietatis cuius-

entis nobilioris, præstantiusq. contrarium, priuatio ignobilioris, deteriusq. Aristoteli significat. Itaq. passim calorem, albedinem, dulcedinem, leuitatem, motumq., & præstantius contrarium quoduis formam, frigus, nigredinem, amaritatem, grauitatem, immobilitatem, & deterius contrarium priuationem appellat. Et quæ horum cuiusuis in oppositum sit immutatio, quòd è priuatione in formam, habitumq. fit, verà, simplexq. generatio Aristoteli, at non quæ è præstantiore in deterius sit immutatio, vt vbi ex igne Terra fit; quòd nimirum in illa, si non ex non ente, at ex eo certè, quòd minus est ens, verum ens, in hac autem è vero, absolutoq. ente, imperfectum constituitur ens. Cuius, inquit, differentie hoc aliquid, formam scilicet, habitumq. significant, id magis substantia est; cuius contra differentie priuationem magis, id magis non ens est: his aut differentijs ignis, & Terra differunt. Et formæ, priuationisque reliquarum omnium oppositionem primam esse, & omnes continere contrarietates, alibi satis longo sermone declarat & satis tandem declaratum supponens, Prima (inquit) contrarietas habitus est, & priuatio. Quod non ita multò post explicans, Si generationes inquit è contrarijs in natura fiunt, è forma autem, & formæ habitu, aut ex aliqua formæ priuatione fiunt; patet omnem quidem contrarietatem, priuationem quandam esse, priuationem autem non omnem fortasse contrarietatem esse. Patet etiam per inductionem; omnis enim contrarietas contrariorum habet priuationem. Tum quasi sermonem ab soluens, Quare (inquit) per priuationem semper contrarium alterum dici patet. Quæ exponens Aphroditicus, licet, inquit, in libro de generatione satis sit demonstratum, generationem omnem, vel ex forma, & habitu, vel ex priuatione fieri, tamen hic quæque repetendum est. Nam cum ex musico, & albo immusico fit, aut nigrum, ex forma, & habitu efficitur generatio: vt enim in libro, quem modò citauimus, docetur, formæ præstantiores habitus sunt, & magis formæ, deteriores verò priuationes: cum igitur ex immusico, aut nigro, musicum efficitur, aut album, ea generatio ex priuatione fit. Quòd si nigrum & album contraria sunt, & nigrum est albi priuatio, & immusico musici, dubitari non debet, quin omnis contrarietas priuatio sit, atque habitus; at non omnis priuatio contrarietas est, quoniam priuatio multifariam dicitur. Inductio ne etiam palam esse, ait, omnem contrarietatem priuationem esse; nam frigida caloris habet priuationem, albedinis nigredo. Ex hoc autem priuationem non aliud esse colligimus, quam alterum contrariorum, hoc est, alteram partem contrarietatis, nigrum enim vna pars contrarietatis est, quæ integra ex albo, nigroq. constat. Contrarietas igitur omnis, priuationem, inquit, habet, & priuatio est alterum contrarium. È quibus formam (quòd dictum est) nobilioris, priuationem verò ignobilioris contrarij loco, itaque vt existentem naturam, & nobiliori contrariæ contraagentem, Aristoteli rerum omnium principia inquirenti, priuationem positam esse, ita declaratum existimo, vt non amplius declarandum videri possit. At quando Peripateticorum nonnullis, propterea quòd paulò post manifestè ea, vt non ente, ad singularum rerum generationem vt videretur Aristoteles, perpetuò, vt non ens, ei positam esse contendent, idq. nisi rectè innotuerit, qui principiorum numerus Aristoteli positus sit, innotescere minimè queat, rem diligentius rimari, singula scilicet Aristotelis principiorum naturam, numerumq. inquirentis dicta, verbaque amplius, attentiusque inquirere ne grauemur: & si (quòd nobis, & Peripateticorum præstantissimus videtur) priuatio modò, vt ignobile quidem contrarium, at ens certè, agensq., modò verò vt non ens posita sit, quòd incredibile non sit, temerè id Aristoteli factum fuisse, ratio indaganda; qualicumque id videri queat.

ARISTOTELI RERVM OMNIVM PRINCIPIA INVESTIGANTI PRINATIONEM vt ignobile contrarium, at vt ens omnino, agensq; positam esse, vel si ea ad singularum rerum immutationem vt non entis vt videtur.

Cap. III.

1. Phys.
101. 42.

PRINCIPIORVM naturam inuestigās Aristoteles, optima, inquit, ratione principia omnibus contraria posita sunt. Nanque principia neque ex sese, neque ex alijs, & ex his omnia esse oportet: contrarijs autem primis hæc insunt. Rectè sanè, quoniam ens nullum videre est, cuius naturæ, conditionibusque, & cui ipsi natura alia, aliæq; conditiones, & ens omnino aliud contrarium non sit; utiq; entia omnia è contrarijs principijs necessariò constant. Ea igitur contraria principia ponenti Aristoteli, è quibus res sunt, consentiq; omnes, & duo tantum illa esse statuenti, nequaquam illorum alterum vt non ens, & non agens poni potuit. Neque enim ex huiusmodi ens quodpiam esse, constareque, & quæ sunt, nequaquam vno è contrario, & è natura, formaq; vna esse omnia arbitrari decet: è quibus scilicet naturis entia esse, & quæ in constitutis permanere videri non possunt, quantumuis ad rerum generationem pertinere nobis appareant, principia, quæ manifestè hic ponit Aristoteles, ea scilicet, è quibus sunt, & è quibus res constant omnes, positas ei esse suspicari non licet: nam talia omnino principia inquiri hic, nulli dubium esse potest. Manifestè enim propterea contraria prima principia ponenda esse decernit, quòd ex his omnia sint, & consent: præterea, & quòd ea ipse non principia, sed elementa appellanda existimat; & passim elementa appellat. Omnes (inquit) elementa, & quæ principia ab ipsis nuncupantur contraria ponunt. Et paulò post, inquit, qui partim hæc, partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa, cum ratione coniunctum. Elementa verò ea dubio procul Aristoteli dicuntur, è quibus constant, & in quæ resoluuntur entia. Et magnopere certè incusandus sit Aristoteles, si rerum omnium principia inquirens, non ea inquisierit principia, è quibus res constant omnes. Quin è contrarijs primis omnia esse, ac rerum omnium principia contraria esse amplius explicans Aristoteles. Atqui, inquit, & ratione quomodo hoc accidat, considerandi est. Sumendum itaq; primum est, nò quod uis in quoduis agere, nec quoduis à quouis pati, neq; è quouis quiduis fieri, nec quod uis in quiduis corrumpi, nisi fortè ex accidenti; sed per se naturam quamuis in contrariam modò agere, aut intermedias, & à contraria modò pati, aut ab intermedijs, & quæ sunt è contrarijs modò fieri, aut ex intermedijs, & quæ corrumpuntur in contraria modò corrumpi, aut intermedia; album in nigrum modò, aut intermedios colores agere, & à nigro modò pati, aut ab intermedijs; qui ex albo, nigroq; sibi ipsis commixtis Aristoteli confecti, & ex utroq; constantes, utriusque, vt dictum est, contrarij sunt. Optimè è rerum actionibus, passionibusque, & è rerum generationibus, corruptionibusq; & magis etiam ex his principia, è quibus res constant, venatur Aristoteles. Quoniam verò generabilium, corruptibiliumq; rerum, & quæ mutò in se ipsas immutantur, principia hic inquit; si naturarum, conditionumque, è quibus res constant, ingenium, si scilicet quæ à quibus, & in quas immutari aptæ sint, innotescat; principia itidem, è quibus res sunt, innotescant. Neque n. ab alijs rerum naturis, conditionibusq; è quibus sunt, & quibus immutatis, ipsæ itidem res immutantur, principia è quibus sunt res, nec res etiam ipsæ alijs videri possunt, nec sunt omnino alia, & magis è rerum passionibus, immutationibusq;, quam ex actionibus. Nā alba in nigra, intermediaue immutari perpetuò, omnibus manifestum est; at nò & natura itidè, cuius ea est actio, vel non æquè perpetuò patet. Rectè itidem naturas quasuis, & quasuis rerum conditiones in contrarias tantum, intermediasq; immutari intuitus, & propterea rerum principia contraria esse ratiocinatus, subdit, Quòd si ita se res habet, quicquid gignitur, è

Tex. 47.

contra-

contrarijs profectò gignitur, & quicquid interit, in contraria interit, atque in ea, quæ inter hæc locata sunt: è contrarijs autem fiunt, quæ in illorù medio locata sunt, vt colores ex albo, & nigro. Quæcunque igitur natura fiunt, aut contraria sunt, aut è contrarijs. Si quæ agunt, patiunturq; entium conditiones, in contrarias tantum, vel in intermedias agunt, & à contrarijs tantum, intermedijsq; patiuntur; & quæ corrumpuntur, quæq; fiunt, in contrarias, intermediasq; tantum corrumpuntur, & è contrarijs tantum, intermedijsue fiunt: utiq; res, quæ natura fiunt, quæ generantur, & corrumpuntur, contraria, aut è contrarijs sint oportet; tales scilicet qualia principia, è quibus constant, conspecta sunt. Vt mihi quidem nulla amplius dubitandi occasio reliqua esse videatur, contraria, quæ principia Aristoteli ponuntur, æquè entia, & æquè agentia posita ei esse, & è quibus sibi ipsi commixtis intermedia nature fiunt: Siquidem è principiorum natura rerum naturam manifestè colligit, & ex illis res contrarias, aut è contrarijs esse enunciat. Rerum, inquit, quæ generantur, principia iure contraria posita esse in dè manifestum sit, quòd quæ agunt, patiunturque, non in queuis, neque à quibusuis, sed in contraria, vel intermedia modò agunt, & à contrarijs, intermedijsue modò patiuntur, & quæ sunt, non è quibusuis, sed è contrarijs modò, vel intermedijs fiunt. Tum, quòd si ita se res habet, inquit, (si scilicet principia, è quibus res sunt, contraria, vel intermedia sunt) ipsas itidem res contrarias, vel intermedias esse oportet. Ac ne se reatus quidem Aristoteles foret, si principia, è quibus res omnes constant, ponens, non huiusmodi ea ponat, cuiusmodi res ipsæ existant, contraria nimirum, & quæ sese mutuò oppugnent, imminuantque, & interimant. At reliqua prosequamur. Et aliorum, ait, plurimi hucusque ferè profecti sunt: oēs enim elementa, & quæ ab ipsis principia nuncupantur, quamquam sine ratione, contraria tamen ponunt, quasi ab ipsa veritate coacti: sed differunt inter se, quòd alij priora, alij posteriora, & nònulli ratione, alij sensu notiora, quidam enim calidum, & frigidum, alij humidum, & siccum, alij par, & impar, nonnulli concordiam, atque discordiam generationis causas ponunt: quæ quidem eo, qui dictus est, modo differunt, vt eadem quodam modo, & diuersa dicant, diuersa quidem, vt plurimis videtur, eadem verò proportione, cum ex eadem serie accipiant; namque contrariorum alia continent, alia continentur. Sic igitur eodè, & diuerso modo, meliusque, & deterius enunciant. Ergo, si antiquiores principia contraria ponentes, præter morem suum nihil Aristoteles damnat, quin non quidem à ratione ductos, at à veritate coactos, à rerum scilicet contrarietate, quæ adeo manifesta est, vt neminem latere queat, admonitos, & quasi manu ductos secum, eosque profectos affirmat, vt rerum principia contraria omnes ponerent; eoque tantum crimine illorum non nullos incusat, quòd non vniuersalem oppositionem, & qua posita, particulares, sensibilesque contrarietates, quæ ab illa contineri Aristoteli vident, posite essent omnes, ponere cum possent, particularem quampiam, sensibilemque, & ab alijs contentam, qua posita, alia nulla poneretur, ponere maluerit: certè & ipse quoque, contraria ponit, quæ illorum contrarijs proportione respondeant, & ex eadem, vt ipse inquit, serie sint, quæ æquè entia, & æquè agentia sint, & quorum alteri ita opponatur alterum, vt calido frigidum. Ita enim magno paruum, & exuperanti defectus, & formæ priuatio opponi Aristoteli itidem videtur: siquidem parum abest, quin exuperanti defectusque oppositionem, & ipse attulerit, & id modò, quòd à formæ, priuationisq; oppositione, & illa itidem contineri videtur; at illam ponentes admittit, probatque. Nec verò, si priuatio hic, vt formæ educendæ absentia, posita Aristoteli foret, secum eosque antiquiores profectos dixerit vnquam: siquidem priuationis naturam ante ipsum nulli conspectam esse prædicat; eaque inuenta, antiquioribus veluti insultat. Tum dictorum principiorum numerum inquirens, Proximum est, inquit, vt dicamus, utrum sint duo, an plura: vnum enim esse nò potest, quòd contraria vnum non sint; sed nec infinita, quòd in omni genere vna sit contrarietas: substantia autem vnum genus est

1. Phys.
101. 47.

Tex. 48.

Tex. 78.

Tex. 50.

20 nus est quoddam. Quoniam igitur veluti alijs in generibus, ita & in substantia vna cō-
 21 trarietas esse Aristoteli videtur: ea reliquorū generum contrarietatis similis sit oportet,
 22 ē contrarijs nimirum constet, quorum alterum ita alteri opponatur, eam denique
 23 rationem ad alterum habeat alterum, quam album ad nigrum, dulce ad amarum, &
 24 reliquarum contrarietatum contrarium alterum ad alterum. Itaq; quoniam illę om-
 25 nes ē nobiliore altero, ex altero verò ignobiliore quidem, at æquę certē existente, &
 26 æquę agente contrario constant; sic & quę in substantia est contrarietas, & ipsa ē con-
 27 trarijs duobus, si non æquę nobilibus, at æquę certē existentibus, & æquę agentibus,
 28 quin quę se se mutuò oppugnent, deturbentque, constet, necessē est. Eam porrò for-
 29 me, priuationisq; nomine appellat: idque agit, quòd rerum omnium ponenti princi-
 30 pia vniuersalissima contrarietas, & quę contrarietates reliquas cōtineret omnes, quā
 31 nimirum posita, reliquę omnes positę essent, ponenda est, talisque formę & priuatio-
 32 nis oppositio visa est Aristoteli esse. At alibi (vt videbitur) manifestē caloris eam esse, fri-
 33 gorisq; enunciat. Tum materia itidem, quę necessariò contrarijs subiicienda est, inuē-
 34 ta, Verum hoc vnum, id est materiam omnes, inquit, contrarijs figurant, vt densitate,
 35 & raritate, intensioe, et remissione, quas exuperantiam & defectioem esse constat.
 36 Et quidem videtur opinio hęc vetus esse: vnum, exuperantiam, & defectioem eorum,
 37 quę sunt, principia esse, quanquam non eodem modo, quòd veteres vnum pati, & duo
 38 agere dicerent. posteriorum autem nonnulli contrarium potius inquam, vnum age-
 39 re, & duo pati. Ex his etiam apertissimē deducitur contrarium, quę principia Aristo-
 40 teli ponuntur, vtrumq; æquę ens, & æquę agens positum esse: manifestē enim veteres,
 41 qui materiam vnam posuere, eamq; duobus contrarijs, & ignobiliore quidem altero,
 42 at & ipso existente, agenteq; figurauere, admittit, probatq; omnes: posteriores verò,
 43 Platonem, eiusq; affectatores non item; quandoquidem tribus ē principijs vni modò
 44 agendi, duobus patiendi vim attribuunt. Itaq; subdit, ijs igitur, qui partim hęc, par-
 45 tim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa alij mare cum ratione quadam con-
 46 iunctum, (vt antè diximus) videtur. Et tria ad summum principia, vnam materiam, &
 47 duo contraria ad rerum omnium constitutionem afferenda esse, satis dilucidatum re-
 48 putauit, at nondum tribus plura necessaria non esse, declaratum erat; siquidem cum
 49 in alijs, at in colorum præcipuē, saporumque generibus, tum verò & in substantia ipsa
 50 plures contrarietates inesse apparent, nō scilicet duo modò entia, quę summē sibi ip-
 51 sis contraria forent, spectari, sed innumera propemodum, eaque omnia sibi ipsis op-
 52 posita, & quę tametsi vna ē materia, at non tamen vna à contrarietate, & duobus om-
 53 nino à contrarijs constituta uideri queant, veluti neque colores omnes, omnesq; sapo-
 54 res. Idcirco tribus, inquit, principijs plura afferenda nō sunt, siquidem ad patiendum
 55 vnum satis, & duo igitur ad agendum, vel Peripateticorum omnium consensu. Et cla-
 56 rius id declaratur: us addit, Tum si quattuor positus, duę erunt contrarietates; vtriusq;
 57 separatim contrarietatis naturam quandam mediam esse oportebit: plures, inquit, cō-
 58 trarietates ad rerum constitutionem si afferantur, plures itidem medię naturę, mate-
 59 rię nimirum, afferendę sunt: etenim contrarietas quauis propriam Aristoteli materiã
 60 sortita est. Itaq; colorum, saporumque constitutionem inquirens, summa vtrorumq;
 61 materiam inquirat diligentia, & transparentiam illis, his verò a quę subijcit humida-
 62 tem. Et plures quidem materias non esse nihil amplius (vt uidetur) docendum ratus,
 63 quòd scilicet satis declaratum, seu quòd nihil declarandum existimaret, satis à mutua
 64 rerum omnium inuersione manifestatum; neque enim si ē pluribus consent materijs,
 65 quoduis in quoduis immutetur, sed ea modò in se ipsa mutuò, quę ex eadem consent
 66 materia; at plures in substantia contrarietates non esse, id verò amplius explicandum
 67 existimans, si verò ex sese, inquit, vicissim generare possunt, altera profectò superua-
 68 canea erit contrarietas: si vt Peripatetici ad vnum exponunt omnes, contrarietas vna
 69 ad entium omnium satis sit generationem, superfluò adijciatur altera. E quibus neque
 70 alteram

1. Phys. tex. 55.

Tex. 56.

Ibidem.

alteram contrarietatem ad rerum generationem afferendam esse, satis declaratum sup-
 20 ponit: nam vna à contrarietate, & à duobus tantum contrarijs entia omnia constituta
 21 esse, mutua omnium in omnia manifestat inuersione. Quoniam quęuis in quęuis immu-
 22 tari, & ē quibusuis quęuis fieri videntur, & actio, passioque, & immutatio omnis à cō-
 23 trario tantum, atq; in contrarium fieri, & naturę vni una modò visa est cōtraria; vtiq;
 24 quę in sese mutuò agunt, mutuoq; in se ipsa immutantur, à duobus tantum contrarijs
 25 constituuntur. Neque his contentus, quòd substantia, materia nimirum tangibilium
 26 entium pluribus à contrarijs, & à pluribus, quam colorum, saporumq; materia detine-
 27 ri, informariq; videri potest, siquidem innumerę propemodum, longeq; à se ipsis di-
 28 uersissimę entium species ex ea fieri videntur; itaq; amplius id declarandum existimans,
 29 Sed nec plures, inquit, possunt esse contrarietates primę, quandoquidem substantia
 30 vnum quoddam genus est eius, quod est: principia igitur eo solū, quòd aliud alio prius,
 31 & posterius, non genere differunt; in vno enim genere vna est semper contrarietas, &
 32 contrarietates omnes in vnam videntur reduci. Vel si scilicet plures in substantia cōtra-
 33 rietates esse appareant, & vel si tangibilium entium materia à longē plurimis cōtra-
 34 rarijs naturis occupari, informatiq; appareat; nequaquam, propterea à pluribus illa cōtra-
 35 rarijs, sed à duobus modò detineri existimandū est: namq; genus quoduis, & quęuis mate-
 36 ria à duobus tantum primis cōtrarijs occupatur, & si à pluribus occupari videtur. Ne-
 37 que enim quę insunt prima sunt omnia, & genere inter se differentia, id est à primis il-
 38 lis diuersa, sed reliqua omnia ad prima illa reducuntur, ex illis. si sibi ipsis commixtis ex-
 39 oriuntur, vt in colorum, saporumq; materia intueri licet; quarum vtraq; non ab albi
 40 tantum, nigriq; & dulcis, amariq; sed illa à puniceo itidem, flauo, viridis, cœrulei,
 41 purpureiq; hæc verò à pinguis etiam, falsi, acris, acidi, austeri, acerbiq; naturis deti-
 42 neri, informatiq; videtur; nec propterea illorum altera pluribus à cōtrarietatibus deti-
 43 neri, vel à duobus pluribus contrarijs primis informati videtur; siquidē colores om-
 44 nes ex albo, nigroq;, & sapes omnes ex dulci, amaroq; sibi ipsis immixtis fiunt: non
 45 scilicet naturę, à quibus colores, sapesue reliqui fiunt, à naturis, à quibus albus, ni-
 46 gerq; color, & dulcis, amarusue fit sapor, diuersę sunt: sed quę reliquos colores, sapes-
 47 resq; constituunt, ex ijs sibi ipsis commixtis fiunt, à quibus albus, nigerq; color, & dul-
 48 cis, amarusq; fit sapor. Ex quibus quidē mihi parum diligenter Aristotelis dicta intue-
 49 ri videntur, qui ad rerum omnium generationem, formam agentem vnicam, eiusq; ab-
 50 sentiam, allatam ei contendunt. Is enim (vt visum est) ad illarum constitutionem duo
 51 saltem contraria, agentes nimirum naturas duas saltem necessarias esse nihil dubitat
 52 vsquam; at pluribus non opus esse, id verò nūquam satis declaratum existimat, quam-
 53 obrē quę id manifestat, repetere nihil grauatur. Sed quid ex alijs Aristotelis dictis, quę
 54 interpretatione quapiam indigere videri possunt, formā nobilioris, priuationem igno-
 55 bilioris cōtrarij loco positā colligimus? Ipse id Aristoteles vtrum eadem omnium prin-
 56 cipia sint inquirens apertissimē pronunciat. Omnium, inquit, principia eadem sunt, &
 57 non eadem, veluti corporum forsā sensibilem, calidum quidem, ut forma, frigidum
 58 alio modo priuatio est; & materies id, quod hæc est, potētia primū per se. Tum pau-
 59 cis interiectis, Similitudine, inquit, rationis omnium principia eadem dicere possum;
 60 perinde atq; si quis dixerit, tria esse principia, formam, priuationem, & materiam. Ve-
 61 rum vnumquodq; istorum circa unumquodq; genus diuersum est, ut in colore albū,
 62 nigrum, superficies, lumen, tenebrę, aer: ex his autem dies emergit, & nox. Quę expo-
 63 ponens Aphrodisiæus, ad vniuersalissima inquit, spectanti Aristoteli formam dico, pri-
 64 uationem, & materiam eadem omnium initia visa sunt: omnia enim formę, priuatio-
 65 nis, & materię subiiciuntur; quod quadam inductione ostendit: nam sensibilem, in-
 66 quit, corporum forsā, id est exempli gratia, calidum ut forma, frigidum ut priuatio,
 67 materia verò quod calidum, aut frigidum effici potest. Calidum igitur est forma, frigi-
 68 dum priuatio, materia verò quod utrumque est potentia. Colligitur ergo apertissime
 69 rerum

1. Phys. tex. 50.

12. Met. phys. te. 22.

rerum omnium principia inquirenti Aristoteli, priuationem vt ignobilius quidem, at vt exillens, agensq; contrarium positam fuisse. Verum, quoniam in ijs, quæ sequuntur, ea vt non ente, & vt formæ, quæ inducenda est, absentia ad singularum immutationem vt videtur Aristoteles; si non summè absurdus, & rerum etiam naturæ contrarius videri debet; qui contrariarum rerum, & quæ sese mutuo destruant, formalia (vt loquitur) agentiaq; principia inquirere cū proposuisset, & pulcherrimè cōtraria duo, & quæ mutuo in se ipsa agerent, mutuoq; à se ipsis paterentur oportere esse cum declarasset, eorum postea altero vt non ente, & vt alterius absentia vtatur; id (vt videtur) dicendum, ad rerum omnium constitutionem contrario utroque, vt ente, agenteq; vsum esse, quæ nimirum summè sibi ipsis contrariæ cum sint, seseq; mutuo oppugnent, destruantq; à contrarijs, & æquè agentibus naturis constitutæ sint necesse est; ad singularum verò immutationem, constitutionemq; altero tantum: neque enim vbi Terra in ignem inuertenda est, Terræ viribus ibi est opus; sed sola ibi ignis satis est natura. Id verò & exempla, quæ affert, confirmant omnia, quæ à quibus singulæ, quæ fiunt res, & à quibus ea fiunt, exponunt. Et sermonem tandem absolvens, Quot igitur, inquit, rerum naturæ, quæ generationi subiiciuntur, principia sint, & quomodo tot sint, dicendum est, palamq; est contrarijs aliquid subiici oportere, & contraria duo esse; alio autem quodam modo necessarium non est: ad faciendam enim mutationem contrario rum altero cum presente, tum absente satis erit. Duo nimirum contraria, & æquè entia, & æquè agentia ad rerum omnium in vniuerso constitutionem necessaria esse, at ad singularum earum immutationem, & singularum generationem vnum sufficere. Vt mihi quidem dubitandum nihil videatur, Aristoteli rerum omnium constitutionem nos edocenti, priuationem (siquidem eius ibi meminuit vsquam) ignobilioris contrarij loco, singularum verò immutationem, generationemq; declaranti, eam vt non ens, & vt formæ, quæ inducenda est, absentiam positam esse. Atq; si ad huc modum ea vsus intelligatur, cum sibi ipsi, qui manifestissimè ea modo vt ente, agenteque, modo vt non ente vtitur, tum verò, & rerum naturæ summè concors apparebit: quando quidem satis, superque dilucidatum est, à duobus saltem, & summè ijs contrarijs, summèq; agentibus naturis entia constituta esse. Manifestè etiam singulæ, quæ immutatur, res ab vna tantum immutantur natura; & quæ ex ijs fiunt, ab vna illa eadem fiunt. Nec verò, & causam, quæ Aristotelem impulit, vt studio tanto priuationem, formæ nimirum futuræ, vt sæpè dictum est, absentiam materiæ affigeret, qua inuenta, tantopere sibi placuit, indagare pigeat: fortè enim ea perspecta, quod dictum est magis etiam manifestum fiet.

PRIVATIO MATERIAE ADDITA VETERVM DVBITATIONEM
Aristoteli diluit, Cap. V.

Tex. 71.



VETERVM, inquit Aristoteles, dubitationem hoc vno dūtaxat modo, materia nimirum pro duplici principio sumpta, & priuatione ei indita, soluere licet. Primi enim, ait, Philosophi cum veritatem, naturamq; rerum inuestigarent, quasi ad aliam quandam viam imperitia deducti, à vero aberrarunt; atq; inquit, rem nullam aut generari, aut interire, propterea quod necesse sit id, quod gignitur, aut ex eo, quod sit, gigni, aut è nihilo, quorum neutrum fieri possit: nam id, quod sit, non gigni, quando quidem iam sit: è nihilo verò nihil fieri, quod subiici omnino aliquid oporteat; atq; hoc sanè modò id, quod deinceps accidit, adijciendo multa esse negant, id solum, quod est, concedentes. Itaq; generationem, immutationemque, & rerum multitudinem substulerunt, & ipsum ens tantum, quod nec gigni, nec interire potest, posuere. Tum modum ipse explicans, quo dicta dubitatio dissoluatur, Ens, inquit, pati, aut agere bifariam dicitur, per se, & per accidens: exempli gratia, medicus per se, & quatenus medicus est, medetur, & medendi artem discit, per accidens ædificat,

cat, & niger fit, neque. n. quatenus Medicus est, sed quatenus vt ædificator fieret, & vt albus esset, ei accidit. Itaq; ex non ente quid fieri bifariam itidem dici, intelligiq; potest; aut scilicet per se, & quatenus non ens existit, aut per accidens, quatenus priuatio, formæ, quæ inducenda est, absentia, quæ non ens est, ei inest: & primo quidem modo aliquid ex non ente fieri impossibile est, secundo verò possibile; & ita sanè quæ fiunt, fieri videntur entia; è materia nimirum ens fit quoduis; at quæ, si quidem ab alia in formata sit forma, at ea certè, quæ inducenda est, priuata est. Veterumque difficultatem diluendi vnus, inquit, quidem hic modus est, alter verò, quoniam entia actu, & potentia dici possunt, quod quidem alibi magis definitum est. Alterum scilicet diluendi modum, distinctio actus, & potentia nobis suggerit: siquidem è materia cum fiunt res, ex ente potentia, non ex ente actu fiunt. Atque huius quoq; solutionis viam, priuationis (inquit) natura nobis aperuit; quippe quæ efficiat, vt materia potestate sit, non actu. Quæ scilicet materiæ forma non inest, & qua materia priuata est, quoniam ea materiæ indi potest, potestate eam habere, & potestate ea materiæ inesse dicitur. Itaque quæ è materia fiunt entia, ex ente fiunt non actu, sed potestate existente. Et propterea, inquit, Veteres adeo à veritate aberrarunt, quia hanc naturam, id est priuationem, non inspexere. Sequitur ergo manifestè ad rerum generationem priuatione, vt non ente, vt: & priuationem materiæ iniecit videtur Aristoteles, quò à laqueo se exolueret, quo impliciti antiquiores rerum immutationem, & generationem planè substulerant; eamque omnem secretionem, & concretionem esse posuerant. Nec id molientem Aristotelè damnem, vel si minore apparatu sophisma enodari possit. Quid enim obstat, quin, quod fieri passim, & quod Aristoteli itidem principiorum naturam inquirenti dictum videtur, dicamus, ex ente quidem omnia fieri, at non ex eo quod sit, sed ex alio? At vnde digressi sumus, redeamus.

TANGIBILIVM CORPORVM MATERIAM A DVOBVS TANTVM
detineri primis contrarijs Aristoteli omnino placere.

Cap. VI.



DVO agentia principia ad rerum omnium generationem ab Aristotele allata, & horum alterum nobilius formam, ignobilius priuationem ei appellatum, ita ex ipsius Aristotelis dictis declaratum arbitror, vt Peripateticos nobis assensuros existimem omnes. At abnuant licet, dum materiam certè, è qua, quæ generantur, corrumpunturque, & tangibilia, vt Aristoteles inquit, fiunt entia, quæ substantia dicitur, & est substantia, à duobus tantum primis contrarijs detineri, informarique Aristoteli placitum, positumque esse, illorum perneget nullus; cum id passim ipse prædicet, & firmissimis comprobet rationibus; resq; ipse, mutuaq; omnium in omnes actio, immutatioq; apertissimè declarat. Attamen quò amplius veritas eluceat, vel quæ sepius, & dudum conspecta sunt, ea amplius intueri graue nobis ne ducamus. Iis, inquit Aristoteles, qui partim hæc, partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa considerare cum ratione quadam coniunctum videtur, sed tribus plura minimè; nam ad patendum satis est vnum, & duo igitur ad agendum, vel Peripateticorum omnium consensu. Tum, si quattuor, inquit, positæ duæ erunt contrarietates, naturam quandam mediam esse oportebit; si verò ex sese possunt generare, altera profectò superuacanea erit contrarietas; si scilicet, vt Peripateticorum videtur præstantissimis, contrarietas altera omnia generet, superflua sit, ociosaque altera: at si non vna contrarietas, vnūque ad entium constitutionem ponatur subiectum, sed, vel contrarietas altera, vel altera suscipiens natura adijciatur; necessariò quidem vtrauis harum adiecta, & altera omnino adijcienda est. Siquidem contrarietates singulæ proprias Aristoteli

H fortitæ

sortite sunt materias, & propriorum sunt generum, & materie singulari, singulaque genera proprias modo suscipiunt contrarietates. Quod si a contrarietate utraque, & utraque a materia eadem constituantur entia; superflua sane sit, ociosaque, & contrarietas, & suscipiens natura altera: si non ab utraque, nec ex utraque eadem, at ab altera, & ex altera certa quaedam; nequaquam (quod evenire videtur) in omnia inuertantur omnia, sed ea modo in sese mutuo, que ab oppositione eadem, ex eademque constituta sunt materia. Quin do in sese mutuo, que ab oppositione eadem, ex eademque incidimus angustias; si scilicet materia ipsa una, at contrarietas duplex ponatur, in easdem incidimus angustias; si scilicet earum utraque eadem constituat, superflua sit, ociosaque altera; tum, & duo, que apparent, contraria, vnum sint, idemque. Quoniam enim in contraria modo immutatio omnis fit, & vni vnum modo est contrarium; utique quod in duo immutari visum est contraria, in vnum immutatum est. Neque igitur contentus, quod materia, in qua generationes fiunt, & corruptiones, plura contraria inesse apparent, proindeque amplius quod posuerat firmandum, comprobandumque existimans. Quin nec plures, inquit, contrarietates primae esse possunt; quandoquidem substantia vnum quoddam genus est eius, quod est. Principia igitur eo solum, quod prius est, & posterius, non genere inter se differant: etenim vno in genere vna est semper contrarietas, & contrarietates omnes in vnam semper reduci videntur. Id innuit, nequaquam multis etiam in substantia, in sensibilibus nimirum corporum materia, contrarietatibus existimandum. neque enim prima principia, vel a pluribus illam detineri contrarietatibus existimandum. neque enim primas esse omnes genereque inter se differentes, que aliarum sunt materialium, & alijs materijs inesse queant; sed ab vna omnes contineri, omnesque ad vnam reduci. Duo asserit prima contraria materiam quamuis sortita esse, & ex ijs sibi ipsis commixtis alia longe plurima fieri, que materiam eandem, veluti & prima occupent, & sibi ipsis contraria sint, ex ijsdem quidem contrarijs sibi ipsis commixtis confecta omnia, at non eadem ratione, & mensura, sed alia ex altero magis, alia minus ut in colorum, saporumque genere sepius est manifestatum. Substantia igitur, a qua que oriuntur, intereuntque entia, constituta sunt omnia, veluti & genera alia que in sensibilibus nimirum, ut ipse ait, corporum materia, veluti & rerum aliarum materie omnes ab vna prima oppositione detinentur Aristoteli videntur. Et tandem tria rerum generatarum principia esse, materiam vnam, & agentes naturas duas, que summis, contrarijsque donatę viribus illam veluti per uices occupent, informantque. nec perpetuo ab altera solum alteram, sed sibi ipsis commixtas interdum, & longe, ut dictum est, diuersa ratione, mensuraque, entia omnia, & que summę sunt contraria, & que horum intermedia componere, latius superque perducit. Sed iam contraria, a quibus prima corpora constituuntur, indagantem Aristotelem, & mutuo hęc inuertentem, tum ex his reliqua componentem audiamus.

CALOR, FRIGUS, SICCI TAS, HUMIDITAS QUATTUOR PRIMA
 corpora Aristoteli constituunt; calor quidem, & siccitas ignem, calor, & humiditas
 aerem, frigus, & humiditas aquam, frigus, & siccitas terram. Cap. VIII.

de ge.
 tex. 7. et
 seq.



QUONIAM ait Aristoteles. sensibilis corporis principia querimus, hoc est tangibile, tangibile autem cuius sensus est tactus; manifestum, quod non omnes contrarietates corporis formas, & principia faciunt, sed solum que secundum tactum: secundum contrarietatem enim differunt, & secundum tangibilem contrarietatem. Ipsorum autem tangibilem diuidendum, quales primę differentię, & contrarietates; sunt autem contrarietates secundum tactum hęc, calidum, frigidum, siccum, humidum, graue, leue, durum, molle, viscosum, aridum, asperum, leue, crassum, tenue. Horum autem graue quidem, & leue, neque actiua, neque passiuę. non enim quod aliquid in aliud agat, vel quod ab alio patiantur, dicuntur. Oportet autem actiua, & passiuę ad inuicem

inuicem esse elementa: miscentur enim, & mutuo in se transmutantur, calidum autem, & frigidum, & siccum, & humidum, illa quidem, quod actiua, hęc autem, quod passiuę sunt, dicuntur. Calidum enim, quod congregat ea, que generis eiusdem sunt; segregat enim, quod inquit facere ignem, congregare est ea, que sunt eiusdem generis; contingit namque excipere aliena. Frigidum autem, quod coniungit, & congregat similiter & ea, que eiusdem, & que non eiusdem sunt generis. Humidum autem, quod interminabile proprio termino, facile autem alieno terminabile est. Siccum autem, facile terminabile proprio termino, difficulter autem alieno. Tenue autem, & crassum, & viscosum, & aridum, & durum, & molle, & alia differentię ex his. Quonia vero replere aptum est humidum, & repletium ipsius est humidi, quia proprio termino cum non contineatur, facile autem alienum suscipiat, sequatur omnino quod contingit; idem vero & tenue facere aptum sit; subtilium enim est partium, & quod tale est, repletium est; totum enim totum tangit; & tenue maxime tale est; manifestum est, quod tenue quidem humidi, crassum vero siccum est. Rursus autem viscosum quidem humidi; viscosum enim humidum quidem est, at non illud, purumque, sed passum quid, veluti oleum, quod nimirum, aquę instar, proprio quidem termino interminabile; at quod contingenti magis, quam aqua affigitur; quod nimirum veluti crassitiei particeps, minus, quam aqua, a se ipso separatur. Aridum autem siccum; aridum enim est, quod perfecte siccum est, adeo ut, & congelatum sit, propter proprię humiditatis defectum. Amplius molle quidem humidum, durum autem siccum: molle enim, quod in se ipsum cedit, & non renititur, quod humidum facit. Quapropter non est humidum molle, sed molle humidum, durum autem siccum est; durum enim, quod congelatum est, congelatum autem siccum est. Manifestum est igitur, quod omnes alia differentię reducuntur ad primas quattuor, hęc autem non amplius in pauciores: neque enim calidum, quod humidum, vel quod siccum, neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum, nec frigidum, siccumque, vel mutuo sub se ipsis, vel sub calido, & humido sunt. Quare oportet quattuor has esse. Quoniam igitur quattuor elementa sunt, ipsorum autem quattuor sex coniugationes; contraria autem sibi ipsis coire, iungi; non possunt; calidum enim, frigidumque, vel humidum, siccumque simul ut sint, fieri non potest; manifestum est, quod quattuor sunt elementorum coniugationes, calidi, & siccum, & calidi, & humidi, & rursus frigidi, & siccum, & frigidi, & humidi, & rerum in super nature tales coniugationes corpora, que simplicia apparent, constituta sunt, ignis, Aer, Aqua, & Terra; Ignis enim calidus, & siccus est, Aer calidus, & humidus, Aqua frigida, & humida, Terra frigida, & sicca.

IN QUIBUS AGENTIA PRIMORVM CORPORVM PRINCIPIA, ET
 ipsa constituens prima corpora, inculandus videtur Aristoteles. Cap. VIII.



MERITO agentia primorum corporum principia, & tangibilia, & que in sese mutuo agant, mutuoque a seipsis patiantur, talia nimirum, qualia ipsa sunt corpora, oportere esse decernit Aristoteles: siquidem, ut sepe dictum est, id est ens quoduis, quod natura, a qua constitutum, effectum est. At ipsa afferens principia, ipsaque constituens corpora, & sibi ipsi & rerum in super nature aduersari, & multis modis inculandus videri potest; quippe qui cum duobus tantum primis, agentibusque a contrarijs materiam omnem, e qua, & simplicia corpora, & entia reliqua fiunt omnia, detineri, figurarique, & duotantum contraria ad entium omnium constitutionem satis esse, recte docuisset, veluti sui ipsius immemor, simplicia postea corpora, non a duobus, sed a quattuor, & eque primis, & eque agentibus constitui, itaque materiam duplici ab oppositione detineri, informarique statuit. Neque minore crimine damnandus est, quod que simplicia corpora constituunt nature, mutuo eas in se ipsas omnes agere, omnesque mutuo a se ipsis pati vix locutus, a calore statim, frigoreque, & humiditate, siccitateque illa constitui decernat; quod calor, frigusque, H a agendi,

agendi, humiditas verò, siccitasq; patiendi obtineant facultatem; at paulò post humiditati itidem, siccitatiq; æquè, ac calori, frigoriq; agendi vim attribuat: & quòd aerem, & aquam, è terra à sole educi intuitus, æquè, ac terram, prima corpora statuat: & qui ignem ab altera terræ natura constitutù, & terræ ex dimidio eundem, aquæ verò prorsus contrarium statuat, cum alibi penitus terræ contrarium posuisset. Et ignè tenuem, candidum, mobilemque, terram contra crassam, tenebricosam, penitusq; immobilè, aquam verò tenuem, albamq;, & motu gaudètem cum intueretur, terram prorsus igni contrariam, aquam verò similem esse intueri poterat. Præterea, cum rectè id esse ens quoduis, quod in existens natura agens, itaque quod simile, & verè vnum est ens, ab vna id natura cõstitutum, & vna donatum natura posuisset, simplicia postea corpora, quæ maximè vna videri debent, à duobus constituta naturis oblitus vclit, & duas singulis agentes indat naturas. Ad hæc, minimè euidentiã est secutus, cum calori siccitatem, frigoriq; humiditatè, vtriq; scilicet naturas copulet, vniatq;, quas maximè vtrūque auerfatur, & quas ex ijs, quæ occupat, exuperatque, penitus perpetuò deturbat. Hæc generatim proposita, sigillatim pro nostra virili perpendamus.

ARISTOTELES SECVM PVGNANS AD PRIMORVM CORPORVM
constitutionem duplici vitur oppositione. Cap. IX.

I. Phys.
scx. 56.

RATIOMATI, inquit ipse, vt visum est, congruum videtur (neque enim sepius eadem repetere molestum erit, quæ ob oculos positã veritatem aperiant magis) tria ponere principia, at non tribus plura; quãdo ad patiendum satis est vnum, & ad agendum contraria duo, nec alterã agentium licet addere oppositionem: etenim, si alterã rerum oïum generationi sufficit, superflua erit, ociosaq; altera; si non omnium, at certarum quarundam, & determinatarum, primum non oïum eadem erunt principia; tum & superflua itidem appareat oppositio altera, cuius, scilicet, contraria alterius contrarijs coeant, & vnum fiant. Quando, n. in omnia inuerti videntur oïa; & quod immutatur, in contrarium modò immutatur; & vnum vni contrariũ; in duo immutari visum contraria, liquidò in vnum videri debet immutatum. Tum, Nec plures, inquit, possunt esse cõtrarietates primæ, quoniam substantia vnum genus est eius, quod est. Principia igitur eo solùm, quod prius est, & posterius, non genere differentia in vno, n. genere vna est cõtrarietas, & cõtrarietates oës in vnam videntur reduci. Et sermonem tandè abfoluens, Patet, inquit, contrarijs aliquid subijci oportere, & cõtraria duo esse. Aristoteli igitur in primis materialis hæc, & generatilis substantia, materia, scilicet, vniuersa, in qua generationes fiunt, & corruptiones, à cõtrarijs primis duobus tantùm detineri videtur; quæ insunt alia, nequaquã alterius generis, & prima esse, sed à primis illis manare, cõstitui, effici. Nec verò ab oppositione alia, alijsq; contrarijs prima corpora cõstitui asseclis videatur, quã à primis illis, à quibus materia detineri, figurari, atq; informari Arist. visa est: non liquidè in existentia, & agendi vi prædita nihil agant, constituant nihil, sed frustra insunt torpentia, atq; stertentia. Agentia porro, quæ è materia fiunt, oïa quidem, at prima in primis, simpliciaque cõstituunt corpora, quæ nimirũ à principijs cõstituenda sunt primis, purisque, non ab imminutis, impurisque, à quibus Arist. itidem secunda mixta cõstituuntur. Ab ijsdem itaq; contrarijs, & ab oppositione eadè, à qua materia hæc detinetur, prima itidem corpora efficiuntur Aristoteli. Quamobrem quis in magnam admirationem nõ traducatur, cum in primis naturæ principijs ponèdis, in re summi momenti, in limine ipso, à quo vniuersa naturalis methodus dependet, illum adeo pugnãtia scribere audiat? *Tis è õpar èquãvov, vt in prouerbio est. At causam tñ intueri liceat, à qua, vt videtur, reiectus, proprias positiones, & firmas quidè eas, stabilesq; deseruit, & alterã adiecit, & primã, & agentè oppositionè: que causa si vera apparuerit, & necessaria; cur ipse primus primas nõ penitus euertit positiones, secundas veras meditatuse*

ALIA:

ALTERAM AGENTIVM OPPOSITIONEM AD PRIMORVM CORPORVM
constitutionem Aristoteli adiectam esse, quòd quattuor supposuerit esse prima
corpora; & quattuor si sint, rectè id Aristoteli factum esse. Cap. X.

SI vna, inquit, sit contrarietas, iuxta quam corpora mutationem subeant, duo sint prima corpora necesse est: materia enim medium est, insensibilis ipsa, inseparabilisque. Cum igitur plura videantur prima corpora, duæ ad minimum contrarietates erunt: duæ autem cum sint, tria corpora esse non possunt, sed quattuor, quot videntur. Alterius itaque adiectione oppositionis hanc asferre causam videtur Aristoteles, quòd duo tantum si sint prima cõtraria, nequaquam duobus plura prima, simpliciaque corpora constitui queant. Quoniam è materia ea constant, & è natura sensibili, agentique; & materia per se insensibilis cum sit, actionisque omnis expers, sensibile, agendiq; vi præditum corpus constituere minime potest; nec natura etiã agens quævis, sed summa modò, atq; integra, puraque, nihil à contraria passa, vel imminuta, nihilque contrariæ commixta, à quali innumera quidem constitui possent, & constitui videntur, atque, nec prima amplius, nec simplicia, sed secunda, mixtaque. Aristoteli videntur; necessariò, si duobus plura sint prima corpora, duabus plures asferendæ sunt contrarietates nature agentes; quarum, vel singulæ singula constituant prima corpora, vel, quo Aristoteli factum est modo, alterius oppositionis altera alteri alterius commixta, coniunctaque. Quando quidem, inquit, plura apparent prima corpora, duæ ad minimum oppositiones ad eorum constitutionem asferendæ sunt. Non igitur, quòd facere visum est, agentia prius principia indagasse videtur Aristoteles, & iuxta principiorum numerum corporum numerum posuisse; sed ipsorum corporum numerum prius intuitus, tot attulisse agentia principia, quot ad illum explendum satis videri poterant.

RECTE A SENSU, ET ESSE, ET QVAE, QVOTVE SINT PRIMA CORPORA
habendum Aristoteli visum; at sensum sequuto duo tantùm, cælum,
terramq; videri debuisse. Cap. XI.

VNA quidem Aristoteles, nec prima quædam corpora, à quibus in propria ipsis perpetuò seruatis natura, quæ assidue generari, corrumpiq; videtur, constituantur, oportere esse, nec eorũ numerum ratione colligere agreditur; sed, & esse illa, & illorũ numerum à sensu, & ab ipsis habendũ esse rebus decernere videtur. Siquidè propterea prima quædam, & propterea rerum oïum elementa ponenda sunt, quòd perpetuò eadem ipsa permanentia reliqua oïa constituunt. Quòd si talia nulla appareant, nec ponenda quidè talia sint, vel maximè necessariò ponenda conspecta. Nã nisi quælibet natura agens propriũ sortita sit subiectum, in quo integra ipsa, puraque, nihil ab altera passa, imminutaque, & nihil alteri cõmixta, seruetur, vigeatq; sed ente in quouis ab altera imminatur, obledaturq; altera, & alteri cõmifceatur; periculũ forte immineat, ne mutuo assidue in sese agètibz naturis cõtrarijs, vel altera interepta, oïa ab altera occupèma rerũ constructio, & pulcherrimus rerũ confundatur ordo. At non homini tantum sapere, nec audere licet tantum, vt, si talia quædam nõ appareant, ponere talia liceat. Rectè igitur, vt dictũ est, nihil talia quædam esse, nec eorum numerũ docere aggressus Aristoteles, quattuor esse oportere agentia principia ponit, quòd quattuor appareant prima corpora. At illud mirari hominem licet, quòd omnia è terra à sole constitui intuens, & prædicans etiã, ac terræ matris nomen, patris cælo attribuens, non primum alterũ corpus terræ, cælum alterũ ponit; sed cælo omissò, aquã, & aerẽ, qui nos ambit, & qui cælo subiacet, cæli loco prima statuit, quæ oïa ipsi in primis Arist. è terra à sole maxima ex parte educi videtur, quæq; nihil, quã sensu percipiatur, ad rerũ aliarũ generationè conferunt.

H 3 Esto

2. de. ge.
tex. 34.

Est enim plantas quasdam, & quedam etiam animalia non nisi à Terra aquis made-
facta educat sol, & animalia, ut seruentur, aquis, quas hauriant, & aere, quæ inspirent,
opus habeant; non tamen ob eam rem prima ea corpora ponenda sunt. Neque enim è
quibus, vel alijs commixtis, vel etiam è solis entia quedam constituuntur, aut consti-
tuta seruantur, prima ea omnia ponenda sunt; sed, ut prima sint, id amplius ea habere
necesse est, ne ab alijs vllis, sed à se ipsis tantum fiant, & ut ad omnium cõstitutionem
necessaria sint. Insuper, quæ alia nutriunt, vel seruant, prima videri non possunt: sum-
mis enim hæc prædita viribus, quibus apponuntur, corrumpunt omnia, & in se ipsa
agunt, non se se ab illis inuerti sinunt. Sensu igitur prima corpora inuenienda esse be-
ne censet Aristoteles; at labitur deinde, quod nõ quæ sensus prima esse patefecit, quæ si
perpetuò eadem permanent, & à nullis ipsa facta alia constituunt omnia, sed quæ assi-
due immutantur, corrumpuntur, ab alijs fiunt, & quæ nihil ad aliorum generatio-
nem conferre videntur, prima ponit.

ARISTOTELES PRINCIPIA OMNIA ACTIVA, ET PASSIVA INVI-
cum oportere esse, rectè statuens, sui statim oblitus, calori, frigoriq; agendi tantum,
humiditati, siccitatiq; patiendi tantum facultatem assignat. Cap. XII.

3. de ge.
tex. 8.

R

ECET etiam Aristoteles, oportet, inquit, actiua, & passiva inuicem
elementa esse; miscentur enim, & mutuo transmutantur. At propo-
siti scopi statim oblitus, calidum, subdit, & frigidum actiua sunt, hu-
midum verò, & siccum passiva. Et sui iterum oblitus humiditati, sic-
citatiq; agendi vim, veluti & calori, frigoriq; attribuit, & primas eas,
agentesq; facit. Manifestum est igitur, inquit, quod omnes aliæ dif-
ferentiæ reducuntur ad quattuor dictas: hæc autem non amplius in-
pauciores; neque enim calidum quod humidum, vel quod siccum, neque humidum
quod calidum, aut quod frigidum, nec frigidum, siccumq;, vel mutuo sub se ipsis, vel
sub calido, & humido sunt. Quare oportet quattuor has esse. Tum à quibus singula cõ-
stituta sunt, differentias explicans, Ignis, inquit, calidus est, & siccus, aer calidus, & hu-
midus, aqua frigida, & humida, terra frigida, & sicca. Licet verò singula ea corpora bi-
narum sint differentiarum; nequaquam tamen ex æquo vtriusque singula sunt, sed sin-
gula alterius magis; Terra enim sicci magis, quam frigidi, & aqua frigidi magis, quam
humidi, aer humidi magis, quam calidi, ignis calidi magis, quam sicci. Id nimirum,
(ut videtur) inuens, quod vel si à duabus agentibus naturis singula constituta sint, &
earum vtraque in singulis agat, principem tamen locum in singulorum cõstitutione,
actioneque, & veluti formæ vicem obtinere alteram. Quo fit, ut nihil dubitandum sit,
humiditatem, & siccitatem in primorum corporum constitutione, veluti & calorem,
frigusque, agetes Aristoteli positas esse. At si amplius id manifestari quæras; ex ijs, quæ
paulò ante citata sunt, & ex ijs, quæ dicta corpora inuertens subdit, apertissimè patet.
Tex. 34. Si vna, inquit, sit contrarietas, iuxta quam corpora mutatione subeant; duo sint pri-
ma corpora necesse est: quoniam verò plura esse videntur, duæ ad minimum contra-
rietates erunt; agentes nimirum, constituentisque. Et corpora inuertens, Ex igne, in-
quit, aer, & ex aqua terra fit, altero trãsmutato; ignis scilicet siccitate ab aeris humidi-
tate, & aquæ humiditate à terræ siccitate deuicta, ac interempta: neque enim, vel aeris
calor ex igne siccitatem, nec terræ frigus ex aqua humiditatem, quibus scilicet liben-
ter Aristoteli coeunt, deturbet. Et, si, inquit, mutuo sese oppugnent, & alterum alte-
rius principium deuictum sit; tertium ex vtraque fit; & aqua quidem, si aeris calidum,
terra autem siccum; ignis verò, si terræ frigidum, aeris autem humidum exuperetur.
Itaque dubium esse non potest nihilò, quam calorem, frigusque minus humiditatem,
siccitatemque agentes positas esse: neque enim, vel frigus, vel calor humiditatem, sic-
citatemue

citatemue deturbet Aristoteli vnquam; quarum vtrique illorum, vtrumque libentissi-
me coit. At humiditatis, siccitatisque ingenium explicantem Aristotelem audiamus, &
earum vires diligentius intueamur: sique agendi vi prædita visæ sint; rectè agentium
principiorum numerus ei positus esto.

HUMIDITATEM, ET SICCATATEM ARISTOTELI ETIAM PASSIVAS
visas esse, & esse omnino passiuas. Cap. XIII.

C

ALOR, inquit, & frigus efficiendi vim habent, siccitas verò, & humor
patiendi; quod inductione probatur. Calor enim, & frigus cum ea,
quæ eiusdem, tum, quæ diuersi generis sunt, determinare, coniungere,
immutare, humectare, exicare, durare, emollire in omnibus videntur:
humida verò, & sicca, tum ipsa per se, tum quæ cõmuniter ex vtrif-
que concreta sunt corpora terminari, & alijs, quæ dictæ sunt, qualitati-
bus affici. Humiditas igitur, & siccitas nihil profus agere, nec se ipsas constituere Ari-
stoteli videntur, at pati tantum; & à calore, frigoreque, & ipsa, & mollities, duritiesq;,
& reliquæ illarum affectiones, & veluti species, cõstitui omnes. Neque aliud ferè toto
eo libro docere nos uidetur, quam humiditatem, siccitatemque passiuas profus, & ca-
loris, frigorisque, & ipsas, & quæ ipsarum propria sunt, opus esse omnia. Quin adeo
positioni huic inheret, ut ne ipsum quidem frigus profus actiuum ponat, quod aquæ
humiditati, & terræ coit siccitati, è quibus, ut è materia, & passiuo principio mixta om-
nia constitui Aristoteli videntur. Eius itaq; sectatores calorem, frigusque actiuas qua-
litates, humorem, & siccitatem passiuas passim appellat; ut sui oblitus videri possit Ari-
stoteles, qui in simplicium constitutione agentes has posuerit, velut & illas. Nec verò
(quod faciunt) in mixtorum modo cõpositione passiuas illas visas fuisse Aristoteli Peri-
patetici dicant, & non in simplicium itidem constitutione. Ut enim visum est, nõ ibi
tantum pati humiditas, siccitasque Aristoteli videtur, vbi sibi ipsis commiscuntur, sed
vtraq; illarum per se, & seorsum existens; nõ scilicet in mixtis tantum materie, & pas-
sivi principij vicem prestare, sed nihilò in simplicibus minus, quæ ex illarum altera cõ-
stituantur pura, sinceraque, & nequaquam alteri commixta. Humida, inquit, & sicca,
tum ipsa per se, tum quæ cõmuniter ex vtrifque concreta sunt corpora, terminari, &
alijs, quæ dictæ sunt, qualitatibus affici. Et simplicium constitutione tradere incipiens,
calorem modo, & frigus agere docet, humiditatem, & siccitatem pati tantum. Quo fit,
ut non iisdem modo in commentarijs, sed verbis penè in iisdem secum ipse pugnare
videatur, ut Peripateticorum etiam videretur optimis. Rerum certe naturam suo arbitra-
tu immutant Peripatetici, dum simplicibus inexistentes humiditatem, siccitatemque
agendi, & se ipsas mutuo deturbandi, interimendique, & in interemptarum sedibus
generandi, constituendiq; ui donant: vbi verò sibi ipsis immiscuntur simplicia, ea illas
spoliant, & non amplius à se ipsis, sed à calore, & frigore constitui volunt. Nihil tale
alijs in entibus, inq; alijs spectatur naturæ operibus; sed actio quæuis naturæ eiusdem
perpetuò esse, & à natura eadem idem perpetuò edi opus. Cuius itaq; opus humiditas
semel visa est, eiusdem perpetuò ponendum est, naturæ alterius nullius profus vn-
quam. Vbiq; igitur eadem humiditas ponenda est, siccitasque; & agere semel conspe-
cta, perpetuò vi agendi prædita, & agens vbiq; vel patiens tantum vbiq; ab alio,
non à se ipsa, constitui semel visa. At non secum ipse pugnat modo Aristoteles, humidi-
tati, siccitatiq; agendi vim, oppositamque deturbandi, interimendi, & in interem-
ptæ locum se ipsam constituendi, producendiq; facultatem præbens, sed cum natura
ipsa, & ipso etiam cum sensu. Siquidem (nec verò quæ ad rei cuiusuis, at multò certò
amplius, quæ ad principiorum constitutionem, explicationemq; spectant, sæpius re-
petere, & sæpius ante oculos ponere grauabimur, aut reformidabimus vnquam, vel
laborem nostrum pertesi, vel aliorum veriti fastidium: etenim rei manifestada gratia,
non

4. Mete.
cap. 1.

2. de ge.
tex. 8.

non ambitione, aut inuidia id facimus) nec humiditas vlla in siccitatem, nec siccitas in humiditatem eo modo, eaque ratione, qua agentes natura, calor nimirum, frigusque in sese mutuo agunt, seseque amplificat, agere, & sese amplificare visa est vnquam. Humida quæ sunt, vel nihil siccis commixta, ac ne contigua quidem facta, nihilq., vbi vel mole, vel robore exuperant, vel ipsa mole, vel proprio ipsorum subiecto, è quo egere, immutato, in propriam sicca agere dispositionem, & humida, qualia ipsa sunt, facere; nec humida à siccis, quo dictum est modo, agentibus sicca fieri visa sunt vnquam; at ibi modò vtraque ad alterorum agi dispositionem, vbi sibi ipsis commiscetur, vnumque ex vtrisque sit ens. Nec verò, quòd ab vtrisque vtraque immutata, ad propriamque acta sint dispositionem: id enim si queant, vbi ab alteris mole, viribusq. longè exuperatur altera, penitus in illorum agantur naturam; itaque ex vtrisque compositum ens, non (quod fieri perpetuò videtur) id modò ad exuperantis speciem proximius fiat, quod eius exuperat moles, sed integra eius donetur dispositione, penitus altera deturbata, interemptaque: sed quòd vtraque in propria seruata natura sunt, ac ex vtrisque compositum ens, ita vel vtrorumq. medium sit, vel ad altera declinat, prout eorum moles, vel æquales, vel alteram exuperet altera. Præterea non ea modò se se mutuo immutet, quæ sibi ipsis commiscetur, sed sicca omnia humida inuertant omnia, & contra, vel si sese non mole, & corpore, sed proprijs modò attingant viribus; longèque ea promptius, quæ vel humida magis sunt, vel magis sicca. At longè aliter in rerum natura obseruamus; siquidem humidissimus aer eorum, quæ subit, nullis humiditatem indere videtur vllam, quòd nimirum longè tenuissimus, nulli commisceri, vnumque fieri potest, sed commixtionem præterfugit omnem, ex omnibusque elabitur. Nec siccissimis, densissimisque à rebus, qui in ijs continentur liquores siccitatem assument vllam, immo perpetuò in illis in propria dispositione seruantur, si calor eam nullus, nullumq. immutet frigus. Nec verò quæ languidiores sunt naturæ agentes, cuiusmodi humiditas, siccitasque videri Peripateticis possunt, res vt immutent, non bene modò ijs proximæ fiant, sed vt subeant etiam eas, vniuersas nimirum simul contingant oportet; neque enim vniuersæ simul immutandæ sunt res; sed quarum suprema modò superficies immutari potest, vel profundissimæ eæ si sint, quin vniuersæ tandem immutentur, dubitare nihil contingit. Nam quæ agit vis non superficiem immutat, quæ, qualis Mathematici ponitur, nulla donata sit profunditate, sed profundam omnino, & quæ rei, quæ immutanda est, portio quædam sit. Quare, quod dictum est, suprema assidue superficie immutata, res quæuis vniuersa tandem immutatur. Tum multa videre est bene foraminulenta, porosaque, quæ neque à subeunte aere, neque ab infusis liquoribus vllis humidiora fiunt vnquam. Propterea igitur quæ sibi ipsis non commiscetur, nihil sese immutant humida, siccaque, quòd humiditas, siccitasque nulla agendi vi donata est. Et caloris omnino, frigorisque opus esse vtramque, inde apertissimè intelligere licet; quòd fluida, humidæque res ab humidis, fluidisque, frigida eæ si sint, compinguntur, conspissanturque, & ad siccitatem aguntur, vt mel declarat, quod frigidam in aquam coniectum concrefcit, & spissatur. Sicca quæ sunt, dureque, sicca, durisque, at calidis appositæ, humidæ fiunt, mollesque, & in fluores, summamque tandem aguntur in tenuitatem. Ex quibus nulli dubium esse potest, humiditatem, siccitatemque nulla agendi vi, & se se ipsas amplificandi, efficiendique facultate affectas esse; sed & ipsas à calore, frigoreque effici. In primorum igitur corporum constitutione Aristoteles sibi ipsi, naturæ, sensui aduersatur.

CALORI

CALORI SICCITATEM COIRE NON POSSE, NEC FRIGORI
humorem. Cap. XIII.

NATURAE itidem, sensuiq., & sibi etiam ipsi discors Aristoteles calori siccitatem, & frigori humorem copulat. Perspicue enim quæcunque exuperat calor, tenuia fiunt omnia, & in vaporem, fumumq. agitur; liquefiunt saltem, & emolliuntur, quæ non penitus superat, quæ humoris propria esse omnia, ipsi imprimis Aristoteli videntur. Tenuitas, inquit, mollietisque, & viscositas principia non sunt; nam sub humiditatem reducuntur, & humiditatis propriae sunt; humiditas nimirum illarum quælibet, & non pura, sinceraque, sed siccitati commixta, & passa quid à siccitate. Frigus contra quæcunque occupat, in duritiem, glaciemue agit, quæ & ipsa siccitatis propriae, et veluti siccitatis species, aut gradus Aristoteli videntur. Durum est, inquit, quod concretum, gelatumque est; quod autem concretum est, siccum est. Propria igitur caloris, & caloris opus humiditas, quæ vbi cumque calor adest agens, vertensque, vel integra ipsa adest, puraque, vel imminuta saltem, atque impura. Frigoris opus siccitas, & propria frigoris, quæ vbi cumque exuperans adest frigus, adest & ipsa, & humidissimis inditur rebus. Humidissima. n. maximeq. disfluens aqua, & aqua humidiores vapores, & ipse interdum vaporibus tenuior aer spissatur, densatur, & compingitur à frigore. Ferrum contra, & densissima quæque, & liquefiunt, & in tenuissimos etiam vapores à calore summo soluantur tandem, à non summo, & non diurno emolliuntur saltè, humidiora omnino fiunt. Manifestè porò tenuitatis opifex visus calor, nequaquam, si durare, & crassa quædà facere videtur, crassitiei itidem opifex ponendus est, pacto. n. nullo contrariae actiones naturæ vni danda: sed quæ à calore crassescunt res, tū & caloris ipsius robur, diurnitasq. diligentius inspicienda: fortè enim vel quibus crassitiei impartiri calor videtur, tenuia ea facit, aut faciat si exuperat. Calore nepe quæ crassescunt, nequaquam similia ea sunt; sed (vt in primo dictum est commentario) è longè diuersissimis composita partibus, & quarum alia multò promptius, ægrius alia attenuetur: his itaq. vix dum fortè emollitis, lentisue factis, in summam illæ actæ tenuitatem, elapsa: sunt omnes. Quare hæc vel propria è crassitiei dimotæ quid, at multò ampliore spoliata tenuitate, crassiores appareant necesse est. Nec perpetuò id tamen accidit, nā vel eodem fortè à calore, at diutius agente, in summam aguntur tenuitatem. Vbiq. igitur siccitatem, crassitiamque oppugnare, & in tenuitatem agere videtur calor: frigus crassitiam, siccitatemq. inferre vbiq., & tenuitatem, humiditatemq. vndiq. deturbare. Idque non solum à sensu, sed ab ipso etiam habemus Aristotele. Alienorum, inquit, disgregatiuus est calor, similitum congregatiuus. Soluit nimirum, diffundit, liquefacit, humiditatem deniq. frigore concretam, gelatamq. quasi nodo exoluit; & aditū singulis, facultatemq. ad simile vt ferantur, præbet. Tandem ad summum, nihil aliud agit calor, quam liquefacit, atque attenuat. Quoniam verò quæ eiusdem sunt naturæ, aut similia omnino, modo eodem, eademque attenuantur, aut liquefiunt celeritate; in vnum confluunt, & ab alijs secernuntur, quæ vel attenuari, & liquefcere nequeunt, vel vt attenuentur, diurniore opus habent concoctione. Non omnia igitur à calore secernuntur; non siquidem pix è cera, sed illi immiscetur magis. Neq. hoc peris magis, quam Peripateticorum optimis videtur. Calor itaque disgregare tantum, atq. attenuare, & humectare videtur. Frigus omnium est, vt Aristoteles inquit, congregatiuus; humida, tenuiaq. omnia, & quæ fluunt, dilabuntur, & quæ separata sunt, & diuersa, in vnum agens, compingens, constringens, in crassitiam, siccitatemq. res agit quascunque. Tum, quæ verè exiccantur, è quibus videlicet verè extrahitur humiditas, à solo exiccari calore, à quo solo educi, & qui cum solo elabi humiditas Aristoteli videtur.

Quæcunque, inquit, exiccantur, vel calefacta exiccantur, vel frigefacta. Arsiue hoc, siue

1. de ge.
tex. 10.

Tex. 13.

Tex. 2.

4. Meta
tex. 35.
et 34.

siue illo exiccantur modo, à calore omnino exiccantur omnia, vel externo humiditatem eliciente, vel interno à frigore eiecto, extrufoque, & humiditatem secum educente. Propterea igitur à calore exiccari Aristoteli videntur, quòd egrediens calor, siue à simili, cognatoque allectus, eductusque, siue à frigore eiectus cum humore suo subiecto elabatur, ac egreditur. Humorem etenim, quem non hinc modo, at passim à calore attrahi affirmat, non alia attrahit ratione externus calor, quàm calorem attrahens humori insidentem, qui cum elabatur humor. Quare quibus humiditas multa, calor inest exiguus, cuiusmodi aqua est, & quæ aquea sunt, non penitus Aristoteli exiccantur, sed conerescunt tantum, quod non absolutum, sed exiccari quoddam est: quia non vniuersam humiditatem educere potest elabens calor. At caloris propria humiditas, & sine calore esse impotens, calore spoliata, non remanet amplius humiditas, nec cedens, nec fluens amplius, sed cedit, & fluit, & iterum fit humiditas calore rursus indito. Quæ aquea, inquit, sunt, vnius caloris exitu conerescunt. Soluuntur ergo vnius caloris ingressu; & non aquea tantum, sed quæ ex aqua, & terra itidem sunt. Quæ ad terram, inquit, & ad aquam, sed plus ad terram attinent, si ex eo, quòd calore xerit, creta sunt, calore, vbi rursus aduenierit, liquantur, veluti lutum cum gelu adstrictum est. Nusquam igitur, vbi calor non adest, esse posse humiditatem Aristoteli videtur, & ibi nulla esse penitus, vbi nullus adest calor: ibi itaque vt vera generetur, magno opus esse calore; à quocunque tamen ferè quædam fieri. Quæ refrigeratione, inquit, & caloris vniuersi expiratione concreuere, ea non soluantur, nisi caloris exsuperantia, sed molliuntur, vt ferrum, & cornu; vbiunque, videlicet, calor adest agens, vertensque, humiditas ibi fit, & ibi ægrius, vbi calore penitus elapso, interemptoque, nulla penitus remansit humiditas, & eò absoluta fit magis, quò magis vincit calor. Caloris igitur propria, & caloris opus Aristoteli etiam videtur humiditas, quæ à calore constituitur, & omni tēpore ad calorem fertur, & egreditur cum calore, & quæ, calore spoliata, non remanet amplius humiditas. Frigoris opus siccitas, & propria frigoris, quæ humidissimis etiam rebus à præpotente inditur frigore, & vbi que adest, vbi exuperans adest frigus. Quasobres calori siccitatem, & frigori humiditatem iungens Aristoteles, non tantum cum sensu, & natura, sed secum etiam pugnare videtur. Quoniam igitur nihil planè humiditas, & siccitas agere visæ sunt, & à calore, frigoreque & ipsæ heri, veluti qualitates reliquæ omnes, & perpetuò ab altero altera, vt eorum neutri vtraque coire queat, & vnum fieri, quod maximè oportebat vnum constituras; nequaquam & ipsæ primorum corporum agentes causæ videri possunt.

DYPLICEM AGENTEM NATURAM PRIMORVM CORPORVM
singulis Aristoteli inditam esse. Cap. XV.

DYPLICEM agentem naturam enti vni indendam non esse, satis ipsi declarant Aristotelici; qui, si factum id Aristoteli sit, nihil eum tueri confidentes, factum esse summè omnes pernegant. Itaque nihil nobis, id si fecerit, Aristoteles damnandus; sed factum id ei esse ostendendum; Peripateticorum nimirum sententiæ, quibus factum non esse astruunt, explicandæ, rejiciendæque sunt in præsentia. An, inquit, non siccitas vtræque formæ vicem obtinet, sed materiæ altera? neque enim, vel humiditas, vel siccitas, quarum altera singulis inest, vt forma in vllis, sed vt materia, subiectumque, in omnibus Aristoteli potitur. Calor modò, & frigus, quæ in nullo coeunt, omnibus vt formæ insunt: nec, vt ratio congruum videri posset, horum alteri illarum altera perpetuò subijcitur; non siquidem naturæ eidem, at diuersis præditæ viribus, materia eadem, atque eadem conuenit sedes. Siccitas itaque, inquit, quæ non calorem modò, sed frigus itidem exacuere videtur, vtriusque subiectum est summi, intensique: humiditas verò, quæ ab huiusmodi illis destrui videtur, vtriusque itidem remissi, imminutique. Perperam sanè nam

nam præterquam quòd (vt visum est) humiditas, siccitasque nihil minus, quàm calor, frigusque in simplicibus agere Aristoteli videtur; & quòd, si res hoc sese habeat modo, summum frigus non aquæ, sed terræ, cuius siccitas est, attribuendum sit; perperam naturis summè contrarijs subiectum idem terræ. f. ignisq. naturæ siccitas assignata sit: & vni, eidemque naturæ diuersis quidem donata viribus, at vni omnino, eidemque, contrarium subiectum terræ. f. frigori siccitas, aquæ verò humiditas assignata sit. Fortè commentantur alij (quia è qualitatibus duæ agere, pati duæ, & singula prima corpora pati, & agere videntur) singulis actiuarum alteram, qua agere, & passiuarum itidem alteram, qua pati possent, assignari oportuit. Absurdum & hoc; neque enim, vt dictum est, vel actiuam tantum, vel tantum passiuam qualitas vlla in simplicibus Aristoteli videtur; sed æquè agere, & æquè pati omnes. Ignem igitur in aerem inuerti, siccitate in humiditatem inuerti, non quidem à calore, qui vni contrarius frigori, in siccitatem nihil prorsus Aristoteli agat vnquam, cui præsertim æquè libens, atque humiditati coit. In quibus minimè acquiescentes Peripateticorū optimi, nec duabus formis, & naturis duabus, ens vnum donari sustinentes, altera, inquit, qualitas verè formæ vicem obtinet, in huncque modum rem explicant. Quoniam non materiæ cuius, & quouis modo affectæ, dispositæque forma insit, sed parata sit oportet, aptaque facta materia ad huiusmodi formam suscipiendam; hoc altera præstat qualitas, materiam disponit, aptamque reddit, quæ igitur prius insit oportet, ac dispositionis subeat vicem. Hoc autem non siccitas magis, atque humiditas, quàm calor præstat, & frigus. Incommoda quidem, quæ dicta sunt, vitantes, fortè & Aristotelis sententiæ hærentes magis, qui hoc veritus (vt videtur) haud æquè à qualitate vtraque singula prima corpora detineri pronunciat, sed vnum quodque vnius magis esse, Terram scilicet sicci magis, quàm frigidi, aquam frigidi magis, quàm humidi, aerem humidi magis, quàm calidi, ignem calidi magis, quàm sicci; non quidem non vtranque summam inesse singulis, sed alteram fortè innuens, quasi materiæ, ac dispositionis, formæ alteram subire vicem, quæ igitur dominetur magis, & magis etiam operetur. At nequaquam illis minora subeunt mala. Primum enim, si materia vicem altera præbeat, minimè in omnia inuerti possent omnia, sed in opposita tantum singula, in aerem scilicet terra, & in aquam ignis, & mutuo, in aerem verò ignis nunquam, aut in terram aqua, nec contra: quid enim alterius materia in alterius agat formam? Qui præterea calor, frigusque, quæ si non sola, at summè certè agere Aristoteli videntur, dispositionis, ac materiæ vicem humiditati præbeant, siccitatiq., quæ si non & in simplicibus, in alijs certè omnibus passiuæ, & à calore, & frigore constitui Aristoteli videntur; quæ si formæ existant, agentesque, calorem ipsæ constituant oportet, frigusque, dispositiones nimirum, quibus gaudent, materiæ, quam subeunt, indant. Id enim vel in primis agere videntur formæ, materiam ipsam sibi omnes concinnant, & proprio ingenio, propriæque operationi aptam faciunt. Non siquidem igne formæ, inertelque, quæ naturæ alterius ope indigeant, aut opera, quæ ipsis domicilium parat, sedemque; sed longè ipsæ gnauissimæ illam sibi ipsis aptant, parantque, nullius ministerio vtentes, indigentesque. Calor humiditatem facit, tenuitatemque, siccitatem frigus, ac crassitiem, quòd hæc huius, illius illa propria sedes est, & proprium domicilium: & humiditas igitur calorem, siccitas verò frigus faciat oportet. Si huius hoc, illius ille subiectum est; & multò etiam id Peripateticis magis, quàm nobis, ponendum est; quibus materia apta facta forma elucet è materiæ emergens finu; quæ igitur ab eo generari, à quo materia disponi, pararique videtur: nisi igitur à forma ipsa materia paratur, à simili non generetur. Ignauissimè igitur humiditas, siccitasque, & non calor modò, & frigus, sed ne se ipsas quidem constituere vnquam visæ, quàm ongissimè absumunt, vt formæ videri possint, agentesque, & quibus calor, frigusque materiæ fiât, aut materiam disponant. Omnia itaque perentantes Aristotelici, modum inuenire nullum possunt, quo prima corpora non duplici natura Aristoteli donata esse declarent, quo neque

2. de ge.
sex. 23.

neque absurdus quicquam, nec fieri potest minus. At necessarium, ut dictum est, Aristoteli factum quattuor ponenti prima corpora, & duplici ea constituenti oppositione, & singula in omnia inuerti volenti.

NVM QVAE PRIMA CORPORA ARISTOTELI PONVNTVR, PRIMA
 hnt omnia, in proprijs singulorum ipsorum viribus, magnitudineq; amplius
 inspiciendum esse. Cap. XVI.



TA è principiorum numero, ingenioq; duo tantum ponenda esse prima corpora declaratum existimo, ut nihil id amplius declarandum videri possit. Quoniam calorem modò, & frigus agere, humiditatem, siccitatemq; materij dispositiones esse, & ab illis fieri, nec verò ab utroq; ambas, sed humiditatem à calore tantum, & siccitatem à frigore, & calorem siccitatem, frigus contra humiditatem aduersari, corumpereq; conspectum est; dubitandum non est, quin duo tantum sint prima corpora, & quorum alterum summè calidum, summèq; humidum, summè alterum frigidum, summèq; sit siccum. At tantis res momenti vndiq; manifesta ut fiat, quas Aristoteles naturas, viresque, & quam magnitudinem singulis dictorum quattuor corporum attribuit, tum verò & corpora ipsa, vel satis conspecta, iterum intueri ne grauemur. Nam humiditatem, siccitatemq; agendi ineptas, impotentisque, & caloris illam, hanc frigoris opus esse, & vni illi calorem, & vni huic frigus coire posse, itaq; corpus, quod summè calidum, summèq; sit siccum, vel quod summè frigidum, summèq; sit humidum, dari non posse, caloris, frigorisq;, & humiditatis, siccitatisq; vires, ingeniumq; inspiciantibus, & ratio, & sensus etiam ipse declarauit. An ignem fortè ipsum, ipsamq; intuentibus aquam summè hæc frigida, summèq; humida, summè ille calidus, summèq; appareat siccus? Præterea videndum, num & tanta singula sint, quanta Aristoteli ponuntur: quoniam primorum corporum singula tanta facta esse existimandum est, quanta, ut & ipsa, & Mundi vniuersi constructio seruaretur, facienda erant. Et certè, si, quanta Aristoteli ponuntur, sint, ijs itidem prædita sint naturis, quibus singula donata esse ei videntur, ac proinde, qualia Aristoteli posita sunt, videri queant. Sin, nec vires, nec magnitudinem, quas singulis attribuit, nata sint; quam longissimè aberit, ut rectè prima corpora constituerit. Quamobrem qualia, quantaq; singula illi sint, referamus.

SINGVLIS DICTIS CORPORIBVS NATVRAM VTRANQVE SVM-
 mam ab Aristotele inditam esse. Cap. XVII.

2. de ge.
 tex. 16.



PRINCIPIA, à quibus dicta corpora constituuntur, explicans Aristoteles, Calor, inquit, & frigus, & humiditas, & siccitas elementorum principia sunt: & calor siccitati coniunctus ignem, humiditati aerem, frigus verò siccitati copularum terram, humiditati aquam constituit. Itaq; manifestè idem prorsus calor, & ignem, & aerem, & idem frigus aquam, terramque, & eadem siccitas ignem, & terram, eademq; humiditas aerem, & aquam Aristoteli constituit. Quoniam verò vix dum dictorum corporum constitutione explicata, Et si ait, corporum, quæ diximus, singula binarum sunt differentiarum; nequaquam tamen ex æquo vtriusq; sunt, sed singula alterius magis: Terra enim sicci magis, quam frigidi, aqua frigidi magis, quam humidi, aer humidi magis, quam calidi, ignis verò calidi magis, quam sicci: vtique non summam vtranq; singulis, sed æram remissam inditam esse suspicari queat quis; at falsò certè, vt videtur, id putabit. Neque enim terram siccam magis, quam frigidam esse (quod vtique, si terra siccitas proprio eius frigore robustior vita foret, dicendum erat) sed sicci magis, quam frigidi eam esse dictum est; nò æquè scilicet natura ab vtraq; detineri, nec æquè sub

Tex. 23

sub vtriusq; imperio esse, nec naturam omnino vtramq; eque terre formam esse, sed siccitatem magis. Propterea id verò, quòd duplici à principio singula constituta Aristoteli forent; vtiq; duplici singula forma, dupliciq; natura agente ab illo donata videri poterant. Id autem vt amoliretur in commodum, Licet, inquit, à duabus singula constituta sint naturis, non æquè vtriusq; sunt tamen, sed alterius magis; nò quippe vtraq; sed altera tantum in singulis formæ vicem obtinet, & singulorum est forma. Et naturam vtramq; dictorum corporum singulis summam inditam, & indendam prorsus Aristoteli fuisse, inde apertissimè intelligitur; quòd naturæ cuiusuis remissio (tametsi Aphrodisiæ gratis aliter sentiat) contrariè Aristoteli sit admixtione. Ea verò simplicibus corporibus, qualia ignis, aer, aqua, terra Aristoteli ponuntur, nulla indi potest. Multoq; etiam clarius patet; quòd illa inuertens, immutansq; Aristoteles, inquit, Si terre siccitas ex aqua humiditatem deturbet, aqua in terram, sin aquæ humiditas è terra siccitatem ciecerit, nihil vsquam alterius frigore immutato, terra in aquam agatur; eodemq; pacto reliqua, quæ altera tantum dissident natura, ea vna immutata, altera nihil passa, mutuò in se ipsa transmutantur. Et aeris, inquit, calor si è terra frigus, terræ vero siccitas si ex aere humiditatem deturbet, itaq; terræ siccitas, & aeris calor vtrumque occupet, & terra, & aer in ignem transibit, & ignis fiet. Si que ignis siccitas ex aqua humiditatem, & que verò frigus ex igne calorem deturbet; nihil ignis siccitate, vel aque frigore immutato, & ignis, & aqua in terram agitur. At si ignis calor aquæ frigus, aquæ verò humiditas ignis siccitatem perdat, ignis itaque calor, & aque humiditas vtrumque occupet; & ignis, & aqua in aerem immutetur. Nihil ergo est, quod ambigatur, eundem igni, & aeri calorem, idemque aquæ, & terræ frigus, & eandem igni & terræ siccitatem, eandemque aque, & aeri Aristotelem indidisse humiditatem.

TERRA AQVAM, ET AQVA AEREM MAIOREM, ET DECVP LAM
 omnino terre aquam, & aque aerem, & terre aquam superpositam
 Peripateticis videri. Cap. XVIII.



QUO magnitudinis discrimen, & quam inter se positionem dicta corpora sortita sint, explicans Aristoteles, Terræ, inquit, moles ad eas, quæ ambiunt, magnitudines quanta sit, obscurum non est: quippe cum iam ex Astrologie theorematibus perspectum nobis sit, multò minorem eam esse quibusdam syderibus. Aquæ autem naturam consistentem, & secretam non cernimus, nec fieri potest, vt à corpore, quod circa terram situm est, diuellatur; cuiusmodi sunt, & quæ nobis patent, mare, & flumina, & si profunditas aliqua minus nobis comperta sit. Illud verò, quod inter terram, & vltima sydera interiectum est, vtrum cõsendum sit corpus vnum, aliquod secundum naturam, an plura, & si plura, quor, & quatenus suis locis distincta sint. Id postea inquirens, Si, inquit, quæ inter sydera sunt interualla igne essent referta, & sydera ex igne constarent, quoduis reliquorum elementorum iam pridem interijisset. Atqui, nec aeris dumtaxat sunt plena; communis enim ad ea corpora, quæ eiusdem sunt ordinis, proportionis æquabilitatè excederet. Idque etiam, si duobus elementis is locus, qui inter cœlum, & terram medius est, plenus statuatur: nam terræ moles, in qua omnis aquarum multitudo comprehenditur, nulla, vt ita dicam, pars est ad eam, quæ continet, magnitudinem comparata. Nec verò moles tanta se se excedere magnitudine intuemur, cum ex aqua secreta aer oritur, aut ignis ex aere. At necesse est vniuersam aquam ad totum aerem eandem habere proportionem, quam aquæ tantulum, parsque exigua ad eum habet aerem, qui ex ea progignitur. Nihil autem interest, si hæc non oriri mutuò, sed facultate tamen paria esse aliquis dixerit: hoc enim modo vires pares in illorum magnitudinibus insunt necesse est, non aliter, ac si ex alijs alia orientur. Corpora, è quibus sublunaris

1. Mete.
 cõm. 13

Tex. 25.

Tex. 27.

1. Mete.
 cap. 3.

I hic

hic Mundus compositus videtur, ignis, aer, aqua, terra, summis omnia, summeq. ed-
trarijs viribus, & quibus se se mutuo destruant, donata Aristoteli videntur: proindeq;
si illorum quodpiam reliqua mole exuperet, amplioribus præditum sit viribus, reli-
qua omnia perdat, & in se ipsum agat omnia. Propterea si seruanda fuere, æqualibus
omnino donanda fuere viribus; eadem omnibus magnitudo attribuenda fuit, non
tamen molis: id enim factum si sit, tenuiora à crassioribus, quæ è materia extensa, ex-
panfaque, & in amplius acta, ab ijs, quæ è materia magis in se ipsam conspissata, con-
strictaque, & in minimam redacta molem, constant, corrumpantur. Nam & si idem
vtrorumque virium robur, non & copia etiam eadem vtrifq. inest, sed eò singulis ma-
ior, quò maiorem materiæ copiam sortita, quò scilicet magis compacta sunt, magisq.
in se ipsa conspissata. Itaque non molis magnitudo, sed materiæ copia æqualis hæc
corporibus attribuenda necessariò Aristoteli fuit. Id verò factum sit, si qua ratione
crassioris molis portio in tenuiorem acta, ab ea, in quam acta est, exceditur; eadem &
tenuior moles vniuersa crassiorem excedat vniuersam; hoc est qua ratione terræ pugil-
lum, quæ ex eo sit, aqua excedit; eadem aqua vniuersa vniuersam excedat terram, &
ita deinceps aquam aer, & aerem ignis. In hunc modum æqualibus naturis, ac viribus
dicta corpora prædita sint omnia, nullumque imminet periculum, ne ab eorum vno
reliqua exuperentur, atq. immutentur. Ea ratione adducti, vt videtur, Peripatetici, &
è terræ pugillo decem aquæ pugillos fieri mensi, terra aquam, aqua aerem, aerem ignem
decuplo maiorem esse decreuerunt. Et leuitatis, grauitatisque ingenium, vires, & re-
ctorum motuum causas, proprios singulorum elementorum motus, & propria edocēs
Aristoteles loca, Graue, inquit, simpliciter id est, quod omnibus subsidet; leue au-
tem, quod omnibus supereminet. Aliter autem graue, & leue, quibus vtraq. insunt;
et enim supereminet quibusdam, & substant etiam quibusdam, quemadmodum aer,
& aqua: horum enim neutrum simpliciter leue est, aut graue; vtrumq. enim terra le-
uius est; supereminet enim ipsi quæuis illorum particula; & vtrumq. igne est grauius;
vtriusq. enim ipsorum quætulauis particula igni substat. Ad se ipsa verò vnum quidem
simpliciter graue est, alterum autem leue: nam aer, quantumcumque sit, aquæ super-
eminet; aqua autem, quantumcumque sit, aeri substat. Et terram, inquit, vbiq. graui-
tatem habere est necessarium, aquam autem vbiq. præterquam in terra; aerem verò,
præterquam in aqua, & terra. Et alibi, Aqua, inquit, circa terram, quemadmodum
& circa eam aeris globus, & circa hunc is, qui ignis dicitur, obtenditur. Terram Mun-
di in medio, aquam terræ, & aquæ aerem, & aeri ignem superponit Aristoteles. Re-
ctè sanè, & proprijs positionibus, ac rebus etiam ipsis in quibusdam concors, vires,
magnitudinisque discrimen, & locum his corporibus assignat. Et, quod dictum etiam
est, ab ijs constituta si sint principijs, à quibus constituta esse Aristoteles decernit, &
si quam sortita sunt magnitudinem, huiusmodi ea conueniat corporibus, talia deni-
que, tantaque singula sint, qualia, quantaque Aristoteli ponuntur. Quamobrem an-
taliam, tantaque singula sint, expendendum.

QVAE NAM AQVAE MOLES VNIVERSITAS AQVAE ARISTOTELI
visa sit. Cap. XIX.



N talis, tantaque sit aquæ vniuersitas, qualis, quantaque Aristote-
li posita est, intueri propositum. Illa verò nequaquam veluti ele-
menta reliqua, vnum in corpus collecta omnis, & seorsum à reli-
quis seposita est, sed per vniuersam terræ superficiem dispersa, & ve-
luti disseminata, passimque ex ea effluere, & passim etiam profundio-
ri terræ inexistere videtur. Et quæ illius moles magna, collectaque,
& permanens, aquæ vniuersitas videri queat, mare nimirum, nequaquam frigida, te-
nuius, dulcis, cuiusmodi aquæ elementum, & aquam ipsam oportere esse decernit Ari-
stote-

stoteles, sed calida vel ipsi est sua natura, crassa, & falsa. Nec vsquam aquæ elementū id
esse adeo perspicuè enūciauit Aristoteles, quin dubitandi locum reliquerit: quādoqui-
dem manifestè interdum id ponit, manifestè etiam aliās id demoliri apparet. Iccirco,
quæ de maris exortu, naturaque tradidit, attentè considerabimus. Nam si, vt in alijs
plerisque, ita & in his maximè anceps, perplexusque videtur; at si paulò attentius
eius dicta considerentur, dilucida fiet eius sententia. Siquidem, aut aliarum aquarum
ritu, proprijs è fontibus mare assidue emanabit, & è terra educetur, & calidum, cras-
sumque, & falsum, cuiusmodi esse Aristoteles in primis affirmat, propria natura erit;
aut nullis è fontibus orietur, sed perpetua, & permanens erit eius moles, & quas mo-
dò diximus illius affectiones, calor, crassities, falsedo, non maris ipsius propriæ, sed
veluti ex accidente quopiam illi inditæ erunt; vt vno in illo stabilem permanentemq.,
& bene vastam, & talem omnino, tantamq. aquarum molem, qualis, quantaq. aquæ
elemento conueniat, spectari, & in proprio aquæ loco positum esse illud sit conten-
dendum. Et priorem si sequatur sententiā, sine dubio aquæ elementum mare esse per-
negabit: quid enim res, quæ, reliquorum entium more quorumuis, è terra à sole esse
facta sit, assidueque fiat, primum corpus, & calida, crassaque, & falsa quæ est moles,
rei vniuersitas sit summè frigidæ, beneque tenuis, & dulcis? Sin verò posteriore nita-
tur, nihil dubitandum, quin mare aquæ elementum Aristoteli positum sit, cui nimi-
rum, quæ a quæ vniuersitate ipsum esse prohibent, demit, & cui, quæ aquæ vniuer-
sitati debentur, imperitur. Hæc igitur controuersia vt sedetur, maris exortum, natu-
ramque explicantem illum audiamus.

MARE NULLIS E FONTIBVS ORIRI, ET IN EO SOLO MAGNA,
stabilisq. aquarum moles, & propria natura dulce, tenue, & frigidum, sed dulcibus, te-
nuioribusq. sui partibus à sole in vapores actis, & calidæ amplius, sicæq. exha-
lationis à pluuijs delatæ commixtione, falsum, crassum, & calidum
factum, & in proprio aquæ loco positum esse Aristoteli
videtur. Cap. XX.

MARE, inquit, Aristoteles, nullis è fontibus oriri, nec eius vllos esse
fontes, exijs, quæ sunt, dispiciendum. Aquarum enim, quæ in terra
sunt, aliæ fluxiles sunt, aliæ stantes; ac fluxiles quidem omnes fonta-
ne. Stantium autem aliæ collectitiæ sunt, & subsidentes, vt palustres,
& quæcunque lacustres, copia, & paruitate differunt; aliæ fontane;
atque hæc omnes manu extractæ sunt. Dico autem eas, quæ putariæ
nominantur; omnium enim fontem superiorem, quàm fluxio sit, esse oportet. Quæ
propter fontane, ac fluuiatiles sponte fluunt; hæc verò arte, quæ operetur, indigent;
quæ scilicet inueniantur, & inuentæ, vt colligantur, & detineantur. Et hæc quidem
aquarum tot, & tales sunt differentiæ. His autem ita constitutis, fieri non potest, vt
maris vlli sint fontes, cum in neutro horum generum esse possint. Nam, nec fluxi-
le est, nec manu fabricatum; quorum tamen alterum fontanis omnibus conuenit.
Tantam autem aquæ copiam, quæ fontana sit, sponte stantem nullam videmus.
Præterea cum multa sint maria, quæ inter se nullo in loco commiscuntur; quo-
rum rubrum quidem cum eo mari, quod extra columnas est, parum videtur commu-
nicare; Hyrcanum verò, & Caspium ab illo etiam separata, & in orbem habitata
cum sint: vti que eorum fontes, si alicubi sint, minime lateant. Tum, De maris, inquit
ortu, si ortum est, & de eius sapore, quæ falsedinis, & amaritici causa sit, dicen-
dum. Causa, quæ veteres adduxit, vt mare aquæ vniuersæ principium, & corpus esse
existimarent, hæc est. Nam consentaneum videri potest, quoddam tonus aquæ cor-
pus esse, quemadmodum & aliorum elementorum moles est coagmentata, &
principium ob copiam, vnde distributa mutatur, & alijs admiscetur, vt ignis, qui in
1 2 supero

3. de ge-
an. 1. 112. Mete.
cap. 1.

Cap. 21

„ supero loco, aeris autem copia in eo, qui est citra ignem, terræ corpus id, circa quod
 „ omnia hæc manifestè posita sunt. Ex quo constat, eadem ratione, de aqua etiam ne-
 „ cessariò esse inquirendum. Nullum autem aliud tale eius collectū corpus, præter ma-
 „ ris vastitatem, vt cæterorum elementorum, positum videtur. Annium enim, nec col-
 „ lectum est, nec manet; sed veluti quotidie gignatur, semper conspicitur. Mare igitur
 „ humidorum, & totius aquæ principium ob hanc dubitationem esse visum est. Huic
 „ autem opinioni dubitatio altera opponitur: Cur aqua hæc simul stans potabilis non
 „ sit, sed salsa; siquidem totius aquæ principium est. At causa, inquit, huius dubita-
 „ tionis solutio erit; salsedinis nimirum causam intuitis dubitationis solutio manifesta
 „ fiet. Itaque illam explicans, inquit, Quoniam aqua circa terram, quemadmodum,
 „ & circa eam aeris globus, & circa hunc, qui dicitur ignis, obtenditur; sol autem hoc
 „ modo feratur, ob eamque causam mutatio existat, & ortus atque interitus; id, quod
 „ tenuissimum est, ac dulcissimum, quotidie effertur, secernique, & in vapores mu-
 „ tarum superiora petere videtur. Illic autem ob frigus rursus concretum, iterum de-
 „ fertur; idque natura hoc modo facere perpetuò instituit. Itaque, inquit, quod pota-
 „ bile est, & dulce, vniuersum ob leuitatem attollitur; quod autem salium est, præ pon-
 „ dere subsidit, non in suo ipsius proprio loco. Etenim existimandum est, de hoc rectè
 „ dubitatum esse: absurdum namque est, nisi aliquis aquæ, & cæterorum elementorum
 „ sit locus; atque hanc esse solutionem. Is enim locus, in quo contineri mare cerni-
 „ mus, maris non est, sed potius aquæ. Maris autem videtur propterea, quod pars sal-
 „ sa subsidit præ pondere, dulcis verò, & potabilis ob leuitatem attollitur. Quapro-
 „ pter, & flumina in eum locum omnia influunt, & omnis etiam aqua, quæ gignitur:
 „ in id enim quod maximè cauum est, fluxio est, talemque locum mare obtinet. Sed
 „ alia pars vniuersa à sole celeriter attollitur, alia relinquatur, ob eam, quæ dicta est,
 „ causam. Tum Platonis sententia, qui aquarum omnium principium, fontemq. Tar-
 „ tarum, vastam nimirum aquarum molem terræ in medio ponebat, rationibus mul-
 „ tis reiecta, & sermonem de maris loco, eiusq. salsedinis causa absoluens, inquit, Hunc
 „ ergo aquæ locum esse, & non maris; & quemadmodum pars potabilis, præter eam,
 „ quæ fluit, occulta sit, alia verò pars maneat: cur item mare aquæ potius sit finis, quam
 „ principium, non secus, ac in corporibus totius alimenti, sed humidi potissimum ex-
 „ crementum, his à nobis traditum sit. Tum, num perpetuò salium fuerit inquirens;
 „ Quod autem ad salsedinem attinet, ij(inquit) qui semel aut omnino mare generant,
 „ salium statuere non possunt. Nam si illius, qui terram ambibat, & à sole sublatus est,
 „ humoris omnis residuum mare effectum est; necesse est, aqua illa, quæ in vaporè con-
 „ uersa est, rursus adueniente, cum æqualis sit multitudo, primum quoque nihilomi-
 „ nus, aut si non primum, non etiam post salium fuisse, quando ea restituta salium est
 „ tamen. Itaque alienum omnino quippiam, cuius commixtione salium, crassumque,
 „ & calidum heret mare, & quod minimè à fluminibus deferretur (neque enim, qua ip-
 „ sa affecta non sunt salsedine, mare illa aueriant) mari indendum intuitus Aristoteles,
 „ Quoniam, inquit, positum est, duplicem esse exhalationem, alteram humidam, al-
 „ teram siccam, constat hanc rerum huiusmodi principium esse existimandum esse. Et
 „ multis quidem signis perspicuum est, eiusmodi saporem ex commixtione quapiam
 „ existere. In corporibus enim, quod minimè coctum est, salium est, atque amarum;
 „ nec aliter se habet in ijs, quæ aduruntur: quod enim à calore victum non fuerit, in
 „ corporibus excrementum efficitur; in ijs autem, quæ aduruntur, cinis. Atque hæc
 „ causa est, cui multi ex adulta terra mare fieri inquam: quod quidem hoc modo dice-
 „ re absurdum est, illud autem ex ea, quæ talis est, verum Nam, vt in ijs, quæ dicta sunt, sic
 „ etiam & in vniuerso, ex ijs, quæ nascuntur, & natura gignuntur, animo semper cõspi-
 „ ciendum est, eius generis terram, quinimò & oem ante terre exhalationem remanere,
 „ quale est id, quod ex adultis restat: ea enim ingentem hæc halituum copiam suppeditat.
 „ Quoniam

„ Quoniam autem inter se (vt diximus) vaporosa, & sicca exhalatio admixte sunt; vbi
 „ in nubem, & aquam concreuerit, aliqua semper huius facultatis copia vnà compre-
 „ hendatur, & rursus eum pluuia deorsum feratur necesse est. Atq. hanc ob causam ca-
 „ lidum est mare; quæcupq. enim adusta sunt facultate, calorem in se habent; idque vi-
 „ derelicet in cinere, & calce, & animalium sedimento, tam humidò, quam sicco. Et sal-
 „ sedinem omnino in quadam commixtione positam esse, non ex ijs tantum, quæ dicta
 „ sunt, perspicuum est; verum etiam ex eo, quòd si quis ceres vase effecto, eiusq. ore ta-
 „ libus rebus obturato, vt maris nihil illabatur, in mare illud posuerit; id, quod ceres
 „ parietes ingreditur, aqua dulcis efficitur; quod enim terreum est, & salsedinem ex ad-
 „ mixtione facit, veluti colatum secernitur. Hoc verò, & ponderis causa est, & crassitiei.
 „ Itaque (quod dictum est) mare nullis è fontibus oritur, & in eo solo magna, stabilisq.
 „ aquarum moles spectatur, & propria natura dulce, tenuisque, & frigidum, sed dulci-
 „ bus, tenuioribusque suis partibus à sole in vapores actis, & calidæ amplius, siccaq. ex-
 „ halationis à pluuijs delatæ commixtione salsum, crassumque, & calidum factum, & in
 „ proprio aquæ loco positum est Aristoteli.

MARE AQUÆ ELEMENTVM ARISTOTELI VISVM ESSE.

Cap. XXI.



„ QVONIAM igitur, vt visum est, quæ aquæ elemēto debentur, magna
 „ nimirum, stabilitq. moles, & quæ non ex assidue influentibus aquis
 „ fiat, sed perpetuò eadē fuerit, & proprius locus, ea omnia nulla alia
 „ aquarum copia, sed solum mare sortitum Aristoteli videtur; & quæ
 „ mari insunt, & aquæ vniuersitati non conueniunt, salsedo, calor,
 „ crassities, pondus, ea non maris propria, sed alienæ rei immixtione
 „ indita illi esse summè Aristoteles contendit; liquidò patet, maris molem aquæ vniuer-
 „ sitatem Aristoteli visam esse. Sed Peripateticorum nonnullis minimè id placet: nã ra-
 „ tionem, quæ inde id declarare Aristoteli videtur, quòd vno in mari ea aquæ copia spe-
 „ ctatur, quæ aquæ vniuersitas videri queat, non ut propriâ, sed vt ab antiquioribus pro-
 „ latam Aristoteli expositam esse volunt. Et locum, qui à mari occupatus est, non aquæ,
 „ sed maris esse decernens, mare aliud ab aquæ elemēto esse aperte docere videtur. Age,
 „ vel si non ijs id rationibus declarât, quibus maris molem aquæ elemētū Aristoteli po-
 „ sitam esse pernegantibus declarandum erat; nullam. l. aliã aquæ molem asserunt, quæ
 „ aquæ vniuersitas posita Arist. sit, vel quæ poni possit, quæ magnitudinem, quam aquæ
 „ vniuersitati debet Aristoteles statuit, sortita, & in proprio aquæ loco posita, terre nimi-
 „ rum circumfusa sit; diligentius tamen, num, quod in nuere videntur, antiquiorum ra-
 „ tiocinationem reiiciat vsquam, aut non admittendam decernat Aristoteles, & num,
 „ quòd quem mare occupat locum, eum non maris, sed aquæ locum esse dixerit, pro-
 „ pterea non mare, sed aliam quampiam aquarum copiam aquæ vniuersitatem ponend-
 „ am esse statuit, intueamur.

PERPERAM PERIPATETICOS QVOSDAM SENTIRE. QVI MARE
aquæ elementum Aristoteli positum esse negant, & tale ei visum esse. Cap. XXII.

„ VTI ETIAM rationem, qua inde mare aquæ vniuersitatem col-
 „ ligunt, quòd nulla alia collecta, stabilisque aquæ copia, præter illius
 „ vastitatem, spectatur, nec reiectam, nec reiiciendam videri potuisse,
 „ quin admittendam, & admissam Aristoteli fuisse, ambigi nõ potest.
 „ Siquidem illa, & dubitatione itidem, quæ vna ei aduersari videba-
 „ tur, explicata, Causa, inquit, salsedinis inspecta dictam dubitatio-
 „ nem soluet, & efficit, vt primam de mari existimationē rectè, & necessariò sumamus.
 „ Namper primam existimationē (vt vel ijsdem Peripateticis, qui mare aquæ vniuersita-
 „ tem non

rem non esse declarandum Arist. propositum contendunt) manifestè eam antiquiorū
 ratiocinationē intelligit, qua ob maris magnitudinem mare aquæ vniuersitatē esse col-
 ligebant: & alteram, eam scilicet (vt iisdem etiam videtur) qua humore, qui assidue è
 mari effertur, solem ali; seu potius qua fluuios è mari effluere ponebant (hoc enim si-
 mul cum illo antiquioribus visum esse Aristoteles tradit) at veramuis per alteram intel-
 lexit, reiiciendam omnino eam censet Aristoteles, & in sequentibus reiicit, deridet-
 que. Quod porro ait, salsedinis causa inspecta, fore, vt antiquiores rectè, & necessariò
 ratiocinatos, & mare aquæ elementum esse intelligamus, est, ac si diceret, siquidem mare
 sui natura falsum sit; perperam prorsus antiquioribus aquæ id elementum collectum
 sit tenuis, dulcisque. Quoniam verò ex accidente quopiam falsum factum esse decla-
 rabitur, & necessariò aquæ etiam, veluti elementorum reliquorum, moles quæpiam,
 & magna ea, stabilisque, & vnita, & quæ à terra exuperari, & in terram agi non possit,
 ponenda est; nullaq. alia huiusmodi, præter maris vastitatem, spectatur; vtique rectam,
 & necessariam etiam illorum ratiocinationem esse statuendum est. Tum salsedinis cau-
 sam explicans, Quoniam, inquit, circa terram extensa, solis nimirum actioni exposita
 est aqua; itaque dulciores, renuioresq. eius partes in vapores ab illo actæ assidue sur-
 sum efferuntur; dulce, potabileque, quod aquæ inest, ob leuitatem assidue attollitur,
 crassum autem, falsumque præ pondere subsidit; ideo pro dolci, & potabili, falsa facta
 est, & amara. Antiquiorum igitur ratiocinationem nihil reiicit Aristoteles, quin ad-
 mittendam eam, & necessariò sumendam statuit. Salsedinem, quæ si propria maris sit,
 aquæ illud vniuersitatem esse prohibeat, non maris propriam, sed ex accidente quo-
 piam ei impressam esse exponit. Dubitationem, quæ dictæ ratiocinationi aduersaba-
 tur, reiicit. Itaq. vel si ratio à maris magnitudine sumpta, non vt propria Aristoteli ex-
 posita est; quando, quod vnum illi aduersari videbatur, ipse id amolitur Aristoteles,
 nõ propterea mare aquæ vniuersitatem visum illi non esse existimare licet: minus etiã,
 quod locum, qui à mari occupatus est, non maris, sed aquæ eum esse decernit; quin pro-
 pretea, & magis etiam, quam propter eius magnitudinem, aquæ vniuersitatem mare
 illi visum esse existimandum est. Siquidem nihilò fortè minus à proprio loco, quam à
 propria natura, entia quæuis, at prima præsertim corpora foueri, seruarique, & perfici,
 eorum certè partes illo magis, quam propria vniuersitate oblectari videntur. Aristo-
 reli. Ad proprium, inquit, locum ferri vnumquodq., ad suum simile est ferri: & sic vti-
 que quis existimabit id, quod dicebant antiqui, simile ad simile ferri; hoc enim nõ ac-
 cidit omnino; non enim si quis terram transmutet, & iuxta lunam collocet, ad ipsam
 ferentur partes, sed ad eundem locum, vbi nunc existit. Quod igitur in aquæ loco exi-
 stit ens, quin id aquæ vniuersitas Aristoteli visum sit, dubitandum non est; neq. enim si
 alibi ea sit, quod partes, propria vniuersitate posthabita, facturæ Aristoteli videntur,
 id agere vniuersitas ipsa pigrescat. Vt, si antiquiores in cusandi Aristoteli visi sint, ob id
 eos damnet, quod non è maris etiam loco, & amplius etiam, aquæ illud elementum de-
 clararint. Et vel vbi, qui à mari occupatus est, nõ maris, sed aquæ locum esse ait, mare
 aquæ elementum positum esse, quæ subdit, manifestissimè declarant. Veluti enim cau-
 sam reddens, cur in proprio aquæ loco vera aqua, & potabilis, qualis sui natura est, nõ
 sit, sed falsa, A mari, inquit, occupatus est aquæ locus, quoniam, quod in aqua falsum
 quidem est, subsidit propter grauitatem, dulce autem, & potabile propter leuitatem
 sursum ducitur. Et paulò inferius, Constat, inquit, hunc esse aquæ locum, & non ma-
 ris; & quamobrem potabilis, præter eam, quæ fluit, occulta sit. Sunt enim, ac si dice-
 ret; totius quidem aquæ is est locus, sed crassior, grauiorq. eius pars illum occupauit,
 quod tenuiore, leuioreq. sursum à sole elata, illa modò reliqua facta est. Quoniam verò
 dicta in solutione non satis acquiescere poterat; siquidem ait, quæ è mari educitur te-
 nitas, ea dulcem, tenuemq. in aquam rursus coacta, mari iterum restituitur; quod igitur,
 si illius abscissu crassum, falsumque fiat, illius accessu, cum æqualis sit multitudo,
 tenuis

tenuis rursus fiat, dulceque. Et quod aquæ elementum, veluti terræ, aerisque, & ignis
 positum Aristoteli erat, & in terræ id superficie locatum, multòq. terræ maius factum,
 & nullam aliam aquæ molem, cui illud assignari posset, intueri poterat. Præterea, &
 quod calidum insuper sentiret mare. Itaq. si aquæ vniuersitas ponendum id erat, ne-
 cessariò alienum quippiam; & quod à fluminibus non deferretur, indendum ei erat;
 cuius commixtionem pro dolci, tenui, leui, frigido, falsum, crassum, graue, calidum fie-
 ret. Quod reliquum fuit, ex ære id, vt vidimus, deuexit, eiusque copiam vt haberet,
 terram illam incoctam, aridamq. in terræ latebris indagauit. Nihil intentatum relin-
 quendum, incommoda quauis subeunda, sustinendaq. proposuit, modò ne marine
 aquæ salsedo propria eius sit. Nec verò aliam id ob causam cõmentus est, nisi vt mari-
 næ aquæ moles aquæ vniuersitas poni possit. Nisi enim id propositum Aristoteli sit, nul-
 la maris passio, alienum nullum, à quo falsum id fiat, inquirendam erat, quod nimi-
 rum propria natura tale esse statuere poterat. Neque, quin terra falsam, amaramq. in
 aquam à sole inuerti queat, dubitandum; aut nõ enuaciandum Aristoteli erat, in sal-
 salur, bitumenq., & exhalationes, è quibus ignis elementum constitui Aristoteli vide-
 tur, in res deniq., quæ longius à terra, quam marina aqua, distident, inuerti illam in-
 uenti, prædicantiq. Vt modis multis Peripateticorum non nullos mirari liceat, qui
 mare aquæ elementum non esse declarandum Aristoteli propositum contēdunt. Qui
 quidem quem numinis iustar venerantur, ignauum cum faciunt, inertemque, tum è
 stupidum etiam, stolidumque; qui, quod declarandum proposuerat, declarer nun-
 quam; quia, quod vnum statuere id poterat, summo studio euertat; & quod si decla-
 ret, vel Mundi ei constructio, & ipse destrueretur Mundus, vel vniuersa eius doctrina dis-
 solueretur. Namq. quod mare aquæ elementum non esse declarat, præter illius salsedine,
 ne quidem allatum est Aristoteli quicquam; at eã non propriam maris esse, sed ex acci-
 dente quopiam, & alieni commixtionem ei iniectam contendens, apertè nihil obitare,
 quin mare aquæ vniuersitas poni possit, decernit. Tum libens in commoda subeat, quæ
 minimè omnium sustinere ipse velit, in proprio aquæ loco alienum ponat ens, & aquã
 ipsam ad illum delatam, nequaquam ibi seruari, perficique, sed corrumpi statuat, de-
 struique. Adhuc, & aquæ molem, à qua terram adeo excedi, & quam eandem iuxta pro-
 priam vniuersitatem seruari oportere decernit, vel nullam ponat, vel fluuijs, lacubus-
 que, qui nullam prorsus terræ rationem habere videri possunt, & qui assidue genera-
 ri, & vix geniti corrumpi videntur, assignet necesse est. At vel iisdem Peripatetici Aristo-
 telem audientes, in ea terram ab aqua excedi oportere ratione, qua terræ portionem,
 quæ ex ea sit, aqua exuperare apparet, & propterea aquam terræ decuplam oportere
 esse ratiocinati, anxie maris fundum rimantur, & immensum illud sub polis effingunt;
 vt qui, nisi mare aquæ elementum ponant, & immensum illius faciant fundum, aquæ
 elementum terræ maris ostendere minimè queant. Velint igitur, nolint, aquæ vniuer-
 sitatem mare positum Aristoteli, & ponendum fatebuntur. At alij, & longè quidè præ-
 stantissimi, mare aquæ elementum Aristoteli positum, & necessariò ponendum, nihil
 dubitant, terra maius, & in loco circa terram Aristoteli positum. Ipse certè propositam
 de mari quæstionem absoluens, perspicuè aquæ elementum ponit mare. Ex his, inquit,
 quæ posita sunt, constat, mare aquarum principium non esse, sed finem; aquæ nimi-
 rum vniuersitatem esse; at non quod aquæ ex eo effluant, sed quod ad ipsum confluat
 omnes; id, quod, & ignis, & aeris vniuersitati euenire Aristoteli videatur necesse est. Si-
 quidem qui in terra, mariue ignis sit, atq. aer, ad propriam vterq. vniuersitatem, illo-
 rum verò portio nulla ad terræ, marisue ima deferri inde videri Aristoteli potest. Qua-
 propter & illorum moles, non quod illorum partes inde delabuntur, & vt illorū prin-
 cipium, sed vt finis, & ad quem ignis, atq. aer vbiuis factus confluit omnis, illorum ele-
 mentum ponendum Aristoteli sit. Ingenitum præterea, æternumq., & iuxta propriam
 vniuersitatem, spetiemq. idem perpetuò ponens Aristoteles mare, eaq. mari tribuens,
 quæ

que elementorum propria sunt; sine dubio aqua ipsum ponit elementum. Itaque, numquam quale, & quantum id illi positum est, tale, & tantum sit, in tuorum volentibus, necessario mare conspicendum est.

SI MARE A QVAE ELEMENTVM ARISTOTELI VISVM SIT, NON recte aquae elementum positum ei esse. Cap. XXIII.



MARE Aristoteli in primis aquae elemento valde dissimile, non tale scilicet, quale aquae elementum oportere esse ipsi decretum est, videtur. Et vel quale, quantumque nunc existit, perpetuo fuisse, vel ijs quidem a principio naturis, conditionibusque, & magnitudine donatum, quae aquae elemento Aristoteles attribuit, a sole postea magna ex parte illis extitum, & alijs, longaeque ijs ab illis diuersis donatum esse, asserendum est. Vtrouis modo tale, tantumque factum sit mare, num recte aquae id elementum Aristoteli constituatur, inspicendum est. At si quale, quantumque est, tale, tantumque (quod facere videtur) perpetuo fuisse mare statuat, is mihi quidem Deum Opt. Max. sapientissimumque, veluti corrigere videtur; cum corpus, & primum id, oportere esse decernat, quale, quantumque, nec usquam apparet, nec extitit etiam vniquam, & vt dictum est, nec esse quidem queat: quia, summe frigidum, summeque humidum, & dulce, terraeque decuplum corpus oportere esse contendat, quod bene calidum, crassumque, & salum, amarumque, & sentit, & praedicat; quod clarissime immenso quodam terra minus est, vel ipsi in primis Aristoteli. Nam & si (quod minime admittendum ei fuit) nullas ignoto etiam tunc in Oceano insulas, terras nullas prorsus, quae ex illo emergant, ibi esse suspicatus est; attamen maxime breuem Oceanum, & vel quae profundissima ipse memorat maria, Siculum, Sardoium, Tyrhenumque, vniuersum, adeo breuia intuitus, vt eorum altitudo ad terrae profunditatem nullam (vt suo declaratum est loco) rationem habere videatur, maris magnitudinem terrae vastitati ne conferre quidem debuit. Quia obrem si quale, quantumque existit mare, tale, ac tantum perpetuo fuisse decernat, & aquae id ponat vniuersitatem; manifeste cum rerum conditore Deo de sapientia contendere videatur, cum non eas aquae elementum naturas, eamque magnitudinem, quibus donatum est, sed quibus donandum esse propriae rationes dicitur, attribuat. Similiter maxime a principio frigidum, maximeque humidum, & dulce, & terrae decuplum, tale, & tantum fuisse statuat, quale, quantumque aquae elementum esse oportere decretum ei est; at calidum, crassum, salum factum esse, quod tenuioribus, dulcioribusque, sui partibus a sole spoliatum sit; quae mari euenire, & mare pati Aristoteli videtur; tum, & a terrae decuplo in tam minorem redactum esse molem, quia aquarum omnium ritu assidue a sole in vapores soluitur (quam enim aliam eius immutationis asserat causam?) sibi ipsi, & rerum naturae aduersus, multis modis inculpandus est Aristoteles. Duorum certe modorum, quibus immutari mare statuit, alter positionibus, & rerum amplius naturae aduersus, alter plane falsus est. Et prior quidem suis decretis contrarius; quod ipse ijs, qui mare generant, quia, dulce a principio fuisse id ponit, eius salledinis causam reddi posse pernegat, & recte quidem: necessario enim, si partes a mari restituantur, quibus ablati, pro dulci, falsum effectum est, dulce iterum fiat: eadem quoque ratio dispositione, magnitudineque, qua nunc donatum apparet, perpetuo donatum fuisse Aristoteli declarat. Rerum vero naturae aduersatur; si quidem aqua nulla a calore falsa, crassaque redditur: idque ipse etiam docet. Similiter, & tenuis vniuersa, & exigua quid a vaporum natura remota cum sit, vbi plusculum quid attenuatur, quod a quouis patitur calore, in vapores soluitur vniuersa, nulla sui portione calorem, a quo falsa fiat, morata. Ea namque calore sallescunt, & crassescunt, quae dissimilata sunt, quibus multa inest crassities, & quae non nisi a bene diuturno, beneque vehementi calore attenuari queat, & cui multus interea indatur calor. Itaque aquae vniuersitatem, quam aquarum

2. de ge. ant. c. 2.


aquarum omnium tenuissimam, purissimamque esse oportet, esse tenui, dulcique, tenuioribus sui partibus spoliata, falsam effectam esse, & crassam, probabile non est: quandoquidem, vel ipsius Aristotelis testimonio, quibus sui partibus a sole spoliatur, ea rursus, & quales mari praenexistenterant, tenues, dulcesque, facte, ei restituuntur: ad hoc immensa huiusmodi aquarum moles in ipsum influit. Tantum igitur abest, vt a dulci, tenuique, & vastiore dulcium, tenuiumque eius partium abscellu, falsum, crassumque, factum, & minorem in molem redactum esse mare percipiamus; vt magis, cur tot assidue dulcibus, tenuibusque, autu aquis, a falso, crassoque, dulce tandem, ac tenue non fiat, inque immensum eius non excreseat moles, subeat mirari. Modus alter falsus est: nam si calidae, sicceque exhalationis a pluuijs delatae commixtione, a frigida, dulci, tenui, leui, calida, falsa, crassa, grauis facta sit aquae vniuersitas; quin eius portiones, lacus, fluiuique, & pluuii amplius, a quibus dicta exhalatio desertur, non & ipsae calidae omnes, crassa, false, graues sint, ambigi non potest; minus etiam, si ita immutatum sit aquae elementum, quin penitus pereat tandem, & Mundi ipsius constructio soluat. Etenim, nec soli, nec agenti cuiquam agendi, immutandique modus veluti praescriptus videtur, vt ad certum usque terminum agat, immuteturque; sed & sol, & agens quoduis, quod vniuersum, penitusque, exuperavit, vniuersumque, immutare iam coepit, immutare nunquam cessat, donec proprijs id viribus, conditionibusque, affecerit omnibus. Idcirco seu solis actione, seu exhalationis ab ipso eductae commixtione adeo immutatum est aquae elementum, penitus pereat tandem; & vel in vapores vniuersum soluat, vel in salem concreseat. Itaque Mundi etiam constructio dissoluatur, vel dissoluta iam sit. Quo enim pacto ex altero frigidorum elementorum, & ex eo praesertim in quo praecipue viget Aristoteli frigus, frigore omni deturbato, & calido iam facto, non & a terra etiam frigus omne eiciatur, atque omnia occupet calor? Primorum igitur corporum quodpiam oportere esse decernens Aristoteles a summo frigore, summaque, contitutum humiditate, & mare id esse enuncians; aut Mundum suo arbitratu componere, aut sibi ipsi, rerumque, amplius naturae aduersus videtur. Mare autem, vt in primo dicebamus commentario, & in proprio planius probabimus, secundum esse corpus, vt reliqua entia quaeuis, & profundiore a terra a calore a sole ibi indito erutum, & calidum, crassum, falsum, quale existit, sui natura esse, quamplurima explorato inditio sunt.

NEQUE RELIQUAS AQVAS SVPER TERRAE SVPERFICIEM FLVENTES, aut in eius cauitatibus occlusas aquae esse elementum. Cap. XXIII.



QVOD si positionis tenaces, non mare, sed aquas, quae per terrae superficiem fluunt, quaeque in terrae concavis includuntur, aquae elementum Aristoteli positum tueantur; nihilominus perperam positum ei sit. Nec propterea modo, quod nequaquam, aliorum elementorum ritu, sibi ipsis vnite, permanentesque, ille sunt; nec quod vel simul sumptae omnes, & mari etiam adiectae, tantae non sunt, quantum aquae elementum oportere esse decernit Aristoteles; nec quod, vel quae per terrae superficiem fluunt, proprium aquae loci sortita Aristoteli non videntur; sed quod quam longissime abest aqua quaeuis, summo vt a frigore, a quali aquae elementum constitutum esse Arist. decretum est, constituta videri queat; quin manifestissime a calore effecta, & calida omnino est aqua omnis.

COGENTES RATIONES, QVIBVS AQVA OMNIS CALIDA esse demonstratur. Cap. XXV.



QVAVM omnium generatio, constitutio, actio, passio, dispositio, species, operatio ipsas calidas esse perspicue declarat. Quae enim in aere fluunt, a vaporibus, a calida nimirum rem se ipsam coacta, aliud passa nihil, sunt. Et liqui do id inde patet, quia quantumuis sequat frigus, & vapores adiant quotuis, dum non in se ipsos,

se ipsos, & in nubes non coguntur, nullas in aquas concrefcunt vsquam. At vel in tali
 diffimo ambiente, vbi, vel à loci angustia, vel à ventorum vi, quacumque demum occa-
 sione in se ipsos spissantur, statim in aquas, beneq. eas grandes coguntur, eod. (vt ali-
 bi latius declaratur) grandiores, quò magis in se ipsos densantur vapores: quæ res ibi
 fit, vbi contrarij spirant venti, & multa, magnaq. fiunt tonitrua. Et Peripatericorum
 omnium testimonio, ad Arabiæ montes sub ardentissimo, maximèq. sereno celo, quo-
 tidie, & certis penè, statutisq. horis, maximè grandes fiunt pluuia. Etenim è ventis, è
 vaporibus nimirum ad montes delatis, & ab ijs vterius progredi, diffundiq. prohibi-
 tis, ac satis tandem in se ipsos densatis, penè & vnum factis fiunt. Et solam conspissati-
 onem ad vapores in aquam cogèdos satis esse nulla frigoris vsam ope, inde intelligen-
 tur; quòd non vapores modò reliqui, sed ipse etiam fumus, vel bene calidis inclusus
 in rebus passim in aquam cogi apparet. Itaque si frigidò sub celo, quàm sub calido, fre-
 quentiores fiunt pluuia, nequaquam propterea id euenit, quia aqua à frigore consti-
 tuenda sit, sed quòd veluti res alias omnes, ita & vapores etiam in vnum cogit frigus.
 Vbi igitur paulò vehementius id fit, & quod statim vapores corripit, occupetque, &
 prius, quàm in vnum eos cogat, non in aquas eos conspissat, sed in niues gelat. Quam-
 obcausam quæ in aere fiunt aquæ, calidè sint oportet, è calida quidem re, & ab agent-
 te minimè frigidò factè. Magis etiam quæ è terra oxoriuntur, vel si, vt Aristoteli placet,
 è vaporibus, in se ipsos coactis fiunt: quam enim in vapores terram inuertit sol, non à
 frigore vilo, sed à calore, & si quidem non magno, at multo certe occupatam esse ne-
 cessariò exitumandum est. Nam si terram ipsam in aquam agit sol, calidam esse aquam
 ambigi non potest: quæ è terra quidem effecta est, at ita à sole immutata, ad eiusq. na-
 turam acta, vt nihil, quod terræ sit, retineat amplius; solis verò conditionibus dona-
 ta sit omnibus, pro crassa, tenebricosa, & penitus immobili, tenuis facta, albaq., & mo-
 tu gaudens; Solis etiam natura, à qua ille fiunt, donata sit oportet. Aquarum ergo or-
 tus omnis calidas eas esse declarat. Idem etiam ex earum actione, quæ sapor est, perci-
 pitur. Nam, vt suo planius fiet loco, Sapor, propriæ sapidè rei naturæ actionis, seu pas-
 sionis potius, immutationisq., quam lingua, linguæq. inexistens patitur spiritus, & di-
 lationis omnino, cõstriktionisq. sensus existit. Dilatatur. n. tantum, & constringitur
 spiritus; aliud à propria sapidorum natura nihil patitur. Vni porrò inexistens linguæ
 à proprijs ciborum naturis patitur, immutaturque, quòd non parum eè languent; &
 quæ à paulò duriore cute, nervisque, qualibus in reliquis externis corporis partibus
 contegitur spiritus, reijciuntur. Quamobrem nihil alibi inexistens spiritus cum attingat,
 nihil alibi illas, at vna percipit in lingua; quia vel summè ille imbecille, at per la-
 xissimam eius carnem, mollissimisque eius nervos aditum ad inexistentem spiritum na-
 ctæ, iuxta proprium cum immutant ingenium. Proinde spiritus in lingua non alienas
 modò vires ab ambiente cibus inditas, quas vnas reliquis in partibus sentit, sed singu-
 lorum insuper sapes, proprias nimirum naturæ percipit actiones. Et, vt in commutatio-
 ne de saporibus vberius actum est, ab ijs, qui moderati, blandiq. participes sunt calo-
 ris, vt spiritus, propriumq. linguæ calorem exuperet quidem, at modicum quid, nihil
 cum offendat, nulla afficiat molestia, quin foueat potius & oblectet, & linguam dila-
 tet quidem, fundatq., at blandè, nullaq. eam spoliat tenuitate, dilatatur, & veluti in
 amplius expanditur placidissimè, ab ijs verò saporibus, qui immoderati, ac vehemen-
 tis sunt participes caloris, & cuius vires non spiritus modò, sed insitus linguæ calor ex-
 hortat, aduerseturq., ac proinde eas declinans se se, propriamque contrahat molem,
 constringi, constipari, & in angustius cogi se sentit spiritus. Dulces illi, pinguesque, hi
 verò acres, falsi, amari, acerbis, aulteri, acidi dicuntur, videnturque, prout ipentius, re-
 missiusue dilarent, cõstringantur. Qui sapes veluti paribus linguæ, spirituiq. viribus
 præditi sunt, quòd neque dilatari ab ijs, neque constringi se sentit spiritus, in spidi, id
 est, actionis expertes spiritui videntur. Huiusmodi aqua in primis cū sit, quin à calore
 consti-

constituta, & calida omnino sit, dubitare non licet. Siquidem eæ rebus attribuendæ
 sunt vires, quas ipsæ res naturæ vniuersæ collatæ, non humanæ modò (quod medicis
 vt plurimum vsurpatur) sortitæ apparent. Nec verò, quòd contacta aqua frigida sen-
 titur, frigida sui natura, vel non calida ponatur. Mitto enim, quòd, vt passim experi-
 mur, vel valde calida quæ sunt, si à calidioribus nobis contingantur, frigida apparent;
 proindeq. non perpetuò quæ frigida continguntur, frigida censenda sunt. Succiqui-
 uis, vel qui caloris summi sunt participes, & igni proximi, cognatique, nihilo aqua mi-
 nus frigidi percipiuntur, ab ambiente aere ita affecti. Hyeme certè è terra omni calida
 emanat. Nec etiã frigida est, quòd epota immoderatum interdum in animalium corpo-
 ribus calorem reprimat, retundatque, aut proprium etiam imminuat: neque enim, vt
 dictum est, qualis sit ad nostram naturam collata (quod medici faciunt) modò queri-
 mus; sed quæ nam sit simpliciter, & naturæ vniuersæ comparata. Calorem natiuū epo-
 ta imminuit; nam eo minus calida est; veluti tepida in feruentem iniecta. Eodem pa-
 cto febrium incendia extinguit, & magis etiam alieno frigore, non nisi gelida facta.
 Nihil nostram euertit sententiam, quòd ignem suffocat copiosa in ipsum iniecta; quò-
 doquidem & feruens idem facit, & marina amplius, calida Aristoteli etiam visã. Et suc-
 ci quiuis longè calidissimi, qui perbellè ignem nutrire videntur, eum extinguunt om-
 nes, si copiosi in non valentem iniiciantur: quòd liquidi cum sint, tenuesque, poros,
 è quibus tenuitas flammæ nutriens, & flammæ ipsæ elabuntur, illinunt, exitumq. ela-
 bentibus obstruunt. Quare nisi statim, prius quàm suffocetur inexistens calor, ipsi ab
 eo succi exuperentur, in flammæque agantur, pereat ignis oportet. At vbi materia ad-
 est, quæ non a deo ab infusa aqua compingi queat, vel quæ vniuersa incensa sit, quòd
 bitumini euenire videtur, in ea accensa flammæ nequaquam ab infusa aqua opprimun-
 tur; quin magis nutriuntur. Neq. incendia maxima ab infusis aquis vllis, sed à sola su-
 perposita terra extinguuntur. Nulla igitur aquæ actio frigidam eam arguit; at qui præ-
 cipuè eius naturam manifestat sapor, calidam esse declarat. Idem quoque eius passiones
 attestantur: nam feruens facta, summoq. donata calore, penè & in igne acta, nihil cor-
 rupta, nihilq. ab aquæ natura dimota, immo magis perfecta, magisque aqua facta, te-
 nuior nimirum, humidiorq. videtur. A frigore vel exili correpta in glaciem agitur, corrū-
 pitur, pro liquida, humida, fluxili, mobili, minimeq. ad motum inepta re, bene cõpacta,
 sicca, dura, penitus immobilis, penitus ad motum inepta redditur: quòd Arist. & Aphro-
 disius etiam nouerunt. Et si robustius, diuturniusque adsit frigus, terra dubio procul
 fiet tandem. A calore igitur perfecta aqua, & magis aqua facta, à frigore in aliam, be-
 neque eam dissimilem acta rem, corrupta omnino, immutataque, quin à calore consti-
 tuta, eiusque substãtia calor quin sit, quis dubitabit? Eius etiam dispositio, spetiesq.,
 tenuitas. s. , atq. albedo caloris eam esse opus indicant: vtraq. enim calorem comitari,
 & ab illo fieri, & in igneis simul iuncta esse rebus videntur. Nec verò eandem tantum
 igni dispositionem, speciemque sortita est aqua; sed eadem etiam gaudet, ac seruatur
 operatione, & corrūpitur ea priuata. Ipsam quidem aquam, veluti & ignem, motu ser-
 uari, immobilem factam corrumpi, ipsis conspiciamus oculis. Quamobrem calidam,
 & ignis omnino naturæ participem aquam statuere oportet. Quoniam verò entium
 operatio à propria eorum substãtia, à proprioq. manat ingenio; nihiloq. ferè ab ea
 minus, quam à propria natura seruari, & ea dempta, nihilo ferè minus proptè, quàm
 propria dempta natura corrumpi videntur entia: quæ operatione eadem oblectantur,
 ac seruantur, & eadem priuata corrumpuntur, ab eadè prorsus natura constituta sunt.
 A calore igitur constituta aqua, & caloris edens operationes, actionesque, & perfecta
 à calore, à frigore verò corrupta, & tenuis, albaque, & mobilis, dispositione nimirum,
 specieq., & facultatibus donata, quæ caloris propriæ sunt, quæq. à calore entibus in-
 duntur, quin à calore sit genita dubitandum non est. Et vehementer mirari licet, Ari-
 stoteli etiam talem visam nõ esse, positamq., cui nimirum aquæ actiones, passionesq.,
 quæ

3. de ge.
 tex. 13.
 1. natur.
 quasi. 6.

quas intuitus est omnes, & humoris ipsius natura, calidam esse aquam manifestavit. Putredo, inquit, est eius, qui rei cuiusq. humidè proprius est, & naturalis calor, ab alieno calore interitus; hic verò eius est, quod ambit. Ibi nimirum humidæ res putrent, ubi carum proprius, & naturalis calor ab ambientis aeris calore exuperatur. Tum inde id approbans, quod ibi serius, ægriusque res putret, ubi continentium earum calorem minus viget, Frigidis, inquit, temporibus res minus putrent, quam calidis: exiguus namque per hyemem est calor in continente aere, & aqua, quare nihil pollet; estate autem amplior. Tum ex aquæ ipsius conseruatione, corruptioneque idem declarans, Quod mouetur, inquit, & fluit, minus putret, quam quod in motione non est: nam caloris, qui est in aere, imbecillior fit motus, quam eius, qui in re prius inest; ideo nullam facit mutationem. Fluentes aquæ, vel Aristotelicorum omnium consensu, minus quam stagnantes, putrent; cum moueantur, minus ambiens aer suum ipsi calorem imprimat. Nec verò caussam ipsi reddant unquam, reddendam certe, cur quæ fluunt aquæ nullæ unquam, at stagnantes passim omnes corrumpantur, quæ calidæ esse aquam non declaret. Quoniam enim imminui quidem à calore quouis aqua, at corrumpi à nullo apparet; stagnantium aquarum, veluti & inclusi aeris putredo, ipsarum immobilitati attribuitur, itaque & calida ponatur aqua necesse est. Quod enim motu seruat, motuque gaudet ens, calidum id Peripateticis etiam habendum esse ipsa rei natura docet. Nam si nequaquam caloris operatio, quæ, & seruat, & oblectatur calor, at calorem certe facere visus est motus. Præterea, dum quibus concrefcunt, & à quibus resoluuntur explicat Aristoteles, Corporum, inquit, quæ concrefcunt, & indurantur, à calore alia ita afficiuntur, alia à frigore; à calore quidem humorem exiccante, à frigore verò calidum exprimente. Quamobrem alia humoris, alia caloris absentia ita afficiuntur, quæ sunt aquea, caloris, quæ terrea, humoris, & ea quidem, quæ humoris absentia, humore colliquefcunt, nisi ita conuerint, ut meatus minores relicti sint, quam aquæ sunt molis, ut in ficili; quæ autem non ita, humido omnia liquantur, ut nitrum, sal, & terra ex cæno; verum quæ caloris priuatione, ea à calore liquantur, ut glacies, plumbum, æs. Et alibi, Nullus, inquit, humor sine calore. Quasobrem mirari satis Aristotelem non queo, qui non aliter ab aeris, quam ab aquæ calore proprium entium aliorum calorem periri, & aquam ipsam ibi interire, ubi eius calor ab ambientis calore exuperatur, ibique in glaciem concrefcere, ubi eius calorem frigus exprimit, & glaciem in aquam fundi, ubi extrusus calor, ei restituitur, & humori cuius calor inesse, aquam denique calidam cum enunciarit, & aquæ, quod frigidam eam declaret, præter cum frigoris sensum, quem succi, vel qui summè calidi sunt, efficiunt omnes, nihil præterea inesse cum perceperit, aquam non calidam, & à calore genitam, sed frigidissimam, summoque, à frigore effectam esse decernat: quodque per mihi mirum videtur, nullam ad id probandum afferat rationem. Sed cur Peripatetici, quibus ignis pabulum aqua insuper visa est, hanc sententiam ratam habuere? Nam non quod contrarijs, & summis ipsi donatum est viribus ens, quodque, si ab igne exuperetur, ægerimè in eum inuertatur, sed simile, cognatumque, & quod promptissimè in ignem agatur, ignis pabulum censendum est.

AER, ET IGNIS, NEC MAXIME CALIDI, NEC PRIMA CORPORA
Peripateticis videri possunt. Cap. XXVI.



ORBITA portio, quæ lunæ orbi supposita est, quam in ignem, aeremque Aristoteles diuidit, nobis quidem summo à calore constituta, & primi corporis portio videri, ponique potest; quibus, si non eius id actio, at tenuitas, & albedo, quarum altera caloris opus, species altera posita est, manifestat: & quibus æquè summe, quin eadem, quæ sunt naturæ, non perpetuò æquè robustæ sunt omnes, sed quæ crassioribus insunt rebus, quod plures ipsi insunt, proptereaque pluribus agunt viribus, robustiores, quæ contra tenuiores

tenuiores fortiter sunt sedes, quod pauciores ipsi, exilioresque insident, proptereaque paucioribus agunt viribus, languidiores videri possunt; quibus, inquam, vel si à terre frigore corripitur, exuperaturque, interdum aer, non ideo ab imminuto eum calore constitutum esse existimandum est; & quibus, qui assidue à terra fit aer, si non ab aere ipso, & à cognato fit sole; à proprijs videlicet viribus, sed pluribus factis; quibus tandem aeris, ignisque conditiones calidum utrumque esse declarant; nullaque alterius passio, quin primi corporis portio poni possit, obstat. At si illorum utrumque summo nobis à calore constitutum, & primi corporis portio est visus; nequaquam & Peripateticis etiam eiusmodi habendus est; quibus tenuitas, albedoque, nihil minus frigori, quam calori congruunt; & primorum corporum naturæ nihil in tenuioribus illis languidiores, quin (ut ipsorum coplures asserunt) robustiores sicut. Itaque robustius aquæ, quam terre frigus, vehementiorque igni, quam aeri indunt calore; quibus, qui aeri inest calor, qui à terre frigore exuperatur, imminutus sit oportet; & quibus aer, ignisque, assidue corrumpi, generarique videntur, & nequaquam à proprijs ipsorum, vel cognati entis viribus, sed ab ipso à terra educi Sole, qui nihil illis commune Aristoteles habet, ab alienis nimirum viribus; quibus omnino nulla aeris, ignisque, conditio, actiove calidos eos esse declarat; & quas patiuntur passiones, si quidem calore, at bene certe languido, & qui negotio nullo ab aquæ, terræque frigore exuperetur, donatos; itaque & secunda corpora esse, manifestent. Neque enim, si aeris calor summus, & aquæ, terræque frigori æquè robustus sit, vel nullus unquam si sit Sol, ab hoc ille exuperetur. Nec si aer primum sit corpus, si quidem corrumpatur, aliena ope, ut reficiatur, opus habeat. Quæ circa summum aeri, ignique, calorem impartiens Aristoteles, & primum utrumque faciens corpus, nec sensu, nec ratione, sed suis tantum positionibus innixus est. Nec minus hoc admittit, dum aerem igni non eundem prorsus, sed ex dimidio contrarium statuit, nihil prorsus ab altero dissentientem, diuersumue alterum, sed nihil eadem natura magis, quam eadem dispositione utrumque donatum, nihil omnino sibi ipsi utrumque magis, quam alteri similem intuitus. Verum an, quia siccus vnus, alter humidus est, dissimilitudinem habeant, contemnemur.

QUAE, VEL EX ARISTOTELE HUMIDA, QUAEVE SICCA HABENDA. Et ex eo ignem summè humidum esse. Cap. XXVII.



IN ignis, qualis Aristoteli positus est, summè sit siccus, & ab altero comuni terre principio constitutur, inquitur. Iam ergo humiditas, siccitasque sensibiles, quin tangibiles Aristoteli in primis habite sunt, positæque; & quæ talia sunt, sensu, quin tactu dignoscenda, dijudicandaque, ducit. Et ex ipsi omnino, quæ ipsarum utriusque, in entium aliorum, & nobis in utriusque, illarum contactu eueniunt, utriusque, illarum colligit rationes. Propterea, quid illarum utraque, ab aliorum contactu pati apta, ineptæ sit, & quid noster percipiat tactus, ubi illarum altera contingit, statuendum. Duritiem quidem, renixumque, siccitatis, mollitiem verò, cessionemque, humiditatis propria esse, in eoque; ab humidis differre sicca, quod hæc dura sint, & contingenti, comprimentique; nihil loco cedant, sed renitent, obstantque; illa verò mollia sint, & promptissimè cedant, terram, aquam, aerem contredantes, nullo labore percipimus. Vel omnino consensu, Terra summè sicca, aqua verò, & aer amplius summè humidus est; & præter singulorum calorem, frigusque, nihil aliud terram contingentes, comprimentesque, nisi duritiem, renixumque; aquam verò, & magis aerem, mollitiem, cessionemque; percipimus: liquidò ideo patet, duritiem, renixumque, siccitatis, mollitiem, cessionemque; humiditatis propria esse. Itaque dura quæ sunt, & comprimenti nihil cedunt, nullumque; in se ipsi locum faciunt, in siccorum, quæ verò mollia sunt, nihilque; contingenti renitentur, proindeque; nihil, aut exiguum quid percepta loco cedunt, & in seipsis id admittunt, in humidorum serie reponuntur. Hæc Aristoteles testimonio etiam confirmemus. Humidum id, inquit, est, quod proprio quidem termino indeternabile est, & facile terminabile existens. Non quidem, quod proprio termino in uitu continetur, & libens à se ipso separatur, diffinitque; ipsi enim præcipue Aristoteles similia, quæ sunt, libentissimè sibi

2. de ge.
et corru.
te. 9.

K ipsi

ipsis coeſit, quin ſeparata vbi ſunt, ad ſeſe mutuò, vbi licet, feruntur) ſed quòd ſummè laxa,
 humida cū ſint, nihilq. cōprimenti, contingentie, quin paulò corpuſciora, grauioraq.
 que ſunt, ne proprio quidè oneri reniti queant; quiduis cōpreſſa, contactaue, &
 vel à ſeipſis onerata, grauataq. cedunt, delabunturq., & cōprimentibus, contingentibusq.
 22 inhereant. Itaq. corū terminos, figuramq. ſuſcipiunt. Siccū contra id, inquit, eſt,
 23 quòd pprio quidè termino facile terminabile, alienò verò indeterminabile; quòd ſi,
 24 quia bene cōpactum, denſumq. eſt, cōprimenti nihil cedit, ſed renititur vniuerſum;
 25 ſupreme ſuperficiès nullā in partem cedunt. Et tenuitas, inquit, humiditatis eſt, & hu-
 26 miditas ofno, at non pura, ſed ſiccitati cōmiſta. Siquidem tenuia que ſunt, humidorū
 27 ritu repletiua & ipſa ſunt, cōprimentibus, contingentibusq. cedunt. Propterea humi-
 28 da repletiua Ariſt. viſa ſunt; quòd proprio termino nō continentur, & proptè alienū
 29 ſuſcipiunt, quia cedunt. Craſſum verò ſiccū, quòd ad cedendū, proindeq. & ad replē-
 30 dū ineptum exiſtit. Rurſus viſcoſum, inquit, humidū, at non vnius, ſed ſiccō cōmixtū.
 31 Quoniā, a que inſtar, viſcoſa que ſunt, cuiuſmodi oleū eſt, diſſuunt, delabunturq., pro-
 32 prio termino indeterminabilia ſunt, cedunt naſq. At, quòd cōtingenti magis, quam
 33 aqua, aſſiguntur, quòd non vniuerſa. ſ. loco cedunt, ſiccitatis & ipſa participia videri
 34 poſſunt. Aridum autē ſiccū, aridum. n. quòd perfectè ſiccū eſt, adeo vt & congelatum
 35 ſit propter propriè humiditatis defectū. Quòd renitens factum ſit, ac cōprimenti nihil
 36 cedit. Amplius, molle quidè humidū, molle. n. quòd in ſe ipſum recedit, & non reniti,
 37 quòd humidū facit. Et durum igitur ſiccū, quòd cōprimenti renititur, id quòd ſiccū
 38 in primis facit. Et alibi durū, molliſq. naturā explicans, Durum id eſt, inquit, quòd per
 39 ſuperficiē in ſe non cedit. Molle autē, quòd cedit, nec compreſſione vndiq. circumfunditur.
 40 Aqua. n. mollis non eſt; nā ſuperficiès cum premitur in profundum non cedit,
 41 & cōpreſſa vndiq. circumfunditur. Ac id quidè abſolutè durum eſt, aut molle, quòd
 42 abſolutè tale eſt; ad aliud autem, quòd ad aliud tale; ac ea quidè, que ad alia ſunt, in
 43 definita ſunt, propterea quòd magis aut minus. Cum autē ſenſibilia oīa ſenſu diiudice-
 44 mus, manifeſtū eſt, quòd abſolutè durum, & molle, quòd tactu nobis definitum eſt, ta-
 45 ctu, vt medio, vtentibus. Quare, quòd eum exuperet, durū, quòd cedit molle eſſe dici-
 46 mus. Neceſſe igitur eſt, id quòd termino ſuo determinatum corpus eſt, durū eſſe, aut
 47 molle; aut n. cedere, aut non. Sequitur è reſū ceſſione, renixuq., que illarum humi-
 48 de, que ſiccè ponēde ſint, Ariſtotele colligere; & ceſſionem humidorum, renixū ſiccō-
 49 rum proprium eſſe decernere. Nam, que ſumma, puraq. ex humiditate Ariſt. conſtāt,
 50 ſummā ipſe iſs ceſſionem, ſummum contra renixum iſs attribuit, que ſumma, puraq.
 51 è ſiccitate; minorē iſs ceſſionem, renixumq., que, veluti ex vtriſq. ſibi ipſis copulatis,
 52 conſtant. Promptiſſimè enim, cedant oportet, que quiduis contacta, & vel à proprio
 53 grauata onere diſſuant, dilabunturq., & alienum terminum, alienamq. ſuſcipiant fi-
 54 guram. Summè renitantur, que nullo à comprimente, nulloq. à pondere ſeparari ſe
 55 patiuntur: comprimenti tādē, grauantiq. nulli locum in ſe ipſis vllum faciūt. Nam
 56 quibus intermedia ſpatia replenda ſunt (quòd tenuia Ariſtotele preſtant) cedendum
 57 & ipſis; neq. eniū ſpatia ſubeant, repleantq. ea oīa, niſi comprimenti, cōtingentiue
 58 cedant. Quin & que humidorum ritu, vel proprio cedunt oneri, at, quo cedunt loco,
 59 non tota recedunt, ſed (quòd viſcoſa facere viſa ſunt) ſui ibi portionē quampiā relin-
 60 quunt, nō penitus, nec vniuerſa cedunt. Minus etiā, que compreſſa quidè ſui ſuperficiē
 61 in profundū cedunt, at cōprimenti nō vndiq. circumfunduntur, mollia nimirum: mani-
 62 feſtè. n. propterea non vndiq. circumfunduntur, quòd cōprimenti parū, proprio oneri
 63 nihil cedunt, ſed huic quidem magis, at vtriq. certè renituntur, obſiſtuntq.: nam ſi id
 64 non agant, a que ritu, illi vndiq. circumfundantur. Propterea. n. rebus, que eam cōpri-
 65 munt, cōfunduntur aqua, quòd nullā priuſ compreſſionē cum moreretur, ſed ſtatim
 66 illam eſtugiat omnem, ac ne proprium quidem ſuſtineat pōdus, comprimenti cuius,
 67 & proprio etiā cedit oneri. Et bene continua, beneq. ſimilariſ cum ſit, & vndiq. cū
 68 coerecatur, proindeq. nihil in ſe ipſam magis cogi, neq. in profundius, ampliusue agi.
 69 locum

locum omnino, quo comprimenti ceſſit, neq. in ſe ipſa, neq. in profundo, latoue nan-
 ciſci cum poſſit, vniuerſa attollatur neceſſe eſt. Siq. comprimens in profundius defera-
 tur, vt illius in medio vacuus locus fiat; que cum circumſtat aqua delabitur, ac cōpri-
 menti ſuperfunditur. Id verò mollia non faciunt; ſiccitatis. n. participia, comprimen-
 ti renituntur: & ita parum ei cedunt, vt quo ceſſere loco, eum, vel magis in ſe ipſa com-
 preſſa, vel in profundius, ampliusue extenſa, portioni, que ceſſit, prebeant; et ſi in ſu-
 bliuius, que illum circumſtat partes, attollantur, quia bene ſiccitatis participes ſunt,
 bene ſeſe continent, nihilq. proprio cedunt oneri, nequicquā ſubeuntibus rebus ſu-
 perfunduntur. E rerum igitur ceſſione, renixuq., humiditatis, & ſiccitatis naturā col-
 ligit Ariſtoteles, queq. cedunt humida, & que renituntur ſicca eſſe decernit. At nō cu-
 mulatè, vt arbitror, hoc præſtitit: etenim humiditatis, ſiccitatisq. rationē inquirenti,
 explicantiq. Ariſtotele, non que humidis, ſiccisq. rebus eueniunt, & que ea pati aptæ,
 ineptæq. ſunt, ſed illarum ſubſtantia, & eſſentia, & à quibus, & quomodo conſtituū-
 tur, intuenda, atq. explicanda erant. Quòd ſi factum eſſet, non modò que humidis,
 ſiccisq. rebus eueniunt paſſiones, vires, conditiones omnes, ſed cauſa in ſuper, quam-
 obrè que pati videntur, patiuntur, & eorum, que nō patiuntur, immunes ſint, & quòd
 caput eſt, quid humiditas ipſa, ipſaque ſit ſiccitas, & que humida, que ſicca ponē-
 da forent, homini eluxiſſet. Nam ſi, quòd patiuntur planè ſicca, dum in planè humi-
 da tranſmutantur, paulò attentius animaduertiſſet, eadem fortalle, que nobis, illarū,
 vtraq. ei viſa eſſet, humiditas ſumma materię expaſio, & amplificatio, ſiccitas ſumma
 materię cōplicitio, & compreſſatio. Terra quidem omnium conſenſu ſummè ſicca dū
 in aquam, aeremq., reſ omnium etiā cōſenſu ſummè humiditas mutatur, perſpicuè
 in multò ampliorem expanditur molem. Hunc in modum humiditatis, ſiccitatisq. ra-
 tio explicata ſi ſit, vtriſq., & humidorum, ſiccorumq. conditiones explicatę ſint oēs,
 & earum in ſuper cauſæ. Quoniā igitur que ſatis expaſa, explicataq. eſt materia, ea
 22 contrahi, & in anguſtius agi poteſt; que contra ita in ſe ipſam collecta, compreſſataq.,
 23 magis vt compreſſari non poſſit, ea contrahi, & in anguſtius cogi non poteſt; & humi-
 24 ditas ſumma materię expaſio, explicatioq., ſiccitas ſumma materię compreſſatio, cō-
 25 tractioq. eſt, vtiq. que humida ſunt, cum in ſe ipſa reſideant, & ſeſe retrahant cōpreſ-
 26 ſa nullo cedunt negotio; ſicca contra, quòd in anguſtius cogi nō poſſunt, quòd omni-
 27 no à ſuppoſitis ne ſeſe retrahāt, prohibentur, renituntur, nihilq. cōprimenti cedunt,
 28 Fortè, & commodius materię expaſio tenuitas, compreſſatio verò, conſtrictioq. craſ-
 29 ſities dicta Ariſt. foret. Et ita dictę ſi ſint, ne inquirenda quidem illarū ratio videri po-
 30 terat, que vel ab ipſo nomine ſatis erat manifeſtata: clarè. n. tenuitas materię expaſ-
 31 ſionē, explicatio nem, materię tandem exilitatem, paucitatem, craſſities autē compreſ-
 32 ſationem, conſtrictionē, materię in ſumma copiā ſignificat. Nec (quòd paſſim modò
 33 Peripateticis accidit) ambigat vñquā, vtrę illarū reſ ſingule donatę ſint diſpoſitione.
 34 Quid. n. quam contrectare potes re, tenuis ne ea ſit, laxaq., an craſſa, cōpreſſataq. du-
 35 bus eſt? Itaq. rebus diſpoſitiones indentes, quòd Ariſt. cōtigiffe minimè videtur, er-
 36 remus nūquam. Fortè. n. propterea ſiccitas igni ab Ariſtotele tributa eſt, adeoq. pertinaci-
 37 ter ſiccū eſſe ignē Peripateticis cōtendunt; quòd humiditatis, ſiccitatisq. ratio nō ſatis,
 38 nomen certè nihil earum eſſentiam manifeſtat. At deinceps iuxta ea, que de dictarum
 39 diſpoſitionum ingenio ab Ariſtotele tradita ſunt, & iuxta ea oīno, que in tactū agunt
 40 Ariſtotele, que humida, que ſicca ponēda ſint, ſtatueamus. Tangibiles. n. cū ſint, vtiq. ta-
 41 ctu dignoſcēde ſunt, diiudicādeq. Molle, inquit Ariſtoteles, humidū eſt. molle. n. qd in
 42 ſe ipſū recedit, & non renititur, quòd humidū facit. Durum autē ſiccū eſt. Itaq. iuxta
 43 Ariſtoteleſ decreta, que cedunt humida; dura contra, que ſ. renituntur, ſicca. Neq. ve-
 44 rò que ægrè proprio termino continentur, & promptè alienum ſuſcipiunt, aliam ob
 45 cauſam, & hoc. & illud patiuntur, niſi quòd comprimenti, contingentique nihil ob-
 46 niuntur; ſed nullo ſe ſe negotio contrahi, retroque agi ſiunt, cedunt nimirum.

Est tenue, inquit, humidum est; siquidem replere aptum est, veluti & humidum. Nec vero alia ratione, nisi quod & ipsum, quia subtile est, proprio termino non valde continetur, & facile alienum suscipit; quia videlicet sequitur, quod contingit. Quare, quae promptè comprimenti, contingentiq. cedunt, ea humida, sicca contra, quae renitentur, duraq. sunt, statuenda. Ex quibus sequitur, ignem sublunarium omnium humidissimum Aristoteli ponendum esse. Etenim, & si nostrae hae flammae, & noster hic ignis, cui plurimum est terrae admixtum Aristoteli, ac proinde opacus, non valde tenuis videri potest, nihil tamen contingenti reniuitur, sicut, replet. Quod si continentis termino non facile terminatur, immo elabatur, ut in furno conspiciamus, est, quia superum locum petit, ubi siquid erit, cuius figuram suscipiat, illam plane retinebit. Neq. aer, & aqua extra propria loca alienis terminantur terminis, dummodo ad sua ferri loca sit expeditum; ut ex aqua in aere, & aerem in aqua, inclusis intelligimus. Quas obres ignis ille purus, & maxime transpicuus, oēs obtinet humido attributas ab Aristotele affectiones, & magis, quam aer; siquidē ob tenuitatem eō promptius cedit, fluit, replet, aliena q. recipit figuram: quam. n. rōnem habet in tenuitate aer ad aquam, eam habet ignis Arist. ad aerē. Neq. impedimēto est, quin humidus sit Arist. noster ignis, quod veluti in pyramidem coire, & (quod siccorū esse ipsi videtur) sese continere, & proprios terminos, propriamq. figuram habere apparet. Non. n. quae humida sunt, sibi ipsis nihil vltimam coire Aristoteli positū est, nec poni omnino potest; quin similia quae sunt, cognataq. libentissimē sibi ipsis harere, vniq. Aristoteli videntur, & videantur necesse est; sed nō ita sibi ipsis colligata esse, inquit, ac in se ipsa cōstipata, quin (quod flama quaeuis facit) ab impulsu quouis, & quouis à cōpressionē diffundantur, vel in se ipsa resideant.

IGNEM SVMMÆ TERRAE OPPOSITVM, SVMMÆQVE CONTRARIUM esse. Et talem ipsam primis Aristoteli ponendum. Cap. XXVIII.



Non summe humidum, & penitus Terrae oppositum, contrariumq. Aristoteli ponendum, ita conspectū existimo, ut nihil amplius inspicendum sit. At si id amplius intueri placet; in illorum vtriusq. aspectu, contractuq. & actionibus, operationibusq. tum & loco perscrutemur. Quae entibus quibusvis vires, dispositiones, species, facultates insunt, ab ijs eē omnes inditae illis sunt naturis, à quibus constituta sunt. Et Aristoteles, quia dicta corpora sensilia, quin tactilia sunt, ipsorum etiam naturas sensiles, & tactu percipiendas, dijudicandasq. statuit. Praeterea summam ad proprium locum entia cognationem habere, quin singula ab eo propriam formam, propriam nancisci perfectionem docet. Nobis ergo, num ab altera cōmuni terrae natura cōstitutus sit ignis, inquirentibus, dictae vtriusq. conditiones, & locus inspicendus est. Sique illarum quampiam communem sortita appareant, cōmuni à natura constituta esse asserendum est. Sin maximē in omnibus dissideant, & ipsi summe contraria esse intelligendū fuisse, statuendum sit. Ignis quidem non calore magis, quam reliquis affectionibus, facultatibusq. & loco summe terrae oppositus, summeq. contrarius est. Illa summe crassa, opaca, tenebricosa, quae corripit cōpingit, duratq. omnia; & summe immobilis, torpidaq. Mūdi vniuersi in medio, & veluti in centro facit. Ignis summe tenuis, trāspicuus, summe albus, lucidus, quae exuperat resoluit, emollitq.; attenuat oīa; & perenni, longeq. velocissimo motu extremo in loco conuertitur. Tales terrae, & ignis cōditiones, facultatesq. esse oēs, in primo satis monstrauius commentario, & qui sensibus aduerfari noluerit, ingenuē fatebitur. Nec Peripatetici inficiantur; & si album interdū terrae assignant colorem. Est ubi Aristoteles nigram eam ponit. Propria certe substantia, propriaq. operatione summe eam igni oppositam, contrariamq., & quae horum intermedia sunt corpora, aquam, atq. aerem, medijs etiam naturis, facultatibusq. donata esse

De coloribus.
cap. I.

esse apertè declarat. Iam prima corpora ad propria loca, ut ad similes, cognataq. res, & à quibus foueantur, seruenturque, quin ad illa, ut ad proprias formas, propriaeque perfectiones ferri, nec esse elementa, nisi ad sua perueiant loca, summe contendit. Leuitatem, grauitatemque entibus à proprijs ipsorum naturis indi, quin veluti entium naturas esse, & propterea omnino diuersae à sublunarijs naturae caelum esse enunciat; quod diuerso mouetur motu. Itaque corporum similitudinem, dissimilitudinemque è priorum locorum vicinia, distantiaque, & ipsorum ponderis, inclinationisque, è motuum differentijs colligendam praecipit, & ex ijs illas colligit. Locorum medium extremo, inclinationum verò leuitati summae summam grauitatē, motui, qui à medio, cum, qui ad medium, summe opponi, summeque cōtrarium esse statuit. Soli terrae medium locum, summamque grauitatem, quae omnibus subsidet, & motum, qui ad medium, vni igni extremum locum, summamque leuitatem, quae omnibus superstet, & motum à medio assignat. Locis, quae extremi, medijsque intermedia sunt, medias positiones, naturasque, & corporibus, quae in ijs continentur, medias inclinationes, mediosque motus, leuitatem aeri, at non summam, sed quae terrae quidem, atque aquae superstet, igni subsit, grauitatem aequae, quae igni, aeriq. subsidat, at terrae superstet, & motum aeri à medio, at non perpetuo, sed ibi modo, ubi terrae, aquaeque subsit, at si igni superstet, ad medium, aequae contra ad medium quidem, si aeri, igniq. superstet, at si terrae subsit, à medio impartit. Quas ob causas proprius ignis, terraeque substantiam, operationemque, & locum intuito Aristoteli; igni non aquam, sed terram summe oppositam, summeque contrariam esse, & quae intermedia sunt entia, aquam, aeremque, medijs naturis, medijsq. donata esse facultatibus visum esse, positumque, liquidò patet. Sed quid ego ex ijs, quae de locorum differentijs, eorumq. ad corpora, quae in ipsis continentur cognatione, ac similitudine, & de proprio ignis, terraeque loco, & eorum inclinationum, motuumque differentijs tradidit Aristoteles, igni, non aquam, sed terram summe opponi, decretum illi esse colligo. si id apertissimē ipse enunciat? Non enim è motuum, sed è mobilitatis, immobilitatisq. elicit contrarietate; quam, vel si contrarij sibi ipsis ponatur motus, multo maiorem esse, quam quae ipsorum est motuum, ne Peripatetici quidem abnegent vnquam. Oportet, inquit, quod firmum quid, stabileque habeat caelum, circa quod moueri possit; terram esse immobilem, & in medio positam: quod enim circulo mouetur, necessario circa medium stabile mouetur. Terra autem existente, & ignem existere necesse est. Si enim alterum contrariorum natura, & alterum; siquidem eadem contrariorum materia; & prior est affirmatio negatione, veluti calidum frigidum. Quies autem, & graue dicuntur iuxta leuitatis, & motus priuationem. Ut terrae postea igne ex dimidio eundem faciens, & summe eum aequae opponens; & aequae, aeriue veluti terrae, atque igni, summas assignans vires, non rerum naturae magis, quam sibi ipsae discors euaserit. Quod restat huius positiones, quibus non calori modo, frigoriue, sed humiditati, siccitatiue se ipsas efficiendi facultatem attribuit, & aquam, atque aerem prima corpora statuit, ita reiectas esse, & humiditatem, siccitatemque agendi vi donatas, & sui seraces non esse, sed perpetuò à calore illam, hanc à frigorem gigni, & caelum tantum, terramque prima esse corpora, & à quibus reliqua entia omnia, & aquarum omnium moles, constituantur, ita enucleatum existimo; ut nec illae consuetudine, neq. hoc longiore indigeant probatione. At quoniam nō ipse tantum, Lucanusq. ocellus, à quo omnia, quae de quatuor agentibus rerum principijs, & de quatuor primis corporibus, rerumq. omnium elementis conscripsit Aristoteles, quin ipsamet verba videtur mutuatus; sed Empedocles etiam, & Hippocrates calorem, frigusq., & humiditatem, siccitatemq. agentia rerum principia, & terram, aquam, aerem, & igne prima corpora esse, & ex his sibi ipsis commixtis entia omnia constitui, decernit, & inditia quaedam, è quibus id colligit, assert; propterea in ijs aliquantisper immoremur.

K 3 E q v t.

4. de caelo
lo. 23
& 35.
2. de generatione
lo. 50.

3. de caelo
lo. 1.
& 14.

cum animalium, tum entium reliquorum omnium agentia principia, & ignem, aerem, aquam, terram prima corpora, & rerum omnium elementa esse colligit Hippocrates. Cap. XXIX.

8. de nat.
hum. ec.
5. et seq.

SI vnum, inquit Hippocrates, sit homo, nullo vnquam tempore dolere possit. Neque enim sit, a quo dolore afficiatur, siquidem vnum esset: quinimo si dolebit, necessum est, vnam medela esse. Nunc autem multa: in corpore enim multa sunt, quae morbos creant, si quando praeter naturam calefiant, & refrigerentur, siccanturque, atque humescant. Quamobrem multa sunt species morborum, & multa ipsorum sanationes. Primum igitur necessitas videtur, minime ipsum ex vno generari. Quomodo enim vnum quippiam existens aliud generet, nisi cuiusdam commisceatur? Deinde haud generent quidem, nisi quae eiusdem generis sunt, quaeque eandem vim habent, miscantur. Rursumque nisi calidum cum frigido, & siccum humido mediocritatem, & equalitatem mutuam inter se habeant, sed alterum, quam alterum multo excellat, & vehementius, quam infirmum, generatio fieri minime poterit. Quamobrem qui sit, ut quippiam ex vno generetur, quando neque ex pluribus generetur, nisi probe habeant penes mutuum temperamentum. Necessum igitur cum talis sit natura omnium aliorum, tum vero hominis; hominem non vnum esse, sed vnumquodque eorum, quae ad generationem conferunt, vim quandam in corpore habere, quam sanè conrulerunt. Rursumque necessum est, hominis corpore intereunte, vnumquodque ad sui ipsius naturam secedere, & humidum ad humidum, & siccum ad siccum, & calidum ad calidum, & frigidum ad frigidum. Talis autem natura est, tum animalium, tum aliorum omnium. Et omnia eodem modo generantur, & pereunt eodem modo. Natura enim eorum constat ex ijs omnibus iam dictis; & in idem, sicuti dictum est, finem habent. Vnde enim consistit vnumquodque, in idem etiam abit. Hominis autem corpus in se ipso sanguinem habet, & pituitam, & bilem vtramque, flavam, & atram. Et haec quidem sunt naturae corporis ipsius; atque ob haec, tum dolet, tum sanum est. Sanum igitur est, cum haec mediocriter, tum viribus, tum multitudine mutuo inter sese habuerint; praesertim si commixta fuerint. Dolet autem, cum horum quodpiam, aut minus, aut amplius fuerit. Nec satis forte humores singulos à naturis, quae dictae sunt, confectos declaratum existimans; & annu vniuersum, veluti animal, è quattuor, quae dictae sunt, & ipsum naturis compositum, ac & quattuor in tempora diuisum esse, quorum singulis illarum binarum insint, & Ver calidum, & humidum, Aestatem calidam, siccamque, siccum itidem Autumnum, ac frigidum, Hyemem frigidam, humidamque esse supponens; & ex incremento, quod singulis ijs in temporibus humores suscipere videntur, qui iisdem naturis, quibus, & tempora donati sunt, amplius id aperiri posse intelligens, Pituita, inquit, per hyemem in homine augetur, ut pote quae natura maxime cum hyeme consentiat. Est enim humorum omnium, quibus corpus praeditum est, frigidissima; cuius rei id testimonium habeas, quod si pituitam tetigeris, sanguinemque, atque etiam bilem; pituitam omnium inuenies frigidissimam; tametsi ea viscida quam maxime sit, vique maxima post atram bilem trahatur; & quae videtur, à violentia coguntur incalefcere; his tamen omnibus non obstantibus, pituita sua natura frigidissima esse videtur. At verò, quod hyems corpus pituita replet, inde noueris. Hyeme expuunt, atque per nares pituitosissima homines emungunt; sed & tumores albi hoc maxime tempore exoriuntur, & reliqui praeterea morbi pituitosi. At vere pituita quidem in corpore adhuc pollet, & sanguis accrescit: Frigora siquidem remittuntur, & aquae accedunt, & proinde sanguis augetur, nempe ob imbres, & calidiores dies. Ipsi enim ex anni temporibus haec maxime sunt secundum naturam. Nam & humidum, & calidum est, id quod his cognoscere inditijs. Vere, ac Aestate maxime dysenterijs homines

Idem re.
32. &
seq.

mines accipiuntur, sanguis, è naribus distillat, & sunt praeterea calidissimi, & rubicundissimi. Aestate autem sanguis adhuc viget, & bilis in corpore assurgit, quae ad autumnum vsque protenditur. Autumno exiguus efficitur sanguis, quod naturae eius autumnus aduersetur. Bilis vero corpus aestate, & autumno occupat, quod his inditijs cognoscere, nimirum hoc anni tempore homines bilem sponte euomunt, & biliosiora medicamentis purgati deiciunt, & febres indicant, & hominum colores. Est verò pituita aestate imbecillior; est enim tempus hoc naturae illius aduersarium, quippe cum calidum, & siccum sit. Autumno sanguis in homine fit paucissimus; nam siccus est autumnus, & qui iam hominem refrigerare incipiat. Porro atra bilis autumno plurima est, atque plurimum viget. Hyeme autem inuadente, bilis refrigerescens imminuitur. Pituita verò rursum, & ex multis pluuijs, atque etiam ex longis augetur noctibus. Inde itaque, ut videtur, non vno ex elemento, vnaque ab eius natura, sed pluribus ex elementis, pluribusque ab agentibus naturis certa sibi ipsis commixtis mensura, & mutuo in se ipsas agentibus omnibus, è terra, aqua, aere, igne, ab eorumque naturis omnibus calore, frigore, humiditate, siccitate, & hominem, & entia reliqua constituta esse, colligit Hippocrates; quod si vno ex elemento, vnaque à natura constitutus sit homo, ac natura alia nulla ei insit, à qua, quae ipsum constituit, oppugnari, oblediq. possit; nequaquam iam mutari, pati, nec dolere possit; ac si doleret, quia ab vnica offensus esset natura, vni eo doleret dolore, & vnico, simplici, eo liberaretur medicamento. Non, quod passim euenire videmus, morbis multis, multisque homo laboraret doloribus, & multis ijs liberandus esset medicamentis. Et è terra, aqua, aere, igni, ab horumque naturis omnibus calore, frigore, humiditate, siccitate sibi ipsis certa immixtis mensura, & mutuo in se ipsa agentibus omnibus, & reliqua entia constituta esse omnia ex eo concludit; quandoquidem corpore praeter naturam concalescente, refrigeratoque, & humefacto, exiccatoque, illorum quopiam nimis aucto, imminutoque, & reliqua corruptente, aegrotat homo, doletque. Neque enim, nisi hominis principia illa sint, & ab omnibus certa mensura sibi ipsis commixtis, & mutuo in se ipsa agentibus constitutus sit homo; quouis illorum nimis aucto, imminutoque, reliqua exuperante, & corruptente, vel à reliquis offenso, langueat homo, angaturque, & intereat tandem. Inde etiam, & homines, & entia reliqua dictis ex elementis sibi ipsis commixtis composita esse sumit Hippocrates; quod ubi homo, & reliqua entia corrumpuntur, in res resolui videntur, quae igni, aeri, aquae, & terrae similes sunt.

DE DIVERSO HOMINIS DOLORE, A PLVRIBVS EVM AGENTIBVS

naturis constare minime colligitur. Cap. XXX.

R

Et tamen quidem antiquiores, & ipse in primis Hippocrates, nihil caelum, terramque, Mundi vniuersitatem immutari vnquam, & animalia, plantasque, & entia reliqua passim generari, & singula seorsum à reliquis existentia, & magis etiam sibi ipsis apposita, immixtaque corrumpi obseruantes omnia, è quibusdam fieri concluderunt; quae contrariis, quibusque sese mutuo oppugnet, obledantque, donata sint naturis; sed quorum tamè nullum penitus corrumpatur vnquam; quin perpetuo in propria natura, propriaque seruetur magnitudine. Nam si ipsa etiam, vel illorum vllum corrumpatur, periculum imminet; ne vel natura vna reliquas exuperante omnes, vnum hanc omnia; vel vniuersa in mole naturis omnibus sibi ipsis immixtis, in chaos abeat pulcherrima rerum constructio, pulcherrimusque confundatur ordo. Verum non bene, ex ijs omnibus in-existentibus, & ab eorum omnium naturis, & à calore, frigore, humiditate, siccitate, sibi ipsis immixtis; mutuoque in se ipsas agentibus omnibus, animalia, & reliqua entia constitui omnia; ac humiditatem, siccitatemque, nihil minus, quam calorem, frigusque, agentia rerum omnium principia, & anima

animalibus non vnum modò calorem, sed frigus etiam, vt proprium inesse principia decernit. Quod ex eo colligit, quòd si quando solito vehementius corpus calefiat, vel refrigeretur, humefiat, vel exiccetur, morbis, doloribusq. homo corripitur; principiorum scilicet, à quibus constitutus est, & è quibus constat, quòpiam nimis aucto, vel nimis imminuto, ac reliqua corrumpente, vel à reliquis corrupto. Primum quidem Hippocratem, non perfecte caloris ingenium intuitum demonstrat; dum, quæ vna à natura constituta sunt entia, ea, quia alia ipsis agens natura non insit, quæ illam oppugnet, obledatq. & ipsius opus demoliat, immutari, corrumpi, non posse statuit. Calor, vt sexcenties inculcatum est, seipsum generandi, amplificandi, quoquo versus effundendi, molem, quam attingit, vniuersam occupandi facultate præditus, summèq. mobilis sui natura est; & non summa modò à motu afficitur voluptate, sed viuificatur etiam, & seruatur: in angustum coactus, compressusq., molestia summa, summèque afficitur malo. Itaq., si seruandus, potentate donandus fuit, molem, quam subit, ad eò amplam leuemque reddendi, nihil, vt eius densitas ipsum còprimat, nihil pondus grauet. Et ea sanè viget, & assidue, in cessanterq. iuxta eam agit: cum primùm molem subit, laxare eam, attenuareq. aggreditur; nec laxandi, attenuandi, finem facit vllum, quoad inquam dictum est, eam egerit tenuitatem. Huiusmodi cum sit caloris ingenium; molem vbi is subit, quæ, cuiusmodi nostra entia omnia propemodum sunt, è partibus composita sit, quarum alie molliores, laxioresq. sint, & quæ subeunt, laxantiq. ipsas calori minus renitantur; duriores alie, densioresq., & quas egrius subeat, laxetq. calor; quod ex ea constituitur ens, vel si alia ei agens natura, à qua inexistens calor offendatur, vel entis constructio immutetur, nulla prorsus insit; necessariò tamen, & caloris vires, & molis etiam dispositio assidue immutetur; & quod passim euenire apparet, longè à seipso diuersum fiat, oportet. Incessanter enim se ipsum generans, amplificansq., & vniuersum in ens, se effundens calor, & vniuersum immutans, at non æque copiosus vniuersum subiens, nec æquè immutans, sed multò his, quàm aliis, copiosorem se indēs, multòq. modò, quàm alias, magis laxans, & quas in tenuitatem egit, secum eas educēs omnes, non solum, ens vniuersum summopere immutabit, sed veluti in multa aget entia. Ergo, vel vno à calore constitutus homo si sit; nullaq. alia ei insit natura, à qua oppugnetur; illius tamē, & natura, & dispositio immutatur. Quapropter bene dissimilari, beneq. diuersa constitutus è mole, & è partibus constans, quæ propriæ naturæ viribus, & dispositione summopere à se ipsis differunt, & quarum singularum calor in reliquas effunditur omnes, variis affectuum generibus, variis dolorum formis necessariò tētat, &

CALOR FRIGVSQVE VNI, EIDEMQVE SVBIECTO NON ERAT

indendum. Nec frigus, veluti & calor, agens animalium principium ponendum. Cap. XXXI.

PROVAT cum sensu, dum calorem, & frigus, naturas maximè sibi ipsis contrarias, & quæ sibi ipsis coire non sistent prorsus, sed perpetuò, incessanterq., & ad internitionem vsq. mutuò sese oppugnant, obleduntq., in vnum agit. Illa enim (vt alibi latius patuit) diuerso donata ingenio, diuersaque gaudet operatione, diuersa gaudet etiā, indigentq. molis dispositione. Animalia quoq. è semine, menstruoq. sanguine, & matris in utero, è bene calidis rebus, & calidissimo in loco constitui, & non modò humores reliquos, qui corpori inexistunt, & è quibus corpus componit, sed ipsam etiam pituitam, quæ frigidissima Hippocrati videtur, & atram etiam bilem, cui magnum ipse attribuit frigus, bene calidā vtramq., & fluidā contingenti, & ab hac terram fermentari, expandi, ac attolli, & partes, quibus impermissa adheret, exulcerari, corrodiqu., actiones deniq. edi, quæ caloris, & bene strenui sunt, cum intueretur nihil ta-

hil tamen sensum secutus, nò minus à frigore, quàm à calore constituta esse decernit. Nec verò (quod antiquiores arbitrati sunt) quæ non summo calore, summoq. vigent frigore, talia sunt, quòd non vno à calore, vnoq. à frigore, sed ab vtriusq. sibi ipsis immixtis, simulq. agentibus constituta sunt, & calorem, frigusq., quòd non integrum, robustissimq., sed imminutum est, languidumq., alterius commixtione tale factum esse, ac entibus, quæ calida continguntur, & calida sunt, frigus inesse, & à frigore etiam constituta esse dixerit quis. Vtrique enim in alterum agendi, alterum deturbandi, interimendi, cuiusq. sedem occupandi facultas tributa est; idque semper vtrumq., quale cumq. est, molitur. Itaq. vel quòd longè robustius est, dum languidius oppugnat, interimitq., repatitur ab eo, eiusq. vires imminuuntur. Quando ergo intelligi non potest, quomodo naturæ adeo còtrario donatæ ingenio, & quæ vel in primis còtrariæ sunt, ac nunquam non sese oppugnant, & mutuò vndique deturbant, quòd contraria gaudent, opusq. habent materiæ dispositione, veluti proprii ingenij oblite, depositis odiis, communem sibi conseruant sedem, concordetque in eant amicitiam sibi ipsis cocuntes: vtrique caloris, frigorisque imminutio, non alterius commixtioni, sed actioni, repugnantiaq. tribuenda est. At ad Hippocratem redeamus (suo enim loco de his pluribus agendum) & entia omnia, quæ præsertim similia sunt, vna à natura, quin, vna terra excepta, & si quæpiam in profundioribus eius partibus sunt entia, vno à calore reliqua omnia constituta esse, manifestum fiet.

NEC, QVIA HVMDITATE, SICCATATEQVE AVCTA HOMO
doleat, agentes, & ipsas animalium causas ponere debebat. Cap. XXXII.



NON rectè è dolore, quo humiditate, siccitateq. nimis aucta, imminutæ homo corripitur, se ipsas iis generandi, amplificandi, & mutuò in se ipsas agendi facultate donatas, & agentes, & ipsas animalium causas, agentiaq. principia esse colligit Hippocrates. Siquidem non ex iis, quæ humidioribus, siccioribusq. factis corporibus, eueniunt, quæ veluti ex accidente quodam euenire possunt, & quæ qui eueniant obscurum est, sed in mutuis humidarum, siccitarumq. rerum in se ipsas actionibus, & in mutuis alterarum in alteras immutationibus propriæ humiditatis, siccitatisq. vires inspiciendæ Hippocrati erāt. Et in ijs inquisitæ hæ, si forent; quantumuis earum altera nimis aucta, imminutæ, doleat homo, & ad generandum ineptus fiat, nulla prorsus agendi facultas tributa ijs Hippocrati esset. Ipse enim humida nulla prorsus quantumuis siccis indita, sicca, nec sicca humidorum actione humida fieri, sed ibi tantum vtraq. veluti in mediam agi dispositionem, vbi penitus sibi ipsis immiscentur, & ex vtriusq. vnum fit, intuebatur. Et sicca, densaq. quæuis ab exuperante calore molli primùm, laxariq., mox & liquari, postremò & in vapores, fumumq., in longè tenuissimas agi res, humida contra omnia, vel quibus nulla penitus immixta est siccitas, & ipsas in primis aquas, fluoresq. alios quosuis à frigore constringi, gelariq., & in summam agi duritiē, clarum erat. Ad hæc, quæ diuersis è partibus, & veluti ex humiditate, siccitateq. sibi ipsis immixtis còstant, ac mollia sunt, calore humiditatem omnem educente durefcere, densariq., humiditatem omnino omnem, siccitatemq., inertes prorsus, & veluti demortuas, & illam semper caloris, hæc frigiditatis propriam, at ex accidente caloris etiam interdum esse opus, perspicue percipiebat. Attamen humiditatem, siccitatemq., quæ assidue in animalium corporibus sit, ab humiditate, siccitateq. iis præinexistente, & se ipsam amplificante fieri decreuit, & non à calore vtriusq., blando illam quidem, moderatoq., & qui humiditatis cibus, chyloq., & sanguini, visceribusq., & carnibus inexistētis nullam, aut permodicam eduxerit portionem, hæc verò à vehementiore, & qui humidissimas, mollissimasq. rerum, quæ dicitæ sunt, partes in fumum egerit omnes. Tum & modum non inquisiuit, quo nulla agendi vi humiditas, sic-

tas, siccitasq. donata, sed penitus iners, & ut dictum est, veluti demortua vtraque cum sit, vtraque tamen supra modum aucta, summam homini molestiam inferat. Quod si paulo diligentius indagasset, esset plane affectus. Quonia enim, dum calor carnes emollit, blandeq. distat, nullaq. ex iis effert molliem, proindeq. nihil illas constipat, nihilq. spiritum illis inexistentem constringit, magna animal afficit voluptate; at molliem in fumum, vaporesq. agens; & illas, & illis inexistentem spiritum in angustum cogens, summum infert animali dolorem; & frigus, dum nihil partes constringit, comprimiq., nihil molestum, at id agens molestissimum est; & seu verberibus pars quae pia contundatur, seu vinculis fortiter colligetur, seu a superposita mole comprimatur, quavis deniq. ratione, & modo quouis in angustum cogatur, summo ea afficitur dolore: vti que humiditatis, siccitatisq. incrementum, propterea dolorificum animalibus fieri intelligere Hippocrates poterat, quod ab vtroq. substantia quae comprimatur, cui compressio longe molestissima, & lethalis prorsus sit, & quae ipsum sit animal; spiritus nimirum, qui animae substantia Hippocrati etiam interdum visus est; qui scilicet tenuissimus cum sit, nimis in angustum coactus (quod, & vapores, & tenuitas quouis parti videtur) corrumpitur, in aliudq. agitur ens.

HUMIDITATEM, SICCATATEMQUE, VEL SI VTRAQUE NIMIS

aucta generationem impedit, non propterea agentes huius causas ponendas esse. Cap. XXXIII.



M in v. etiam propterea, quod nimium humiditatis, siccitatisq. incrementum generationi incommodum est, & nimis humido, siccove taeto corpore, ineptior ad generandum sit homo, agentes illa generationis causa ponenda sunt. Nam praeterquam, quod illarum vtraque vni calori, at diuersis agenti viribus attribui potest, & necessariò attribuenda est: non agentibus modo principijs, sed materialibus etiã, cuiusmodi humiditas, siccitasq. sunt, si non ijs propriae naturae viribus, eaq. dispositione ipsa donata sint, quibus fetus, ex ijs vt constituitur, donata esse oportet, quantumuis illa ad factum generandum, constituendumq. apta sint, constitui tamen non potest. Quantumuis vteri calor (is enim, vt alibi amplius expositum est, spiritum in semine ingenerat, sememq., & menstruum sanguinem in fluores liquat, tum, & tenuioribus horum partibus euaporatis, in neruosum illos genus, hos in viscera compingit) fetus opifex ponendus est, quantumuis, inquam, ad factum constituendum aptus sit; si semen, vel quale puerile est, adeo liquidum, laxumque sit, vt ingenito spiritui aditum, quo clabatur praebat; vel si, & semen, & menstruum etiam sanguis (vt senilis est) adeo crassus sit, vt in fluores, è quibus, quo dictum est modo, neruosum genus, & viscera constituenda sunt, nutriendaque, solui nequeat, fetus minimè constituetur. Itaque si humiditate, siccitateque nimis aucta, generatio non absoluitur, non ideo eius, proindeque & animalium agentes cause ponenda sunt. Quare nisi morbi, qui frigoris facultate in corpore exuperante Galeno oriri videntur, & qui frigoris sensum, beneque cum molestum nobis inferunt, & qui calidis rebus laborantibus partibus appositis curantur, frigus corpori inesse, ac ipsum agens animalium principium manifestent, nihil prorsus obstet; quin animal vno à calore constitutum statuatur. Horum igitur affectuum ortum contemplerur.

MORBOS, QUI FRIGORE IN CORPORIBVS EXUPERANTE GALENO oriuntur, & qui frigoris sensum nobis inferunt, & qui calidis rebus laborantibus partibus appositis curantur, à calore ortum habere omnes. Cap. XXXIII.



QUONIAM, inquit Galenus, & tetani, palpitatio nes, stupores, resolutiones, morbi comitiales, atque ij affectus, qui homines attonitos reddunt, facultate frigoris dominante oriuntur: inter quas affectiones rigor enumeratur; qui refrigeratio simpliciter non est, sed tantum secundum sensum. Vt fuerit itaq. rigor, innati caloris vehemens, comfertimq. affligens, & violenta secundum sensum refrigeratio. Perperam sanè: eorum enim nullus interno à frigore, sed à calore ortum habent omnes. Etenim reliqui ab humoribus, flatibusq., quos sanè mentis homo caloris opera esse nullus negare audeat, affectis in partibus ingenitis, vel in eas illapsis ipsi etiã Galeno fiunt. Rigor verò, quodq. adeo vehemens in eo nos corripit frigus, nullis ab inexistentibus frigidis rebus, sed à bili, calidissimo succo ad sentientes partes è venis elapso etiã Galeno fit. Idque accidit, quia spiritus, & proprius etiam carnium ipsarum calor bilis morsum exhorrescens, in profundissimas proprie molis confugit partes. Praeterea qui morbi ab humoribus, flatibusq. cum in alijs corporis partibus, tum in vetriculo, ventreq. ingenitis fiunt, atque dolorem summum, & cum quodam frigoris sensu inferunt, quin à calore fiant, non est dubitandum. Humores namque, & flatibus illorum causa à calore gignuntur. Quamobrè qui frigoris sensus in ijs sit, nequaquam frigoris actioni, sed compunctioni acceptus referendus est. Et huius cum sit, illius esse putatur. Quod si quidem mali alterius, constrictionis certe praecipue sensum nobis, & bene cum molestum frigus facit. Itaq. à quibus eadem, qua à frigore, constringimur ratione, à passionis similitudine decepti, à frigore nos pati opinamur. Calidis rebus affectis partibus appositis, huiusmodi morbi, doloresque cessant; quod fluores ab ijs, flatibusq. quouis summam aguntur in tenuitatem; cui quavis è corporis densitate exitus pateat. Quasobres, quoniam qui frigoris facultate in corpore exuperante morbi Galeno oriuntur, & qui frigoris sensum satis molestum nobis inferunt, quiq. humiditate, siccitateq. nimis aucta fiunt, & ipsa humiditas, siccitasque, quae in aialis corporibus sit, caloris opera sunt oia; perperam prorsus Hippocrates non vnu modò calorem, sed frigus etiam, & humiditatem, siccitatemque agentes animalium causas, & agètia eorum principia inde ponenda esse decernit; quod hò multis, diuersisq. laborat morbis; quorum nonnulli à frigore, humiditateq., & siccitate ortum habere videri possunt.

NEQUE E SANGVINE, ET E FLAVA, ATRAQ. BILE, ET E PITVITA animalia constant, quòd perpetuò hi humores omnes in illis insunt. Cap. XXXV.



ROVIA nullum habet Hipp. ratio, qua probat animalia à quattuor naturis constituta esse, quòd quattuor omnium corporibus insunt succi, sanguis, flava, atraq. bilis, pituita; ex quibus animalia constant omnia: quorum humorum singuli ab illarum duabus effecti sint; & singulis oppositionis vtriusq. altera insit natura. Nam non quattuor tantum, sed multò plurimi animalium corporibus insunt succi: & Hippocrates etiã hoc non negat, duplex enim sanguis, biles plures, plures etiã pituita, & singula à reliquis omnibus naturae viribus, dispositione, specie maximè differentes, praeterea & vrina (cur enim ipsa, veluti bilis, vtraque inter humores, qui animalium corporibus insunt, non connumeranda sit?) copiosior cum sit; & nihilò minor, quam illarum vtrauis animali afferat bona. Si ijs ab humoribus constitui, constareque animalia statuendum est, è quibus partes constituntur, reficiunturque, quae principes edunt operationes, ac actiones, quibus animal seruatur, quiq. quoad in huius

huiusmodi agantur partes, perpetuò in corporibus retinentur; minime verò, qui siquidem quæpiam viscera constituunt, nutriuntur, ac non ea certè, quæ alium in usum vllum facta sunt, nisi vt illos suscipiant, è sanguine emulgeant, & foras tandem propellant, nisi enim hoc fieret: alijs corporis partibus immiscerentur, ac læderent: nequaquam è sava, atraue bili, nec è pituita, veluti neque ex vrina, sed è semine tantum, sanguineque, vel duplici è sanguine, & altero minus, magis altero concocto, & in semen acto, animal constitui, nutritique, & constare asserendum est. Manifestè enim ex ijs animal constituitur, & solis ijs reficitur, & numquam, nisi vbi nimij sunt, vt inutiles excerpuntur. Nam sanguineas, rubrasque animalis partes è sanguine, exangues, albasque è semine constitui, nutritique, & Galeno visum, & suo nobis explicatum est loco. At humores reliqui recrementa potius proprijs modo visceribus nutritis, statim eiciuntur. Quòd si, quoniam sava bilis in intestina dejecta, ijs inexistente spiritum veluti erodens, ad sui ipsius, & ad excrementorū, quibus immixta est, excretionem incitat; atra verò, dum est ventriculus inanis, atq. venā, quæ è splene ad illum fertur, nihil comprimit, ad illius os delata, spiritum ei inexistente veluti mordicat, molestiaque afficit, quæ amoliri appetens, cibos appetere videtur, quòd denique magnum vtraque animali commodum affert, propterea ex ijs animal constare statuat Hippocrates; ex vrina itidem constare animal statuat, oportet; neque enim minora, quam illarum vtrauis præstat bona. Nam spiritui veluti vehiculū præbet, quo grauem, corpulentumq. sanguinem in qualis corporis comportet partes. Et crassissimam sanguinis portionem, fecem, quæ nullam in corporis partem agqueat, & in locinore si immoretur, molestissima ei sit, eiusque cauitates breui ita obstruat omnes, vt nullus cōfecto sanguini exitus detur, sibi ipsū immixtam, & veluti in eo fluitantem secum ad renum constitutionem, nutrimentumq. exportat. Nulla igitur commoda, quæ huiusmodi succi animali præbent, ex ijs animal constitui, sed summam omnia rerum omnium conditoris Deī sapientiam præferunt, potestiamque, quibus suis in operibus omnibus, quæ materiæ necessitate incommoda eueniunt, malaque, in summa commoda, summaque, vertit in bona. Minus etiam è pituita animal gigni, nutritive existimare licet: nulla enim prorsus animalis pars ex ea pituita, dū remanet, cōstitui, nutritive videtur. Nam quæ pituitæ persimilis res sanguini vtrique immixta spectatur, & qua arterias, venasq. nuttiri rationi congruum est, longissimè abest, vt pituita sit; quæ diutius concocta prohum in sanguinem agit: & pinguisima sanguinis pars, & sanguis omnino ea est amplius concoctus, & in semen actus, è quo albæ, exanguesq. animalis partes constituta, nutriendæ sunt. Tum summopere mirari Hippocratem licet, qui viscosam eam cum intueretur, & propterea à calore confectam putare oportebat, & calidam contingeret, maxime frigidam constituit: bilem vtramque magis etiam, quam sanguis est, liquidam, fluidamque, cum perciperet, sicam tamen existimauit: & atram bilem insuper è bene calidis cibis à bene robusto calore in ventriculo in chylum actis, & è tenuissima, ac bene à calore exuperata eius portione amplius in locinore concocta, postremo, & in splene ab eius calore, à multarumque arteriarum motu aucto, accensoque confectam, absolutamque, & terram fermentantem, ac attollentem, ponere frigidam nihil crubuit.

NEQ. RECTE QUATTVOR EX HUMORIBVS, AC QUATTVOR EX
elementis animalia, entiaq. constituta colligit; quòd quæ corrupuntur, in illa resolui videntur. Cap. XXXVI.

QUATTVOR ex humoribus, quattuorq. ex elementis animalia, & entia reliqua omnia composita esse Hippocrates male cōcludit, quòd omnia vbi corrupuntur, in res resolui videntur, quæ illis similes sunt, in ea scilicet singula, & quibus composita sunt, resolui oportere assumens. Nam neque in vniuersum vera est

est assumptio, firmaque: nec, si sit vera, quod Hippocrati declarandum est, declarat. Tenim, & si artificum opera, quæ è rebus componuntur, quibus, quæ insunt nature, non ijs donatæ sint viribus, quibus se se mutuo imminuant, perdantque, in easdem res, è quibus composita sunt, resoluuntur; non tamè idem ijs euenire existimare licet, quæ è multis quidem effecta sunt, non in propria seruatis natura, sed omnibus mutua actione immutatis, & vna omnibus natura, dispositione, specie donatis, longeque earū qualibet à propria diuersa. Quæ, si mutuo in se ipsas agunt naturæ, calor, frigusque, sibi ipsis coire non sistent: & se se vtrumque, quaecumque factū est, è proprijs in alienas sedes effundendi, & contrarium ijs præinexistens, deturbandi, se sequi in ijs constituendi facultatem, appetitumque numquā deponit. Necessariò igitur quæ à diuersis constituta sunt entia naturis, vbi sibi ipsis apponuntur, & magis etiam vbi immiscerentur, nisi quæpiam eorum vni inexistens natura adeo viribus reliquas exuperet omnes, vt eas dum penitus perdit, nihil ab alijs imminuatur, sed illa non valde differentibus agant viribus, vt vna tandem, at bene à reliquis imminuta superfit natura, vnum prorsus, idemque, in ens, quæ coire res, agantur oportet. Quod quidem ens exuperanti rei proprius, & ab alijs magis dimotum, at ab omnibus certè diuersum erit. Quocirca, si vera sit Hippocratis assumptio, & quæ corrupuntur, in ea, è quibus constituta sunt, resoluenda sint; quæ multis quidem è rebus, at omnibus mutua actione immutatis, & ab agentibus naturis constituta sunt, nequaquam ea singulas in res, è quibus constituta apparent, nec verò illarum vllam, quæ nimirum perire, inque aliā acta sunt omnes rem, sed in abeuntem naturam, à qua, & in remanentem molem, è qua effecta erant, resoluuntur. Tum vno à calore entia omnia, animalia, & quæ, cuiusmodi animalia sunt, bene calida, molliaque, & laxa, beneque dissimilaria constituta, in res, quæ igni, aeri, aquæ, & terræ similes sint, resolui possunt, & iam resoluuntur. Id enim est caloris ingenium, vt molem, cui inest, attenuet; at non veluti saltu, nihil in medias res dispositiones, in summam statim agat tenuitatem. Sed emollit eam primum, laxatque, mox fluidam, postremo tenuissimam reddit. Et moles ipsa non cuiuslibet particeps dispositionis ingenitæ tenuitati cuius, sed paulò densior, quæ est summa tantum, laxior verò fluoribus etiam egressum præbet. Itaque ex animalium dudum demortuorum carnibus, veluti & è viuorum, quæ nihil ex adhuc, aut modicū quid laxata sunt, tenuitas forte qualifuis, res nimirum igni, & aeri similis, at non certè fluores vlli elabuntur. Paulò post carnibus multò mollioribus, laxioribusque factis, illis etiam, rei nimium aquæ persimili egressus patet. Crassissima ipsarum portio, quæ, neque in vapores, neque in fluores verti dum potuit, tenuitate, qua immixta mollis erat, spoliata omni, ac magis in se ipsam conspissata, in rem terræ similem concreuit. Viuorū porro animalium carnes, & si ab inexistente calore assidue emolliuntur, & laxantur, ac in fluores aguntur, nihil tamen molliores, laxioresque fiunt; nullique ex ijs nihil à motu concalescitis, adaperitisque effluunt fluores: quòd quæ è fluoribus è venis elapsis, in easque illapsis adnascuntur carnes, sicuti ne earū moles, quantitasque imminuatur, ita ne dispositio immutetur, præstant.

ANNVM IN QUATTVOR PARTES MALE DIVIDIT, ET EARVM
singulis singulorum elementorum attribuit.

Cap. XXXVII.

NVM postremo quattuor in partes diuidens Hippocrates, & earū singulis elementorū singulorum naturas, Veri, scilicet, calorem, humiditatemque, Aestati calorem, siccitatemque, & siccitatem Autumno, frigusque, & frigus Hyemi, humiditatemque, attribuens, adeo positionis tenax est, vt eā dummodo teneat, firmetque, sensum ipsum dimittere nihil veretur. Ipse, n. sensus non diuersis quattuor elementorum viribus, sed

L diuerse

diuersæ solis ad terras directioni anni diuersitatem assignandâ docet. Nam quibus aestas, & maior sit calor, ubi magis directus sol imminet. Et ibi hyems fit, magisque viget frigus, ubi maxime obliquus sit sol. Atque meridionalibus in terris, quibus perpetuo directus, vel directo proximus iminet sol, paruum, vel nullum frigus vnquam, sed magnus perpetuo sentitur calor. In valde borealibus, quibus valde obliquus sit sol, nullus estus angit vnquam, sed perpetuo viget frigus. Nô quidem hoc esset, si elementorû vires anni tempora scelerentur. Quandoquidē æquæ cum elementa sint ubiq; ac adesse oporteat, ipso rû fridē vires æquales ubiq; erunt. Quod si (vt consuetudinem est) calorē, qui ad nos aduenit, a sole fieri, ac intermedia elementa, & ipsam etiã terram a sole calcari, & immutari eam cõstitatur; non reliquis ex elementis mutuo a se ipsis immutatis, sed vna è terra, vnoq; a sole entia quæuis constitui, & vnâ prorsus terram, & cœlumq; vnâ prima corpora ponat necesse est. Et in entia, quæ ex ipsa enascuntur, terra vt agatur, calefacienda tantum, emollienda, fundenda cum sit; quod vtrumq; vnus agere potest calor, & vnus oïno solis calor, moderatus præsertim ubi est, agere videtur; ad illorum cõstitutionem alia corpora afferre sano homini non cõuenit. Quorum præsertim corporum portio nulla vnquã, nec actio etiam vlla ad terram descendit: quin ipsa liquidò è terra enascuntur oïa. Præterea, si id anni tempus, Ver, Autumnusq; ponendū est; in quo nec calor nos, nec frigus molestia afficit vlla, in mediarum regionum multis nullum Ver, nec Autumnus est vllus. In multis, n. hyemale frigus estiuus calor, & hunc illud excipit. In nullis certè (quod si singula anni tempora elementis singulis respondeant, fieri oportebat) Ver, Autumnusq; æquale astate, atq; hyemi sortiti sunt tempus; sed in oïbus illis hęc longè sunt diuturniores. Adhec, quid ab autūno ver differat sentire nô liceat; quidem idem vere, qui autumno calor; & eodem propemodū in vtroq; sunt pluuia: & æquæ vtrunq; ubi pluuuū est, frigidum, & calidum, ubi serenum. Signum certè, quod Hippocratem impulsit, vt ver calidum, humidumq;, autumnum frigidū, siccumq; poneret, si verum sit, sensum sanè, & ipsius amplius positiones euerteret. Nam frigidò sub cœlo concoctiones oēs melius fiunt: & qui frigidas incolunt terras, vel satis sicce ea si sint, plurimo, liquido, rubro abundat sanguine. Quin ipsi in primis Hippocrati vèteres hyeme calidissimi videntur. Quo fit, vt si frigidus sit autūnus, non atra bilis multa, nec frigidus, crassusq;, & niger sanguis, sed illa nulla prorsus, aut modica, & hic calidus, liquidusq;, & ruber fiet; eoque etiam amplius, si siccus sit. Insuper sicco in ambiente tenuior, quam in humido sit aer; qui minore ingenito sanguini adijcit molem. Quare si frigidior, crassior, & niger autumno est sanguis, nô autumnalis id aeris frigiditas, siccitasq; efficit, sed calor potius, qui vehemens ubi est, tenuiores, calidioresq; sanguinis partes in summam agit tenuitatem, eamq; educit omnē. At fortè qui huiusmodi est, nô autūno, sed æstate confectus est. Pituita porro, si non eam intelligit, quæ sanguini immixta eandem pituitæ sortita est speciem, ac longissimè a pituitæ abest natura, & semen oïno est; sed eã intelligit, quæ ventriculo, vètriq; inest; mirum sanè est, hyeme copiosior fieri Hippocratem docuisse; cui ventres hyeme calidissimi videntur. Verum, si copiosior hyeme sit, crassior ea chyli portio est, a nimio calore superflata, tenuioribus sui partibus spoliata, & viscosa facta: vel est humor è cerebro expressus, ab ambiète frigore cõpresso: vel è crassioribus vaporibus, quales pluuio sub cœlo, & terra madefacta fiunt, in cerebrum illa plis, ibiq; concretis factus est, & in ventriculū delapsus. In hunc modum facta si sit, vel si externi aeris opera, at non certè ab ipsius viribus ventriculi calorem exuperantibus, nec earum omnino actione; qua vtiq; confici eam oporteat, si aeris naturis eius confectio tribuenda est; sed veluti ex accidente quodam factam esse existimandum est. Quasobres inditia, quibus Hippocrates rerum omnium agētia principia calorem, frigus, humiditatem, siccitatem esse, & ignem ab ijs, aerem, aquam, terram primò constituta, tum ijs sibi ipsis commixtis, entia reliqua omnia cõposita esse, colligere videtur, infirmissima sunt. Nec Empedocles, nec Ocellus

Ius, primus, vt arbitror, quattuor elementorum inuētor, quantum in eorum scriptis, quæ ad nos peruenere, legimus, corpora hæc prima esse satis declarant. Quid Aristoteles an ipse id præstat? Mihi quidem hac in re illorum præstigijs veluti captus videretur. Vel minima quæq; aliàs tractans, diligentissimè ea intueri, explicareq;, & antiquiorū de hys sententias examinare, & perpetuo ferè eas omnes, & iniuria fortè interdum dānare solitus est. In primorum autem corporum constitutione, in summi re momēti, & qua non rectè posita, nihil rectè poni possit, adeo parum diligēs, adeo antiquioribus addictus est; vt nihil eorū decretis inspectis, examinatisq;, perinde ac DE I ipsius ore prolata essent, tot, taliaq; ponenda esse decreuerit; quot, qualiaq; esse ab illis pronūciatum foret. Cum tamen interea sensus ipse, propriæq; positiones, quibus nullas fortè firmiores posuit vnquam, maximè obstarent, maximèque aduersarentur: quæ duo tantum agentia principia, & proinde duo tantum prima corpora esse, & quæ nobis posita sunt, sine controuersia ponunt. Quod breuiter explicemus.

AD PROPRIAS POSITIONES RESPICIENTI ARISTOTELI, DVO tantum prima corpora, & cœlum illa, terramq; videri debuisse. Cap. XXXVII.

SESTANTIA, inquit, in qua generationes fiunt, & corruptiones, veluti natura quæuis alia, & aliud genus quoduis, a duobus tantum detineri potest primis contrarijs. Reliqua, quæ inesse videtur, prima non sunt, neq; alterius generis, sed a primis illis manant; & sub prima illa reducenda oïno sunt. Illa eadem videlicet, at nô integra, puraq;, sed imminuta, & sibi ipsis cõmixta. Et alibi, Prima, inquit, contraria in natura quæuis quàm longissimè a se ipsis posita sunt: in medio eadem quidem, at imminuta, & sibi ipsis cõmixta. Integra videlicet contraria, puraque, extremas propriæ materiæ partes occupant; inq; illis qualia sunt, nihil imminuta, nihilq; impurata vigent: medias verò nullum eorum integrum, purumq; obtinet, sed imminutum vtrūque, atque alteri commixtum. Rectè sanè, quæ in extremis materiæ cuiusuis partibus spectantur, a summis ea, purisq; contrarijs cõstituta, & prima genere in illo, simpliciaque, & pura sint oportet. Quæ in medio sunt, nec prima, nec pura sunt, a non primis, nec puris constituta contrarijs, sed ab imminutis, & sibi ipsis Aristoteli cõmixtis. Quare quæ in Mundo vniuerso summè a se ipsis distant, ea tantum a contrarijs primis, summisq;, & puris detineri, & prima esse, simpliciaque, quæ nimirum a principijs huiusmodi constitui visa sunt, asserendum erat. Quæ in horum medio spectantur, secunda omnia, mixtaque, ab iisdem quidem contrarijs, at sibi ipsis cõmixtis, & mutuo a se ipsis passis effecta, vel si extrema Mundi corpora non talia visa foret, qualia prima; nec quæ inter ea locata sunt, qualia ex illis cõposita esse oporteret, ponenda fuere. Soli igitur cœlo, & terræ soli summas, integrasque, & maximè inter se contrarias inesse vires, sed eas languentes, debilesq; ijs omnibus, quæ in cœli, terræq; medio ipsi sunt, docendum erat: quæ a sole, & terra pati, immutariq;, & constitui etiã omnia, cœlum verò, terræq; alio a nullo, sed a seipsis mutuo tantum, & nequaquã vniuersa ipsa, sed extremas modò, & quæ se se contingunt ipsorū portiones, manifestè cõspiciuntur. Cur igitur, cū duo iure optimo ponere posset prima corpora, vnâq; vt alibi docuerat, oppositionem, quattuor corpora hæc, & duas inuexerit oppositiones, nihil inuenio aliud, quod dicam, nisi obseruantia, ac reuerentia quadam veterum sententiam hac in re, præter consuetum morē, eum esse secutū. Nunc expendere oportet præteritū arbitror, an eas rebus impertiat actiones, quas efficiūt, easq; naturas, quas actiones, passioneq; inesse demonstrant: an vires ijs, actionesq; assignet, quas suæ positiones assignandas admonent; quibusq; mundū suo arbitratu construit. Propterea dictorū corporum in aersione, singulorū nimirum in reliqua actiones explicantē audire, & nū quas singula edū, an quales iuxta eius decreta singulis edendę essent, Aristoteli ponatur, examinemus.

1. Phys.
text. 50
@ 56

QUATTVOR DICTA CORPORA MUTVO IN SE IPSA ARISTOTELI
 inuertuntur omnia; & ex alijs alia fiunt, at promptius quædam, quædam
 verò ægius. Cap. XXXVIII.

2. de ge-
ner. tex.
24. &
seq.



MUTVAM dictorum corporum in se ipsa inuersionem, modumq., quod
 in se ipsa mutuo inuertuntur, & ex alijs alia fiunt, inquirens Aristote-
 les, & oblitus (vti diximus) nullam ab ipso humiditati, siccitatiq., agere
 vim attributam esse. Quod, inquit, dicta corpora omnia nata sunt
 mutuo in se ipsa transmutari manifestum est. Generatio enim à con-
 trarijs, & è contrarijs. Elementa autem omnia contrarietatem adin-
 uicem habent. Quæ enim ea constituunt differentia contraria sibi ipsis sunt: & in his
 quidem ambæ, vt igni, & aquæ; ille enim calidus, & siccus, hæc autem frigida, & hu-
 mida: illis autem altera solum, veluti aeri, & aquæ; ille enim calidus, & humidus, hæc
 verò frigida quidem, at humida est. Quapropter vniuersaliter quidem manifestum
 est, quod omne ex omni generari natum est. Iam autem secundam vnumquodq. nõ
 difficile est videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. Differt autem ipso ci-
 tius, & tardius, & facilius, & difficilius. Quæcumq; enim habent cognationem adin-
 uicem, velox horum transmutatio est. Quæcumq; autem non habent, tarda; quia fa-
 cilis est vnum, quàm multa, transmutare. Vt ex igne quidem erit aer, altero transmu-
 tato. Illud enim erat calidum, & siccum, hoc autem calidum, & humidum. Quapro-
 pter, si vincatur siccum ab humido, aer erit. Rursus autem ex aere aqua erit, si vinca-
 tur calidum à frigido: illud enim erat calidum, & humidum, hoc autem frigidum, &
 humidum: quapropter transmutato calido, aqua erit. Eodem quoque pacto ex aqua
 terra, & ex terra ignis: habent. n. ambo ad ambo cognationem; Aqua enim humidum,
 & frigidum, Terra autem frigidum & siccum; quapropter victo humido, terra erit.
 Et rursus, quoniam ignis quidem siccus est, & calidus, terra autem frigida, & sicca; si
 corrumpitur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum, quod circularis
 erit generatio in simplicibus corporibus, & facilis hic modus transmutationis,
 quia cognatio existit in ijs, quæ consequenter. Ex igne quoque aquam, & ex aere ter-
 ram, & rursus ex aqua, & terra, aerem & ignem contingit quidem generari; diffici-
 lius autem, quia plurimum est transmutatio. Necesse enim est, si erit ex aqua ignis, cor-
 ruptum esse frigidum, & humidum. Et rursus, si ex terra aer, corruptum esse frigidum,
 & siccum. Similiter autem, si ex igne, & aere, aqua, & terra, necesse est ambo trans-
 mutari. Hæc igitur tardior generatio est. Si autem vniuscuiusque alterum corruptum
 fuerit, facilis quidem erit, non autem in se inuicem transitus: sed ex igne quidem, &
 aqua, erit terra, & aer: ex aere verò, & terra, ignis, & aqua. Quando enim aquæ cor-
 ruptum fuerit frigidum, ignis autem siccum, aer erit: relinquatur enim huius quidem
 calidum, illius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum, aquæ autem
 humidum, terra; quia relinquatur illius quidem siccum, huius autem frigidum. Simi-
 liter autem, & ex aere, & terra, ignis, & aqua: quando enim aeris corruptum fuerit ca-
 lidum, terræ autem siccum, aqua erit. Relinquatur enim illius quidem humidum, hu-
 ius verò frigidum: quando autem aeris humidum, terræ autem frigidum, ignis; quia
 relinquatur illius quidem calidum, huius autem siccum, quæ quidem erant ignis. Hæc
 Aristoteles de simplicium corporum generatione, mutuaque omnium in omnia in-
 uersione. Quæ, si primis suis positionibus, & ijs amplius, quæ sensu percipiuntur, con-
 ueniant, consentiantque, admittenda sunt, minimè verò; si sibi ipsis, & multò etiam
 minus si sensui repugnent, dissidentque. Singula igitur, quæ prima, simpliciaque cor-
 pora illi videntur, inspicienda sunt; & num, qualia ipse ea ponit, & qualia esse prima
 oportet, simpliciaque, & num eo, quo ipsi placet modo, in sese mutuo inuertantur,
 considerandum.

DICTA

DICTA CORPORA PROPRIIS QUIDEM POSITIONIBVS CONCORS,
 at ijs, quæ eueniunt, discors inuertit, & non quas edunt, sed quæ iuxta ipsius positiones
 edendæ forent, ijs assignat actiones. Cap. XXXIX.



S positionibus cõgruens, quæ dicta sunt corpora inuertit Aristote-
 les: nisi in eo fortè peccet; quod egrius, quæ vtroq; dissident princi-
 cipio, inuerti decernit. Cum. n. non vtraq; horum natura vtriq; , sed
 altera alteri contraria sit, & altera altera oppugnet nihil alterius vfa-
 ope; quin, quo tẽporis spatio ab altera deturbatur altera, ab altera iti-
 dem interimatur altera, ac quin æquè prõptè corpora singula à sin-
 gulis inuertantur, nihil obstat. In reliquis sibi ipsi concors inuertit omnia. Nec dubi-
 tare licet, quin, si quibus Aristoteli donantur, ijs singula donata sint viribus, nihilò
 segnius nõ aquam modò aer, & aqua aerem, & vtrumq; ignem, & terram in se ipsum
 agat; quàm ignis vtrumq; in se ipsum inuertit; nec quin ex igne, & aqua, calore ex illo,
 ex hac humiditate deiecta, illius itaq; siccitate, & huius frigore vtrūq; occupante, ter-
 ra fiat; & ex aere, terraque, frigore ex hac, & ex illo humiditate deturbata, quin ignis
 fiat, cuius. s. naturæ remanserit. Verum summè ijs, quæ eueniunt, discors, dissonusq;
 est. Siquidem ignis nullo aquam, aeremq; negocio, at terræ ægerimè in ignem agit;
 quæ iuxta iacta fundamenta promptissimè inuertenda ei erat. Et terræ vires quamuis
 per supremam ipsius superficiem, per calidum effusa ens, summopere immixta ad
 aerem perueniant; si non aerem ipsum, summāq; ipsius tenuitatem, at vapores tamen,
 qui eadem prorsus, qua aer natura donati sunt, & qui modico quodam tenuiores fa-
 cti, aer sunt, in aquas cogunt; & aquas marinas in glaciem vertunt; ipsi terræ propio-
 res faciunt; & in terræ postremo agunt, à sole non reiecta; & ignem etiã extinguunt;
 nec verò (quod aqua facit) suffocantes, comprimentesq;, sed se ipsas in eum effundē-
 tes, & contingentes eum modo. At aer, nec ignem in se ipsum agere, nec eius disposi-
 tionem immutare apparet vnquam, minus etiam terram; sed quantulauis eius glebu-
 la in aere seruat quantouis. Et aqua ignem quidem extinguit, at non propriæ natu-
 ræ robore, sed, quod vel calidissimi faciunt succi, mole eum opprimens, suffocansq;;
 in aquam certè, quod fieri oportebat, si contrarijs ipsa, summāq; prædita sit viribus,
 agere illum visa est nunquam. Et terram, quam subit, à sole nimirum emollitam, in
 minutissima quidem dissoluit frustula, in aquam verò nihil eam vertit. Itaq; aqua, cui
 quanteq;, & quandiuuis immixta fuerit, in vapores acta, subidere terra apparet; &
 integram, crassamq;, & quam non subit, ne soluit quidem. Quin, & aerem inuertendi
 aqua, & aquam aer nullam prorsus facultatē obtinet. Propterea quantuluis aer
 medijs in aquis, & aqua quantuluis perpetuò in aere seruat, nisi coeli calor, aut ter-
 ræ frigus in vapores, aut glaciem illa mutarint. Minus etiam ex aqua, & igne quouis
 pacto, & ratione quauis se exuperent, terram fieri, intelligi potest. Esto enim, frigi-
 da sit aqua, non certè æquè, ac terra, frigida videri potest. Neque enim aquæ, sed terræ
 omnino est, quod aquam corrumpit, & in glaciem agit, frigus. Esto etiã, ignis tenuitas
 agendi vi donata sit; non certè aquæ humiditatem in crassitiam, & summā eam agere
 vnquam. Itaq; quis cõminiscetur modum, quo è tenuissima, calidissimaq; altera, & è li-
 quida, & si quidè frigida, at languidè certè, res constituatur summè crassa, summèq;
 frigida? Insuper, quo ex aere, terraq; ignis fiat vnquam, è summè nimirum frigida,
 summèq; altera crassa, & è calida quidem altera, tenuisque re, quæ due conditiones mi-
 nores, quàm in igne sunt, res cõstituatur, quæ, & calore, & tenuitate lógissimè exuperet,
 nihil præsertim calore crassitiam, at tenuitate eam inuertente? Quapropter non quas
 agere res apparent, sed quæ iuxta proprias positiones agenda ijs erant, eas rebus im-
 pertit actiones. Vt nisi nõ sapientia, sed Aristotelis, amore illecti sint Peripatetici,
 apertè intelligant, hominem tuendorum tantum suorum dogmatũ gratia, non occul-
 tas modò naturas, sed actiones etiã rebus, quas nunquã edat, attribuere nihil veritũ.

L 3 E P 2 1

E PRIMIS CORPORIBVS QVA ARISTOTELI PLACET RATIONE
 sibi ipsis commixtis reliqua constitui, & mixtionem fieri profus
 non posse. Cap. XL.

RAVIDE prima corpora constituens Aristoteles, peius etiam ex ijs mu-
 tuo sibi ipsis commixtis reliqua componit: qui nimirum ab illorum
 vnius, vel altera, vel si visum foret, natura vtraq; , at imminuta ea,
 debilitataq; , singula constituere, & singulis oppositionis vtriusq; al-
 teram modo naturam, vt propriam substantiam, reliquorum omni-
 no entium singulis vnius primorum corporum naturas, at imminu-
 tas, debilitatasq; videre cum posset; singulis primorum corporum omnium naturas
 omnes simul indidit, summè inter se contrarias, oppositasq; , & quarum ea sit vis, atq;
 ingenium, vt se se oppugnare, deturbareq; cessent nunquam; nunquam, scilicet, sibi
 ipsis concordēs, nihilq; inter se decertantes, seseq; oblaedentes, cuiusmodi secundis
 entibus inesse Aristoteli videntur, sint vsquam. Verum, quò eius sententia amplius
 innotescat, còmodiusq; excutiat, quæ mixta Aristoteli dicuntur, & quid sit mixtio,
 rum & eorum rationes, qui ita sibi ipsis commisceri posse entia negant, & harum solu-
 tionem exponentem Aristotelem audiamus. Liceat verò, quæ mixtionis rationem, &
 mixtorum conditiones edocens sparsim, nulloq; (vt videtur) ordine Aristoteles po-
 suit, colligere, & suo, quantum per nos fieri potest, ordine, distinetq; ea explicare om-
 nia. Mixta ea Aristoteli sunt, & dicuntur entia, quæ è multis, & mutua ijs actione pas-
 sis, imminutisq; , & in media, communemq; rem actis composita sunt. Itaq; mixtio-
 nem rerum alteratarum vnionem esse enunciat. Huiusmodi mixtionem, & huiusmo-
 di mixta esse cum supposuerit; rectè, beneq; sibi ipsi concors, nequaquam quibusuis
 ex entibus, & quouis pacto sibi ipsis coniunctis, & vel nihil, vel quiduis passis, immu-
 tatisq; , mixtionem fieri posse, nec mixta esse quæcunq; è multis quidem, at nihil, vel
 penitus à propria natura dimotis composita sunt, decernit. Siquidem, quæ, vel pro-
 pria natura immutabilia, impatibiliaq; sunt, vel quæ immutari quidè, pati-
 que possunt, at immutata, passaq; nondum sunt, quantumuis minutissimas, in partes, & quæ sen-
 sum lateant omnem, simul contrita sint, confusaq; , at nihil tamen à se ipsis immuta-
 ta, sed in propria singula seruata sint natura; hæc ad sensum fortè, at non verè mixta,
 sed sibi ipsis apposita sunt tantum. Minus etiam, quorum quædam, vel quæ rota peni-
 tus perire, penitusq; abolita sunt omnia: non enim quæ non sunt, sibi ipsis mixta ea
 sunt; sed ex ijs, ibiq; fiunt mixta, vbi quæ mutuo à se ipsis pati, immutariq; apta sunt,
 ita à se ipsis mutuo patiuntur, immutanturq; omnia, vt omnia in commune, inter-
 mediumq; agantur ens, & ita id sibi ipsi simile; vt quæuis eius pars reliquis omnibus
 & enti vniuerso nihil minus, quàm aquæ pars quæuis reliquis eius partibus, & aquæ
 vniuersæ eadem sit: & ita immutata cum sint omnia, minimè tamen perierint, abo-
 litaq; sint, sed seruentur etiamnum tamen, & separari à reliquis queant. Itaq; seruentur,
 & non seruentur, & vnã, eandemq; in rem acta omnia, & imminuta quidem, at
 in propria seruata sint natura; & singula ab alijs separari possint. Quare, num hoc
 pacto commisceri queant entia, addubitas, Impossibile, inquit Aristoteles, alterum
 alteri commisceri non aullis videtur: nam quæ mixta cum sint, alterata non sunt,
 nihil magis mixta sunt, quàm prius; sed similiter se habent; altero verò corrupto, non
 sunt mixta, sed hoc quid em est, illud verò non est. At verò mixtio eorum est, quæ si-
 militer se habent, eodem igitur modo, si & vtriusq; conredientibus eorum quæ miscen-
 tur vnum quodq; corruptum sit; non enim mixta sunt, quæ omnino non sunt. Iure
 quidem, vt enim Aristoteli ipsi visum est, posituq; : è quibus sibi ipsis commixtis aliud
 ens, & vnum quod sit, idemq; vniuersum compositum esse existimandum est, reman-
 eant ea oportet: neq; enim, quæ alia assumpta natura perire ipsa, ex eis sibi ipsis
 commixtis constare quid conijciendum est. At & non remaneant etiam oportet:
 liqui-

1. de ge-
 ner. lxx.
 90.

siquidem, quod ex entibus in propria seruatis natura, vel si bene imminuta ea sit,
 reusq; constitutum est ens, nequaquam id vnum, idemq; vniuersum sit vnquam;
 sed eo tantum modo, ea; vnum appareat ratione, quæ quæ è multis sibi ipsis ap-
 positis, colligatisue constant. Quocirca dubitationem, vt soluat Aristoteles, & seruari in
 mixto ea, è quibus compositum est, & non seruari, sed omnia in mediam quampiam,
 communemq; rem, & summè eam vnã, summèq; similem acta esse, & in huiusmo-
 di acta rem, omnia tamen seruata, & à se ipsis separabilia esse, ostendat oportet. Per-
 obscura verò res est, & quæ naturæ ipsi repugnare videatur; quæq; aperitissimè ex-
 plicanda sit. Quod certè, si, vt oportet, præstet Aristoteles; non modo quem amemus,
 laudemusq; , sed quem admiremur, & veneremur etiam, dignus sit: sin minus, opposi-
 ta mereatur. Ipse nanq; secundorum entium constitutionem, apertissimam scilicet
 rem, nullo suo (vt dictum est) nullo etiã nostro labore nobis manifestare, & veluti ante
 oculos ponere cum posset, vehementer nos torquens, maximisq; inuolens tenebris,
 nihil illam, sed Antiquiorum signamenta nobis tradidit. Operæpretium est, quæ dubita-
 uit, soluentem audire. Entium, inquit, hæc quidè actu, alia verò potestate sunt. Cõin-
 git itaq; , quæ cõmixta sunt, quodammodo esse, & quodammodo non esse; quod ex ip-
 sis effectum est, actu quidè aliud ab ijs, è quibus effectum est; potentia autem oia, quæ
 prius, quàm cõmiserentur, erant, & non deperdita: hoc autem sermo quæsiuit prius.
 Videntur n., quæ cõmixta sunt, è separatis prius coiuisse, & posse rursus separari. Neq;
 igitur acta permanent, veluti corpus, & album; neq; corrupta sunt, neq; altera, neq;
 vtrumq; ; seruatur n. vtriusq; potentia. Magnas mehercule (vt ingenuè fatetur ipse)
 actus, & potetia distinctioni gratias debet Aristoteles, cuius ope ex angustijs quibus-
 us euadere nihil desperat. Itaq; prima corpora in aliam oia acta rem, & vnã eam,
 eandemq; oem, & penitus à singulis diuersam, singula tñ seruari, & à se ipsis separabi-
 lia esse, seruari nimirum singula, & non seruari, & idem facta esse oia, & diuersa, con-
 trariaq; remanere, enunciare nihil veretur. At nō distinctionibus, & inanibus verbis,
 quæ impossibilia, falsaq; apparent, sed rebus ipsis possibilia, veraq; esse ostendat, qui
 rerum naturã explicat, oportet: quæ hoc non licet modo, ea ne effari quidem licet.
 Quoniã autem sensui expositæ res, & quatenus sensiles sunt, tractantur; vtiq; sensui
 exponendæ sunt, manifestandæq; oes, ea; amplius, quæ sensui repugnare videtur.
 At ratio examinetur. Non quidem, quòd secundorum entium partes singulæ in singu-
 la prima corpora inuerti possunt, propterea hæc oia illis inesse declaratum Aristoteli
 est. Cum n. quoduis in quoduis agi, & è quouis quiduis fieri possit; non magis secun-
 dis prima inesse, & è primis inexistentibus cõstituta secunda esse, quàm primis secun-
 da inexistere, & ex his illa composita esse declaratum Aristoteli sit. Id itaq; amplius ho-
 mini præstandum, secundorum, videlicet, entium partes singulas in ea prima corpora
 reliquis præstius inuerti, è quibus constituta ipsæ sint, & singulas à reliquis separari
 posse, diuersas oino inter se esse, ostendendum Aristoteli erat. Hoc ni factum sit, nequa
 quã illis prima corpora inesse, nec abolita ea, inq; aliam acta rem, apertum sit vnquã.
 At id si ponat Aristoteles, minimè iam è primis corporibus penitus sibi ipsis cõmixtis,
 & mutua actione in aliam, & in eandem oibus actis rem, secunda entia effecta esse po-
 nat; sed ex appositis illis, & in debilitata quidè, refractaq; , at in propria tandem singu-
 lis seruatis natura; non verè. l. similia secunda entia esse, & vnum, idemq; oia; sed
 prima oia sibi ipsis apposita. Id quod (vt visum est) minime oium concedet Aristoteles.
 Quoniam, ait, cõpositio, & mixtio nō idem, sed diuersum sunt; planum, quòd vbi quæ
 miscentur, secundum parua seruata sunt, mixta ea non sunt, sed composita; & cõposi-
 tio oino, non autem temperamentum, & mixtio facta est; neq; habebit eandem ratio-
 nem cum toto pars. Dicimus autè, siquidem oportet mixtum esse aliquid, quod mixtū
 est, similiarium esse partium, & sicut aquæ pars aqua, ita & temperati, mixtiq; . Si autem
 secundum parua mixtio, nullum, accider; sed solum, quæ horū mixta sunt, ad sensum
 esse;

84.

85. &
86.

mixta esse; & idē huic quidem mixtū, si nō acutē inspexerit, Lynceo verō nihil mixtū. Ecce, vel quā ipse attulit ratio, corpora, quo dictum est modo, sibi ipsis commisceri non posse manifestissimē declarat. Sed quæ Aristoteli persuasere, vt prima corpora omnia singulis secundis entibus inderet, inspiciamus. Fortē. n. adeo manifestē secundis prima omnia inesse declararunt; vt incommoda quæuis sustinenti indenda foret. Id certē visum si sit, vel si mixtionis ratio explicari non possit, nihil tamen incusandus sit Aristoteles, qui nimirum necessariō ponendam rem, qua potuit ratione, posuit.

RATIONES, QVIBVS SECVNDA ENTIA E PRIMIS CORPORIBVS
composita esse astringit, infirmas esse. Cap. XLII.

2. de ge.
te. 90.



Secunda, inquit, entia, ē primis omnibus cōposita esse, vniuscuiusq; nutrimentū testificari videtur. Omnia enim ex iisdē, ē quibus sunt, nutriuntur; & omnia ē pluribus nutriuntur. Etenim plantæ, quæ tantū aqua nutrirī videri possent, multis nutriuntur: siquidem aqua terra commixta est. Ideō agricolæ tentāt, cum miscuerint, irrigare. Fortē, & quōd quæ corrumpuntur Aristoteli etiam, veluti & Hippocrati, in ea resolui visa sunt, quæ Igni, Aeri, Aquæ, & Terræ similia apparent; ratio, quæ ē multitudine rerum, quibus animalia, plantæq; aluntur, sumitur, absurda est; & quæ principium petat. Etenim multis quidem animalia nutrirī videntur, & quorum alia alijs magis, minusue calida, & humidiora, siccioraue sint, ijs tamen omnibus, quæ ab animalū calore exuperari possint. At nequaquā illorum vltimum ē Terra, Aqua, Aere, & Igne simul inexistētibz cōpositū esse monstratum Aristoteli est vnquam. Et quin vna ē Terra, vnoq; à Sole, vel vno ab igne Aristoteli cōstitui ea possint omnia, nihil (vt videtur) obstat. Immo vna modō ē Terra, & igne ab vno effecta esse omnia, vel Aristoteli statuendum est. Clarē enim terræ, ignisq; media sunt omnia; nec conditio illorū vlli inest vlla, quæ terræ, ignisq; conditionum media non sit. Et dum ignis terrā inuertit, & proprijs eā spoliat, suisq; donat conditionibus, medijs eā donet omnibus, & in res eam Aristoteli agat necesse est, quæ terræ, ignisq; mediæ videri possint. Tū plātē quædam, vel in longē aridissimis terris, & in quibus, aut nullæ prorsus, aut perraræ, perq; breues fiunt pluuiæ, & quas illarū profundiores partes subire, diutiusq; in ijs seruari, existimari non licet, enascūtur, ac seruantur; quæ vna ē terra à Sole soluta, attenuataq; genita sint, nutritaq; , summē est necessarium. Quōd si is perpetuō agat Sol, qui terram emolliat quidē, attenuetq; , at quam ingenerat tenuitatē, nihil eam educat vnquam; nunquā .i. ita dura fiat terra, vt à Sole emolliari, & in succū, quo plantæ nutrirī vidētur, agi repugnet; nullis illæ vnquam pluuijs, nullis irrigantibus opus habeant aquis: quæ nimirum non aliā ob causam terrē indūt, nisi vt illarum appositione mollior, laxiorq; facta, à Sole in succū, è quo (vt diximus) fiunt, nutriunturq; plantæ, promptius agatur. Et vel in terra nihil prorsus vllis madefacta ab aquis, sed bene subacta, paulō minus, interdum verō & amplius, quā in assiduē irrigatis, nutrirī conspēctæ plantæ docent, non ē re, è quatuor simplicibus corporibus cōposita; sed vna modō ē terra nutrirī à Sole emollita, fusaq; . Duratā enim terræ superficiem emolliens fossio, aditum quidem solis actioni, quo in profundiorē illā perueniat, aperit, aliud certē nihil agit. Terram verō à Sole emolliari posse, & mollitudinē, quæ illi inexistit, vniuersam à Sole effectam esse, & sensus manifestat, & satis est in primo expositum vcommentario. Itaq; è rerū, quibus animalia, plantæq; nutriuntur, multitudine sumpta ratio, languida est; & quod quæritur sumit; & nunquam illas è quatuor simplicibus constitutas esse declarat, sed supponit. Quæ verō è rerum resolutione id astringit, mixtionis ea rationem destruit. Nam si alia mixtū partes in ignem, in acrem alia, alia vero in aquam, & in terram alia per se agantur; nequaquam ex ijs cōpositū fuerit in media, cōmuneq; , & eandem omnino in re iunctis,

affis, non è mixtis omnino, sed ex appositis tantū, & non potestate, sed actū mixto Aristoteli inexistētibz. Vt nunquam satis incusare hominem queas, qui à nullis manifestis rebz, nec à firma vlla ratione coactus, impulsusue, rem posuerit, quæ euidenter naturæ repugnet, quæque inextricabilis excipiat difficultas. Sed agē rationem etiam, quæ Aristoteli secunda entia nequaquam & ipsa simplicia, sed è multis cōposita esse supponenti, prima omnia illorum singulis indenda esse suadet, vel si (quōd manifestē falsam, atq; adeo impossibile, vt visum est, rem ea astruit) inspicienda nō esset; vndiq; tamen vt eius positionis absurditas manifestetur, intueri ne grauemur.

PRAETEREA, ET QVIBVS E PRIMIS OMNIBVS SECVNDA
componenda esse astringit. Cap. XLIII.



Mixta, inquit, mixta corpora, quæcunque circa medijs locum sunt, ex omnibus componuntur simplicibus. Terra enim inest omnibus, eō, quōd vnumquodq; maximē, & plurimū sit in proprio loco: aqua autem, quia indigent terminari ipsa cōposita, solā autem esse simplicium facilē terminabilem aquam. Amplius autē, & terra sine humido non potest consistere; sed hoc est, quod continet: si enim aufertur ex ipsa humidum, deciderit vtrique. Terra igitur, & aqua propter has inexistunt causas. Aer autem, & ignis, quoniam contraria sunt terræ, & aquæ: Terra enim aeri, aqua verō igni contraria est, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. Quoniam igitur generationes ex contrarijs sunt, inexistunt autem altera extrema cōtrariorū; necesse est, altera inesse. Quapropter in omni cōposito omnia simplicia inerunt. Perpetuō presentes positiones ponendi, stabiliendique studio inflammatus Aristoteles, eas vt ponat, firmetque, nihil proprias alibi positas, vel maximē eas stabiles, firmasque, amoliri, nihil etiam sensui, rerumque naturæ aduersari veretur. Quamobrem, vt secunda entia, è terra, aqua, aere, igne cōposita esse, & ad illorum constitutionem his omnibus opus esse declaret; cum paulō ante humiditatis, siccitatisque rationem explicans, id humiditatis ingenium esse enunciasset, vt proprium terminum seruare, & sese continere non possit, sed ab alia natura, & à siccitate omnino continenda sit, siccitatis verō, vt proprium terminum seruet, alienumque vt nunquam recipiat, firmissimē scilicet se se contineat, sibi que ipsi cohareat; & aridū id esse, quod perfectē sit siccum, vt ob humiditatis etiam defectum concreuerit; preterea, & terræ siccitatem, vt propriam formam, & aquæ humiditatem cum assignasset; quæq; non modō terræ se se continendi facultatem largiri non posset; sed ipsa à terra continenda foret; terram omnino se se continere, & à se ipsa diuidi nolentem, repugnantemque; aquam verō perpetuō disfluentem, & vt contineatur, terra opus habere cum intueretur: Terram per se contineri ineptam esse, & ne disfluat, & à se ipsa ne separaretur, ab aqua retinendam esse affirmare, proprijs scilicet positionibus, & naturæ ipsi repugnare, nihil veretur. At ratio tamen excutiatur. Non terra, inquit, tantū, sed aqua etiam ad mixtorum cōpositionem opus est; quia terminari ea oportet; & sola aqua terminabilis est. Si quidem terminari, disfluere, & terminabilis, id quod vox sonat, & quod aquæ naturæ congruit, alieni termini susceptibile esse Aristoteli significat; & fluorum tantū, succorumque inquirat constitutionem; id quidem Aristoteles peccet, quōd ab igni terram molliari, & in omnigenos fluores, & ipsas etiam in aquas agi intueri cum posset, & intuitus esset; ad fluorum constitutionem aqua opus esse statuerit. Sed aquam primum, & ipsam corpus supponenti, ignosci id queat: at non certē, quōd ad stabilium etiam entium compositionem illam affert. Nam, vt dictum est, quōd maximē siccum est ens, id ab alia natura continendū Aristoteli in primis videri non potest; & aqua proprium ipsa terminum seruare cum non possit, qui alijs cum prebere queat, intelligere non licet. Sin verō (vt Peripateticorum non

2. de ge.
te. 99.

Ibidem.

nonnullis placet) terminabilis pro terminatiua Aristoteli posita est; itaque qua subsequitur ratio (Amplius autem, & terra sine humido consistere non potest, sed hoc est, quod continet; si enim auferatur ex ipsa humidum, decidet utique) non alia à precedente sit, sed illam explicet: ignoscamus id Aristoteli, quòd vnam, eandemque rationem cum ponat, in duas eam diuidit. At verò, quòd parum priorum decretorum, minus etiam eorum, qua sensu perceperat, memor, siccitatem ab humiditate continendam esse statuat, id certè non est ferendum. Nam et si humore elabente, còcidere, disrumpique quaedam ipsi visa sunt; alia tamen multa eò duriora, densioraq. fieri, & eò compingi magis, quòd inexistens ijs humor educitur magis, intuitus etiam est. Ferrum, inquit, sapius sursum, inexistente nimirum humore elapso omni, fundi amplius, dissoluique non potest. Quando ergo humore effluente, alia compingi, alia dissolui, quin vel eadem diuerso à calore vtrumque pati apparent; non temere propria positio, & quam naturam concors posuerat, deserenda; sed entium vtrorumque compositio, tum, & quo à calore compactio, & à quo fusio fiat, praeterca & caloris diuersitas, qua, vt eadem compingantur, dissoluanturq., praestat, diligentius intuenta erat. Et factum id homini si foret, manifestè terram, siccaq. qua sunt omnia, eò magis se se continere, & sibi ipsis magis amixa, agglutinataque esse, conspecta forent, quòd inexistente humore spoliata magis sint. Quoniam ea precipue humore effluente dissolui, disrumpiq. apparent, qua è terra, & aqua sibi quidem ipsis appositis, at nequaquam in mediam, communemque actis rem, sed in propria vtriusque seruatis natura, composita sunt; nequaquam verò, qua similia, & verè mixta Aristoteli sunt; quin eò magis hæc compingi, quòd humor ex ipsis effluat magis: siquidem illa, at non certè & hæc etiam ab aqua contineri videri debuere. Praeterca, quoniam vel illa nò à calore quouis, sed à vehementi tantum disrumpi, à moderato autem magis compingi, magisque còstringi apparent. Nec verò id accidit, quòd languidior calor minus strenuè inexistètem humorem, quam vehemens, educat. Promptius enim hic quidem praesertim externis è partibus humorem extrahit omne; at quòd tenuitate illarum omni spoliatarum summè crassescunt, summèque durefcunt, itaque caloris actioni aditum occludunt; internarum in propria propemodum dispositione seruantur: languidior verò, quòd paulatim, lenteque agit, simul pene & externum, & internum humorem attenuat, educitque. Itaque serius quidem, sed vniuersa, in qua agit, summè, & æque tandem exiccantur, summeque compinguntur. Hæc ita cum eueniunt; qua humore effluente dissoluntur, disrumpunturque, nequaquam propterea disrumpi putandum, quòd inexistente humore, à quo continebantur, spoliata sint; sed quòd eodem fere temporis momento, multa in ijs ingenta est tenuitas, & quantarum, simul praesertim, confertimque, & è constricta iam superficie erumpenti exitus non patet; quem igitur sibi molens compressionis impatiens ingenta tenuitas, qua obstant, amolitur, disrumpitque omnia. Quare que dissoluntur, nò preinexistentis humoris defectu, sed (quòd terra ipsa pati videtur) à tenuitatis, spiritusque dudum ingentis, egressumque sibi patefacientis impetu disrumpi liquido patet. At verò minutissima frustula, in qua dissoluta illa fuerit, quibus nulla inesse humiditas Peripateticis videri potest; neque enim non & ex ijs etiam educat illam calor, quam è tota extraxit mole) optime se se continere videantur. Vt vel ex ijs conspicuum sit, siccum quòd est, vt consistat, nulla humidi vllius opus habere admixtione: non siquidem idem, & minutum appareat, & humidum. Et que aqua infusa continentur, nequaquam ab ea, vt ab humidissima, continentur re, qualis mixtionem effugiat, praeterlabaturq. omnem, & nihil continet omnino vnquam: sed propterea quibusdam infusa admiscetur, coitque ijs aqua, & vnum ijs facta, colla, glutinique more ea continet; quòd non ad summam tenuitatem acta aqua, viscositatis non penitus est experta. Vera certè si sit Aristotelis ratio, & humidum consistentiam, & sese continendi vim sicco prebeat, vel contineatur oino ab humido siccum; summè humi-

humidum quòd est id maxime agat. Itaque aer terram contineat maxime, cuius. f. propria esse humiditas prima corpora componenti, & constituentes ipsorum differentias inquirenti Aristoteli videtur, non aqua, cui frigus, vt propriam naturam assignat. Neque enim, vbi sibi ipsis commiscetur prima corpora, alias sumant naturas, & veluti proprii ingenij oblita, non iuxta proprias agant differentias, quòd Aristoteli interdum placet, aeris modò, modò aquæ humiditatem propriam esse afferenti, vt Peripatetici complures sentiunt, quòd è binis eius conditionibus; altera illorum alteris sit; aeris videlicet, quòd aqua is tenuior, & magis diffusens, magisque dilabens, minus omnino consistere per se potens, minus proprio termino contineatur; aquæ verò, quòd magis alieno inhaereat: non enim æque, ac aer illum effugit, non æque tenuis, nec æque fluens, dilabensque, sed magis crassa, & magis hærens. Si quidem qua crassior est res, siccior Peripateticis ponenda est, crassitatem siccitatis propriam esse ab Aristotele edoctis. Et humiditatis ratio ab Aristotele allata, id humidum magis esse declarat, quòd magis diffusit, & promptius terminum quemuis, & quamuis suscipit figuram; non quòd magis alieno termino inhaereat, non effugiens illum, & parum diffusens, quòd omnino non ægerime proprio termino contineri videtur, neque esse profus humidum. Vtrumque igitur, quòd humidum proprium videtur, multò aer, quam aqua, habet magis: nã, & proprio termino minus contineatur diffusens, dilabensque magis, & alienum quemuis multò promptius, multòque suscipit facilius, multò aqua tenuior, & minus etiam, quam aqua hærens, minusque repugnans. Ex quibus humiditatem perpetuò aeris propriam Peripatetici ponant, & aeri terram continendi vim, si ab humido continenda est vllò, attribuunt oportet. Nec verò siccum, vt contineatur, humido quidem opus habere, ac aqueo, non aereo (quòd faciunt) dixerint, quòd aqua propter grauitatem descendat, terraque hæreat; aer verò propter leuitatem, tenuitatemque, effugiat, elabaturque; & mixtionem praeterlabatur. Nisi enim modum ipsi inueniant Peripatetici, quo aer admixta delabatur, inque illis detineatur, & ignis amplius longe aere leuior, longeque tenuior, & promptius elabens, haud quaquam vel terram, & aquam inalterent, immutentque, vel mixtum contineant vllum. Quoniam igitur ipsa se se, & proprijs viribus continere terra videtur; ad secundorum corporum compositionem nihil aqua indiget Aristoteles. Et quam longissime abest, vt qua densa sunt, duraque constitui queant, si vlla in sit humiditas. Et qua densantur, durefcuntque, propterea densantur, duraque sunt, quia humiditas ex ijs elabatur omnis.

AD MIXTORVM COMPOSITIONEM, NEQUE AEREM AFFERENDUM esse, neque ignem. Cap. XLIII.



T multò etiam minus ad mixtorum compositionem aer erat afferendus, atque ignis; quando, nec quid ille in terram agat, vel quo modo hic ad eam vsque delabatur, docere nos potest. Vt enim detur Aristoteli, nò dandū omnino, aliquas ignis partes à Solis motu commotas, deturbatasque, deuolui quid, & decidere: non quidem, vt ad terram vsque delabantur dari potest; quippe qua parum quid deuoluit, detrusaque ad proprium locum, & ad cognata redeant corpora, vel motum saltem sistant. Quinimò non ad terram vsque delabi modò illas oportet, sed ad maris fundum, & ad profundiores terræ partes; in quibus mixta sunt longè plurima, & summo ea prædita calore, salta, nitrosa, sulfurea, bituminosa. Non quidem eò vsque à solis, coelique motu deiciatur ignis, aut stellarum vi, & virtute; vt Peripateticorum nonnulli opinantur; vel illarum etiam voluntate, qua prima corpora in pro-

in proprio velint manere loco, & sibi ipsis vnita, ac seruari. Nec si fecus velint, è propria sede, propriaque vniuersitate abstrahatur ignis, deorsumque deuoluatur, nequaquam stellarum voluntatis conscius, stupidus, brutusque; nec si sciat, parere etiam velit; neque enim corrumpi, tum neque delabi queat, nulla descendendi donatus Aristoteli facultate; nec si ea detrudatur violentia, vt ad mare, terramque delatus motum sistere nequeat, sed ad maris fundum, terraque ima, veluti detaculetur, eius nos latere queat descensus. Incommoda hæc vitare cupientes non desuerunt qui dicerent, mixtorum, quæ assidue fiunt, nequaquam è simplicibus confici vllū, sed è præinexistentibus mixtis omnia. Itaque nullius ignis descensu opus esse; cum præexistentibus mixtis insit omnibus. At mala illa vitantes, alia subeunt, nihil fortasse illis minora. Primum enim maximè Aristoteli aduersantur, quæ elementorum diuisionibus, & quæ transmutationibus, mixtionibusque fiunt, ex illorum fieri vniuersitatibus, & mixtorum gratia elementa constituta esse statuenti. Tum, si fieri illud nequit; nec fieri vnquam potuit, nec factum fuit vnquam. Præterea, quoniam qui mixtis inest ignis ad proprium is locum, & ad propriam assidue elabatur vniuersitatem, & à contrarijs assidue patitur, assidue imminuitur; dubitandum non est, quin, nisi nouus assidue ex eius desinat vniuersitate, deficiat is tandem; itaque & mixta nulla fiant amplius. Quasobres, quando nec modus reperiri potest vllus, quo aer, atque ignis ad mixtorum constitutionem delabatur, & qui præinexistentibus mixtis inest ad novorum generationem sufficere non potest; si è quattuor dictis corporibus sibi ipsis commixtis entia reliqua constituenda sunt, aerem, atque ignem in peritioribus terræ partibus, & sub maris etiam fundo à cæli motu assidue generari, & ex ijs mixta fieri, Peripatetici ponant oportet. Quod si faciant, veluti ad entiam quorumvis constitutionem aer, ignisque necessarij sunt; nequaquam qui terram ambit aer, ignisque, qui cælo subest, rerum omnium elementa, & quod (vt diximus) summè Aristoteli placet, mixtorum gratia constituti, minusque etiam prima corpora poni possunt; qui nihil ad mixtorum constitutionem afferat, & qui vel Aristoteli ipsi è vaporibus fiant è terra educis; at alterum Cælum ipsum, & ipse Sol, & sola ipsa alterum Terra; quæ scilicet in vapores à sole agitur Aristoteli; è quibus, & aquæ omnes, omnisque aer, & ignis etiam ipse, ac tandem entia alia quæuis Aristoteli constituuntur.

SIMPLICIA, EORVMQVE NATVRAS MIXTIS SIMVL
in esse non posse. Cap. XLIII.

Nec verò, si modum Peripatetici inueniant, quo ad mixtorum compositionem, & aerem deserant, & ipsum etiam ignem, in tuto iam, apertoque sint; sed alia incommoda, & alia illos excipient angustia, & quas longè euadant ægrius. Aliud illis, & longè maius præstandum, & quod proprijs ipsorum positionibus, & ipsi amplius repugnat, aduersaturque rerum naturæ. Naturæ etenim summè inter se contrariæ iungendæ, & in vno, eodemque locandæ sunt subiecto: quæ propterea in primis se se mutuò assidue oppugnant, & è subiectis deturbant omnibus, quod in omnibus sese generare vehementer appetunt singulæ, & solæ occupare omnia; & quæ in ijsdem simul esse, nec possint, nec velint. Siquidem contrarij præditæ ingenij, contrarij, que gaudentes operationibus, subiectis etiam contrarijs, & contrarij modo dispositis gaudebunt, ijs que singulæ, quæ propria ipsarum naturæ, propriaque operationi apta sint. Nec contrariæ agentes naturæ iungendæ modò, sed inter se conciliandæ insuper, earumque actiones sistendæ, coercendæ que omnes, à propria scilicet natura, proprioque ingenio dimouendæ. At agi propius rem intueamur, & quò

& quò veritas magis pateat, magisque illustretur, eadem repetamus. Vbi, inquit, prima corpora mutuò in se se ita egerint, vt nullius natura reliquas exuperet, penitusque deturbet, at se se mutuò omnes debilitauerint, coeunt sibi ipsis omnia, & ex omnibus sibi ipsis commixtis aliud componitur ens, non simplex amplius, non scilicet ab vnica, sed mixtum, à naturis nimirum omnibus constitutum, & in quo simul existant omnes. Nihil (quod maximè opus erat) explicat Aristoteles, cur in se se agere cessant naturæ agentes; & num actionem pertese, ac pugnam, & sibi ipsis singulæ timentes, se se mutuò oppugnare desistunt, & veluti scedere inito, aut indutijs factis; in eodem simul regnant subiecto. Verum non huiusmodi earum est ingenium: sed singulas, qualescumque sint, siue integræ, vigentesque, siue imminutæ, remissæque, & separatis inexistentes subiectis in oppositas assidue agere, & ab actione cessare numquam, ipsis in primis Peripateticis placet. Agens itaque quoduis in agendo patitur & ipsum, excepto primo. Inquit enim Aristoteles, Causa, vt motus soluatur, est; quòd omne agens patitur etiam à patiente: vt quòd secus heberatur ab eo, quòd secatur quòd calefacit refrigeratur à calefcente: denique; quòd cumque mouet, excepto primo, mutuò mouetur aliquo motu: verbi gratia quòd pellit pellitur quodammodo, quòd premit reprimitur. Vel summum scilicet expectans, & patiens etiam malum, penè & ad interitum acta natura agens quæuis se ipsam non deserit tamen, nec proprij obliuiscitur ingenij, sed in oppositam agit semper. Qualiscumque facta seipsam seruandi, atque amplificandi, nec appetitum, nec studium deponit tamen; sed id agit semper, semperque id attendit, oppositam oppugnat, deturbat, & se se in illius generat sede. Quæ igitur in eodem posita subiecto quiescant illæ, nec se se mutuò oppugnent, & deturbent? Cur robustior vbi adest altera, qualis mixtis inest longè plurimis; & quæ in externas agit semper, semperque illas deturbat, contrariam simul inexistentem, quin sibi ipsi penitus immixtam longè debiliorem, & victam iam, prosligatamque subiecto in eodem esse sinat, quo sola potiri vehementer expetit. Cur itaque id potens, non inde illam deturbat, & sola ipsa ibi viget? Huc illuc ferantur Peripatetici, numquam tamen rationem comminiscuntur, quæ contrarias agentes naturas coniungant, & in vnum agant, mutuamque earum actionem sistant. Vt certum sit, secunda entia non è primis sibi ipsis commixtis composita esse, sed ab alterius exuperantis actione effecta. Illorum itaque singulis vnâ eius naturam, & imminutam eam, remissamque inesse,

INDE ETIAM INTELLIGITVR, SECVNDÆ ENTIA E QVATTVOR
primis corporibus simul inexistentibus non constare, & aquam primum corpus non esse, quòd succi multi aqua frigidiores sunt. Cap. XLV.

Lib. etiam certissimo argumento, inditioque Peripateticis esse potest, secundis entibus prima omnia, omnesque eorum naturas non inesse, & aquam primum corpus, & summo à frigore constitutam non esse; quòd succi longè plurimi, & nequaquam aqua crassiores, quibus copiosius frigus indi queat, longè aqua frigidiores sunt; quos aqua etiam crassiores quid, at ex aqua ab igne, aereque passa, & igni, aerieque immixta compositos, minus, quàm aqua est, frigidus esse oportebat. Nec verò (quod Peripateticorum multi faciunt) propterea id euenire dixerint; quòd aquæ frigus terræ siccitati commixtum, robustius factum sit: siccitatem enim non caloris modò, sed frigoris etiam veluti limam esse, quæ vtriusque actionem mirum adiuuet in modum. Primum enim eadem à re contrariarum naturarum actionem adiuuari existimare non licet. Nam quæ alterius robur, viresque adauget, alterius ea actiones imminuat, debilitetque oportet. Calorem ergo exacuens Peri-

M patci-

pateticis siccitas frigus ipsis obtundat: neque enim ijs propterea caloris vires augere, & actionem adiuuare videtur siccitas, quod crassior ipsa, densiorq; copiosiores illas suscipit, sed ipsa per se id facere vel maximè tenui inexistens rei. Nihil enim (vt dictum est) memores humiditati tenuitatem assignasse, & tenuitatem humiditati eandem fecisse, ignem siccitate summa, & summa donant tenuitate. Nec alia ratione ignis aere robustius calefacit ipsis, nisi quod huius uis ab humiditate retunditur, illius vero à siccitate exaccuitur. Incusandus præterea esset Aristoteles, si frigus exaccuit siccitas, quòd summum illud humiditati, non siccitati copulauit; nec veluti ignem primò calidum, sic & terram primò frigidam posuerit. Nec verò aliam à frigore succis substantiam indat, quæ eos aqua reddat frigidiores; nam è Cælo, à quo solo emanare illa queat, calor modò per ripateticis delabitur, aliud nihil. Si igitur natura vlla mixtis superadditur, calor modò superadditur, qui inexistens frigus immittitur, non augeat, & intendat.



INDE ETIAM INTELLIGITUR, SECVNDA ENTLA E QVATTOR...

... etiam certissimo numero... Indubioque per se...
 ... quod ad se ipsam...
 ... quod ad se ipsam...
 ... quod ad se ipsam...

BERNARDI...

BERNARDINI TELESII
 CONSSENTINI
 DE RERV M NATVRA I V X T A
 PROPRIA PRINCIPIA
 LIBER QVARTVS.

SYMMA EORVM. QVAE HACTENVS SCRIPTA SVNT, AC IN hoc commentario scribentur. Obliquam Solis Lationem rerum efficientem causam Aristoteles esse. CAP. I.



OPORTET prima non quattuor, quot Aristoteli posita sunt, nec à quattuor agentibus naturis, sed duo tantùm esse, & à duabus effecta esse naturis, & reliqua entia non è quattuor corporibus sibi ipsis commixtis, vt Aristoteli visum est, sed vna è terra à Sole immutata effecta esse omnia satis est, vt existimamus in superioribus declaratum commentarijs. Reliquum nunc est (quoniam Aristoteles ad entium constitutionem principia, qua formæ, & qua materiæ sunt, non satis esse opinans, efficiens itidem afferendum esse decernit, & obliquæ id solis lationi attribuit; & calorem, qui à sole ad nos aduenit, nequaquam à solis substantia emanare, sed ab eius, reliquarumq; stellarum motu, quo sublunarem aerem commouent, conterantq; fieri docet, & caelestes orbis non à propria natura, sed ab immotis motoribus illis inexistens moueri contendit longe in oibus à nobis diuersus) vt singula hæc diligenter excutiamus. Generabilium, inquit, Aristoteles entium principia ijs, quæ in eternis, & in primis numero æqualia, & genere eadè: hoc. n. vt materia, illud verò vt forma. Oportet aut, & tertium etiã adesse: non. n. sufficiunt ad generationem duo, quemadmodum neq; in primis, sed tertium etiã esse oportet, à quo videlicet forma, materiæ indat, & à quo, quòd sit generetur ens; efficiens nimirum principium. Mox Platõnis sententia, qui Ideis, eorūq; etiã, qui materiæ illud assignabant, reiectus Permenidis, vt videtur positione demolientis, qui materiæ potetij, calori, frigoriq; efficiendi causam attribueret, Neq; ij rectè, inquit, dicunt, qui potetias corporibus tradunt, per quas generentur: materiæ enim est pati, & moueri; mouere autè, & tacere alterius potetij. Manifestum autem, & in ijs, quæ arte, & natura generantur. Non. n. aqua ipsa ex se ipsa animal facit, neq; lignum lectum, sed ars. Quocirca, & id dicunt non rectè propter hoc, & quoniam derelinquunt principiorum causam; auferunt. n. quod quid est esse, & formam. Amplius autè & potetias attribuunt corporibus; propter quas, & generant valde instrumentaliter, auferentes eam causam, quæ secundum formam. Quoniam. n. natum est, vt inquirunt, calidum quidem segregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnumquodq; hoc quidem facere, hoc autè pati, ex ijs dicunt, & per hæc oia alia generari, & corrumpi; videtur autè, & ignis ipsum quod mouetur, & patiens. Amplius autè, & simile faciunt, quemadmodum siquis ferram, & vnicuiq; instrumentorum attribuat causam eorum, quæ hût. Necessè. n. terra existente diuidi, & poliente leuigari, & in alijs eodè modo. Quare si quàm maximè agit, & mouet ignis; sed quo pacto mouet, non animaduertunt, quoniam deterius, quàm instrumenta. A nobis autè vniuersaliter, & prius dictum est de causis; & nunc determinatum est de materia, & de forma. Amplius autem quoniam ostensum est, motum secundum lationem æternam esse; necessè est his existētibus, & generationem esse continuam. Latio. n. generationem faciet incessanter, eò quòd adducat, & abducatur generatiuum, & reliqua.

de ge. tex. 51.

53

54

55

55

M 2 E 3 1.

EFFICIENTEM RERVM CAUSSAM PERPERAM INQUISITAM.
& perperam obliqua Solis lationi assignatam. Cap. II.

Secundorum entium vllum actionem, operationeue edat vllam, que calori, frigoriq; primorum scorporum naturis attribui nō possit; & quā quæ edunt entia, alia ab illis substantia donata esse oporteat; vel si illorum vllum tale appareat, vt è primis sibi ipsis cōmixtis, mutuoq; à se ipsis immutatis cōpositum videri nō possit; rectè alia à diuisis naturis efficiens eorū causa Arist. inquisita, & rectè Soli ea attributa sit: si actiones, operationesue, quas illa edunt, & quæ calori, frigoriq; attribui nō possint. Solis eas proprias, & Soli oīno similia dicta entia intuitus sit Aristoteles; si quidē quæ ab alijs fiunt, & ab alijs generantur res, naturas eę, facultatesq; & species, quas illa, à quibus genita sunt, effectaq; habent, sortite sint oēs, & generantibus, efficientibusq; similes sint, cognatq; summè est necessarium. Quoniam verò, vt in primo declaratū est cōmentario, vel supremæ nobilissimorū entium operationes, sensus, motusq; caloris vterq; & frigoris etiā alter proprius est & nulla prorsus secundorum vlli cōditio inest, quæ primorum cuiuspiam non inest, sed eas quoduis è primis sibi ipsis immixtis cōpositum Aristoteli est, non aliud ei à primis, eorumq; naturis agens secundorū principium inquirendum fuit. Et si quidem, quod quædam intueretur, quæ ab entibus, è quibus fiunt, eorūq; naturis fieri posse existimare nō licet, bene ab ijs dissidentia, & longè ijs præstantiora, nobilioraq; & rerum ritu, quæ arte fiunt ita & naturalium efficientiā non materie, è qua fiunt, inexistentibusue naturis, sed externo principio tribuendū visum foret, quod longè illis præstantius, diuiniusq; & illis fortè, vt organis vsu, generandis formis propria subiecta cōcinaret, & ipsas etiam ex ijs educeret formas; seu proprijs eas generaret viribus; & à quo plantę, & animalia, quæ nō à simili, neq; vniuoco, sed sponte fiunt, fierent oīa; non certè in sole id, & in obliqua eius latione ponendū Aristoteli erat; cui quæ fiunt entia, à simili, atq; vniuoco fieri oīa maximè placet. Et sol penitus diuersa à nostrorū entis, & sublunarium oīum natura donatus, & quæ generare videt, non proprijs ea viribus, sed veluti ex accidente quodā, & igne Arist. aereq; cōterēs, accendensq; & illorum partes detrudens, generat. Et obliqua latio non aliud agit quicquā, sed tantum, vt Sol magis, minusq; directus fiat, præstat. Quod si ens aliud nullum, cui rerum oīum efficientia, & animalium, plantarūq; sponte enascentiū generatio assignari posset; & à Sole oīa generari intuenti, Soli vtraq; necessariò attribuēda visa foret; non certè diuersa is à sublunariibus natura, sed eorū alijs contraria, eadem alijs, & calore oīno donandus erat; quæ assidue effundit; & à quo vno Terra, è qua manifestè entia fiunt oīa, immutari, exuperariq; potest, & immutari, exuperariq; videntur. Et calidus Arist. visus si foret Sol, utiq; simile, atq; vniuocum entium oīum principium, à quali Antiquioribus oibus, & ipsi in primis, oīa effici summo opere placet; & Solem id esse, liquidò conspectum foret. Quicquidem nostra entia oīa, si non æquæ Soli calida, tenuia, candida, mobilia, at calida certè sunt oīa, & non mollia modò, liquidaq; & et medijs affecta coloribus, sed vel bene densa, & nigra quæ sunt, longè à terra amplius, quàm à sole abluunt; & quæ reliqua entia immenso quodā magnitudine exuperant, aquæ scilicet, vaporesq; satis tennes, albiq; & satis insuper hi mobiles, illæ, si nullos edunt motus, at motu gaudēt, & seruantur; & animalia, nihilòq; quæ spōte, quàm quæ à simili, atq; vniuoco fiunt, bene oīa calida, & bene molli omnia, & albo vt plurimū corpore, beneq; oīa mobilia. Et terra nimirum oīa fiunt, at proprijs conditionibus penitus spoliata oibus, & in eas quæ Solis sunt, vel in proximas actis. Quod dictum, scilicet, calidum Aristoteli ponenti Soli, entia omnia à simili, atq; vniuoco principio constituta esse, & solem id esse, at non omnia integris ipsius conditionibus donata esse; quod terrā ille non dum in omnibus penitus exuperarit. At vnde digressi sumus, redeamus.

AGEN-

AGENTIS RERVM PRINCIPII CONDICTIONES NON RECTE
Aristoteli conspectas esse: & duplex illud; & solem alterum, alterum
verò necessariò terram ponendum. Cap. III.

AGENS rerum principium æternum, impatibileq; & quod veluti arte, & ratione, mensura omnino quadā vtatur Aristoteli visum quod sit, nihil incusandus videri potest. Siquidē entium generatio nunquā cessare, & quæ fiunt, certo ordine, certa; mensura, & certis temporibus fieri videntur. Minus etiam, quod accedentem Solem rerum oīum generationem statuatur, & quod ens inquirat accedenti Soli contrariū, à quo quæ ab accedente illo fiunt, corrumpantur, & destruatur. Etenim à sole oīa fieri, & ab accedente longè plurima, longeq; pulcherrima, & quæ effecta sunt, veluti vires sumere videtur. At verò, quoniam, quæ generantur entia, assidue ea corrumpuntur, & vt dictum est, naturæ ijs inexistenti natura, à qua effecta sunt, eadem plane est, & agentes quæ sunt naturæ, ea vt agere vnquam cessent, proprias nimirum vires, & se ipsas vt reprimant, cohibeantq; & non tantum assidue agant, quantum queant, sed agendi vim remittant, & quapiā agant mensura intelligere nō licet; utiq; efficiens entium causa sui natura, & patibilis sit, & temere, effusiq; vsquequaq; agat viribus oportet. Quod igitur nūquā patiat, & quod ratione, mensuraq; agat agens principium, non ipsius id naturæ donandū Aristoteli fuit; sed modus indagandus, quo patibile cum sit, & temere vsquequaq; agat, nunquam tñ immutetur; & mensura agat, & agere interdum cesset. Tum præterea, quoniam, vt dictum est, non alia Solis cōditio, sed calor modò ad sublunaria aduenit; & perpetuo is, vel si languidior à magis obliquo illo factò; & quæ à sole fiunt, ea non ab alia eius conditione, sed à calore fiunt oīa, & quæ à calore fiunt, à frigore destruēda, & frigido ex ente efficienda Aristoteli sunt; frigidū utiq; ens, & quod verè soli contrarium esset, oppositumq; & è quo à sole immutato quæ fiunt, fiant oīa, inueniendū erat. Hæc ratiocinanti, & ipsas intuenti Aristoteli res, si quidem quæ fiunt oīa corrumpuntur; & quæ corrumpuntur à contrario, & in contrarium corrumpuntur, & generationi interitus contrarius est; & contrariorum contrarias esse oportet causas; duplex agens principium, quale necessariò ponendū est, non obliquæ solis lationi, sed soli alterum, alterum verò terræ assignandū Aristoteli visum foret. Neque n. (qualia agentia rerū principia oportere esse decernit Aristoteles) obliquus sol sibi ipsi directo cōtrarius videri potest; nec quantumvis obliquo factò frigus, à quo quæ à calore cōstituta sunt, perdenda Aristoteli sunt oīa, vllum vsquam, sed vt dictum est, languidior quidē, & calor certè aduenit. Terra verò maximè soli cōtraria est, & vbi abest, vel obliquus sit sol, summum ab ea emanat frigus; & quod, nisi ab adueniente, accedenteq; sole reprimatur, quæ ab eo effecta fuerant, perdat tandem oīa; & manifestè quæ à sole fiunt, ex illa fiunt oīa. Quapropter non artifex indagandus Aristoteli erat vllus, qui caloris, frigorisq; moderetur vim, eorumq; actionem veluti dirigat, prout, si ad rerum constitutionem oporteat, eorum vires augeat, reprimatue, aut sistat etiam, eorum deniq; immutet naturam. Verum n. verò D. 1. Opt. Max. sapientia admiranda erat, & suspicienda, qua cum principiorum alterum longè altero robustius, & quod si iisdē perpetuò agat viribus, penitus tandem perdat alterum, constitutum foret, nihil eius natura immutata, vel viribus repressis vnquam, sed diuersis modò attributis motibus, quorum altero veluti per vices, & æquali tempore occultetur, altero verò, vel dum conspicuus est, modò directus, obliquus modò, modò scilicet robustior, modò verò languidior fieret, numquam ab eo corrumpatur alterum; & effusis, vsquequaque cum agat viribus, ratione tamen, & mensura agat, prouisum est.

M 3 SOLEM

SOLEM ACCEDENTEM GENERATIONIS CAUSSAM NON esse, nec recedentem corruptionis, ut Aristoteli placet. Cap. III.

H ut ad solem redeamus; ea etiam ratione nec generationis accedens ipse, nec corruptionis recedens causa erit: quod non ibi generat maximè, ubi maximè directus fit; & in singulis amplius terris non magis; ubi magis accedit; at vel in valde Borealibus nihil, ubi bene proximus factus est; non id modo in meridionalibus, sed corrumpit etià, quæ hybernus ipse constituit, vernusq;: & quomagis recedit, eò etià generat magis, non quidem omnia, sed animalia, plantasq; de quibus, ut videtur, sermo est. Sumis nimirum diurnisq; viribus, & in crassissimam agens Sol terrà, in quos eam agit fluores, priusq; ex ea effluant, in summam agit tenuitatem. Itaq; quibus in terris diu directus, vel directo proximus imminet sol, quæ in temperatis, & humidioribus amplius, mollioribusq; passim sunt regionibus, perraræ enascuntur plantæ, perraræq; constituuntur animalia; & perraræ etiam emanant aquæ. Nec verò huiusmodi æquinoctialis appareat plaga, quasi enim recta ad punctum verticis illi accedens, & quasi recta ab illo recedens sol, & motu longè velocissimo diurnum conficiens gyrum, breui illam directo vrit aspectu. Aestas itaque ibi breuissima, & breuissimi etiam æstiuæ dies, & noctes nihil diebus vnquam breuiores, longeq; frigidissima, æstiuæ præsertim, à terræ umbra factæ longè latissima. Ut enim diurnus sol in puncto verticis, sic in opposito nocturnus fit. Temperata igitur & beata æquinoctialis plaga. Et qui illa incolunt, nihil optimis deteriores videri possunt; si cæli inæqualitas, & à diurno æstu ad nocturnum frigus transitus nihil illos obledat. At quæ non longè ab illa abest, & quæ quasi media est inter Aequinoctialem, Tropicosque à Sole diutissime immorante exusta est maximè, tardius diurnum conficiente motum, & iam diu parum à puncto verticis remoto, dum scilicet ab Aequinoctiali ad Tropicum, & à Tropico ad æquinoctialem retrofertur, & à breuioribus, nec æquè frigidis minus refrigerata est noctibus. Arent igitur, squallentq; ultra Tropicum omnia. Et hominum ibi degentium corpora, quod quæ assidue in ijs generatur tenuitas, statim eam volenter ambiens educit calor, nigra omnia & distorta. Etià spiritus, quia è crassissimo educitur est sanguine, tenuior est, quàm ut rectè intelligat: & nequaquam purus est, sed multæ ei immixtæ sunt fuligines: & prauè efformatis inhabitans in ventriculis, prauè rationatur. Quod si vispiam secus euenire apparet; & quæ Aequinoctiali subiacet terra magis, quàm quæ inter illam, Tropicosq; veluti media est, feruet; id non maioris Solis directioni, sed æquinoctialis terræ densitati, & huius laxitati tribuendum videtur: nam terræ dispositionis ratione, summum & discrimen, multoq; maiorem calorem in densa, quàm in laxa fieri, & sequens manifestabit sermo, & sensus etiam ipse declarat: vel eodem enim sub sole vehementissimus in illa, in hac verò moderatissimus fit calor. At climatis certè ratione, ut dictum est, ita esse vtramque, & dictæ rationes, & sensus etiam manifestat: talis enim ut plurimum vtræque apparet. Sed ad propositum reuertamur. Si inquam accedens generat, corrumpitque recedens sol; intelligere non licet; cur in multorum generatione multis opus sit accessibus, & recessibus etiam multis, qui iuxta Aristotelis placita accessibus contrarij horum opera demoliantur, corrumpantque non (quod euenit) seruent ea, augeantque. Præterea nequaquam æquali in tempore generatio fieri videtur & corruptio; non scilicet vigorem summum adipisci animalia, & ad occasum declinare, quod Aristoteli placet, & placeat necesse est; si positionem tueri velit: neque enim qui trigésimum attingere homines annum, vllas amplius vires acquirere videri possunt, prudentiores etiam facti, magisque moderati, rerum vsu edocti, emollitique. Quamobrem nec generationis causa accedenti soli, nec corruptionis recedenti attribui potest. Ut nec quæ formæ rationem

rationem habent principia, nec quæ efficiendi, rectè indagant, nec primorum corporum numerum, aut naturam; nec reliqua rectè ex ijs constituerit Aristoteles.

NVM COELVM VNIVERSVM, ET IPSE IN PRIMIS SOL A propria substantia calefaciat, & moueatur; an aerem commouens calorem faciat. & ab immotis motoribus commoueatur, inquirendum, vel satis declaratum. Cap. V.



Quid reliquum est, nūm caloris expertis cælum sublunaria commouens, conterensq; calorem generet, & nūm non à propria moueatur substantia, sed ab immotis motoribus, intueamur; & si superficium vtrumq; videri potest. Quando enim summè immobili, atq; immotæ terræ summè mobile, temperq; motum cælum summè contrarium visum est, oppositumq; sublunari verò aeri quàm simillimum, quin idem prorsus; nequaquam à sublunariibus diuersæ naturæ erit, nec caloris omnino incapax, at longè calidissimum, cuiusmodi ipso percipitur sensu, quodq; igitur perpetuò moueatur, quod motus propria est, naturalisq; ipsius operatio: quæ & feruatur, & oblectatur cælum, & à qua si cesset vnquam, & esse etià cesset, veluti, & nos ter ignis quiuis cognatus illi, similisque. At modus tamè, quo calor à cælo fieri, & quo etiam moueri Aristoteles docet, exponatur, excutiatque. Fortasse enim nec calorem à cælo fieri, nec ipsum moueri posse cælum, nisi calidum, propriaq; mobile sit natura, intuiti Peripatetici, propriam cælo naturam, propriaque tandem aliquando restituant vires.

STELLAE OMNES, ET IPSE IN PRIMIS SOL AEREM conterens calorem gignit Arist. Cap. VI.



STELLARVM substantiam inquirens Aristoteles, Rationi, inquit, maximè congruum est, & ijs quæ dicta sunt, consentaneum, stellas singulas eò è corpore constare, cui veluti infixæ sunt; & qui cum circūuoluuntur. Quoniam verò (quod stelle reliquæ, & ipse in primis facit sol) non & cælum itidem vniuersum calorem, lucemq; emittit, itaq; suspicari poterat quis, non eadem, qua stellæ, cælum itidem donatum esse natura; veluti id obijciti respōdens, Vel si, inquit, nullus reliquo à cælo calor, nullaq; aduenit lux; non propterea non eò è corpore stellas constare existimare licet, cui penitus inheret, & qua cum iisdem perpetuò commouentur motibus: qui enim calor, & quæ à sole emanat lux, nequaquam à sole emanat. Sed & calor, inquit, & lux in aere fit à stellarum latione contrito: motus enim ligna, lapides, & ferrum ignire aptus est; rationabilius igitur id, quod igni propinquius est, propinquior autem est aer, veluti & in ijs, quæ teruntur sagittis: hæ enim & ipsæ sic igniuntur, ut plumbei earum mucrones colliquecant. Et quoniam hæ igniuntur, necesse est eum, qui in ipsarum circuitu est, aerem hoc idem pati, hæ igitur ipsæ incallescunt, quia in aere feruntur, qui ob plagam motu ignis sit. Eorum autem, quæ sursum sunt, vnumquodq; in sphaera fertur, ut ipsa quidem non igniantur; aerem autem, cum sub corporis circulariter moti sphaera sit, necesse est, cum illa fertur, incallescere, & hac maximè, qua sol extat infixus. Quapropter ex oriente ipso, & appropinquante, & super nos existente, generatur calor. Et alibi, Motionem, inquit, locernendi, incendendi, aeris facultate præditam videmus, ut ea etiam, quæ feruntur, liquari sepe conspiciamus. Itaq; vna solis motio tepori, caloriq; afferendo est satis: velocitatem enim esse oportet, & non procul distare. At quæ quidem stellarum est, velox sanè est, sed pro-

2. de cælo l. 1. 41.

Tex. 42.

1. mete. cap. 4.

procul abest; quæ verò luna; inferior quidem est, sed tarda: Solis autem motio satis
 vtrumque habet. Porro calorem vnâ cum sole excitari, rationi consonum esse intel-
 ligimus ex ijs, quæ apud nos fiunt, similitudine sumpta: nam & hic si quedam vi ferâ
 tur, proximus aer primùm incallescit. Idq; recta euenit ratione, quando quidem rei
 solidæ motus aerem maximè secernit. Partim itaq; hanc ob causam ad hunc locum
 calor perducitur; partim quòd ignis aerem ambiens motione sæpius diuellatur, & vi
 deorsum feratur. Calor itaq;, qui à coelo fit, non ab vniuerso coelo sublunarem aerè
 secum circumuolente fieri Aristoteli videtur, nec videri potest: perpetuò enim cum
 coelo ille circumuoluitur, calor verò non perpetuò; at ibi tantum fit; vbi sol adest, di-
 rectusq; insuper, vel non, valde à directo differens; sed à stellis aerem cõterentibus,
 & ignem insuper diuellentibus, & segregatas eius partes deorsum detrudentibus, &
 veluti deiaculantibus; quæ enim conterantur, ea igni omnia videntur. Deorsum
 ad aerem terras ambientem delatus ignis, summè illum calefaciat, atq; accendat ne-
 cesse est. Hæc verò non ab vniuerso coelo fieri posse Aristoteli videntur; neque enim
 summè tenue, molleq;, & nihil renitens conterere, diuellereq;, & detrudere queat,
 sed à densis tantum eius partibus, à stellis nimirum omnibus, & a sole præcipuè, quippè
 qui & luna multò velocius feratur; longeque quâ inerrantes stelle proximior nobis est;
 & qui fortè non magnitudine tantum, sed densitate etiam reliquas exuperet, qui de-
 nique, quæ ad conterendum conferant, multò, quàm stelle reliquæ ampliora for-
 titus sit omnia.

AEREM A SOLE NVLLO PACTO CONTERI
 posse. Cap. VII.



RE C T E quidem Aristoteles eorum, quæ apud nos fiunt, similitudi-
 ne sumpta, quomodo aer, à sole incalcescat, inquit. Neque enim
 alia ratione intelligere licet quid; sed quæ intelliguntur, ex eorū
 similitudine intelligatur oportet omnia, quæ sensu percepta sunt.
 Vt igitur, incalcescat ne à sole aer, propterea quòd ab eo cõteratur,
 manifestum fiat; qualia sint, quæ apud nos contrita incalcescunt, &
 quid à conterente passa incalcescunt, cõtriti nimirum dispositio, & conterentis actio,
 motusq; inspiciendus est. Et si quidem huiusmodi sit aer, qualia quæ conteruntur;
 eoq; à sole pati modo, quo illa à conterente pati visa sint, & aer à sole calidus fieri,
 quòd ab eo conteratur videri poterit. At si vel non talis aer, qualia illa, vel non eo à
 sole pati modo appareat; minimè Aristoteli credendum, & multò etiam minus, si
 vtrumque. Quæ apud nos contrita incalcescunt, densa ea sunt, duraq;, & stabilia in-
 super, firmaq;, ferienti scilicet renituntur, & ictum plagamque eadem sui parte, &
 multam illam, assiduamque excipiuntque, sustinentque. Nam quæ ferienti cedunt,
 & plagam effugiunt, vel quæ semel tantum eadem sui parte feriuntur, contritu cale-
 re illa minimè videntur; quæ nimirum neque conteruntur. Et quæ conterunt, & pro-
 pterea calorem ijs, quæ conterunt, induunt; nequaquam vbi nihil illa cõtingunt, quo
 cunq; ferantur motu, id agunt; quin neq; vbi contingunt quidem illa, cõmouentq;,
 sed non in illa inferuntur, nec percutiunt omnino illa, diuerberantq; sed circū illa
 voluuntur, & circumaguntur, nihil ea comprimunt, ferientiaque; sed ibi tantum
 vbi ictus, plagasque interunt, & multas, crebrasque. Horum vbi quid non fit, vel si
 diuidant illa, secantque, calorem tamen non induunt: neque enim plaga vnica, nec
 plures, si spatio interiecto, inferantur, calorem in ferre videntur. Perexiguus enim,
 qui à plaga vnâ factus est, calor, prius quàm altera incutiatur, perit, elabiturque. Quod
 igitur dictum est, quæ contrita incalcescunt, plagas multas, frequentesque excipiunt,
 sustinentque: & quæ conterunt, non contingunt modò illa, sed diu, frequenterq;,
 & magno impetu, magnaque vi comprimunt. Sublunaris itaq; aer, si propterea sole
 incal-

incalcescant, quòd ab eo conteratur, vniuersus conuerberetur, percutiaturq;, & diu
 id, assidueq; oportet; & vt ipse ferienti, percutienti; soli minimè cedat, sed renita-
 tur, ictus omnino excipiat, sustineatq;: quorum neutrum euenire apparet. Si quidè
 sol, non modò aerem non diuerberat, sed quàm longissimè abest, vt eum contingat.
 Et aer vel angusta in re inclusus, & quantumuis contusus, cõuerberatusq;, calorem
 tamen assumit nullum: qui nimirum, si quidem à ferientis celeritate præuentus, pla-
 gam ipse non præuenit, effugitque; at idem numquam ab altera percutitur, sed qui
 semel percussus est elabitur, aliufq; eius locum occupat; vt numquam idem remanès,
 numquam bis idem feriat. Eò itaq; minus aperto ipse, liberoq; existens in loco, vt
 ne, si per ipsum feratur sol, ita ab eo conteri posse videri possit; vt ob contritionem
 incalcescat; si quidem ab eius celeritate præuentus, at numquam bis idem percussus:
 qui si ob plagas calorem assumpturus sit, simul vniuersus, diuq; conuerberetur opor-
 ret. Nullo igitur pacto calorem aeri indit Sol, quòd illum conterat, diuerberetque.
 Superest videre, num ignis partes detrudat, & ad nos vsq; eas deiaculetur; & hoc pa-
 cto aerem accendat. At & ipsum, eorum, quæ apud nos fiunt, similitudine penitus
 falsum est: quæ enim ab aliquo impelluntur, ab eo omnia impelli apparent, quòd ea
 contingat; & quòd & ipsum eam in partem feratur, in quam impulsio fit. Nihil itaq;
 ignem contingens sol, & circulo ipse delatus, qui ignè deorsum deiaculetur, ne ima-
 ginari quidem licet. Vt nimium propriarum positionum amator sit Aristoteles, qui
 modò ne coelum igneum fateatur, calorem, qui à sole fit, modo, ratio neque fieri po-
 nat, quæ non modò manifestè falsa sit, vanaq;, sed quæ nulla concipi imaginatione
 queat. Et qui illum sequuntur, veluti prestigijs capti sunt: quippè qui eius decretorū
 absurditatem, vanitatemq; plerumq; intuiti, ea tamen veluti numinis alicuius ore
 prolata venerantur; & vt vera omnino esse declarent, absurda & ipsi quæuis, vanaq;,
 & impossibilia asserere nihil verentur. Vel ad vnum itaque omnes, nihil locali motu à
 non contingente re moueri posse, & videntes, & prædicantes, sublunarem tamen
 aerem, quoniam ita Aristoteli visum est, à sole quàm longissimè ab eo amoto, inter-
 medijs orbibus, tot, tantisq; nihil contritus vnquam, conteri posse, contendunt; &
 illorum principes modum, quo id fiat, asserunt, non alijs, modò, sed vel ipsis, qui
 illum commenti sunt, fallum, vanumque. Agè verò singuli explicentur, excutian-
 turque: manifestè enim ex ijs, non veritatis, sed Aristotelis decretorum amatores,
 cultoresque videri poterunt.

MODI, QVIBVS APHRODISIAEVS, ATQVE AVERROES

aerem à sole conteri ponunt, exponuntur, destruanturque.

Cap. VIII.



RO (inquit Aphrodisiæus) modo, eaq; ratione sublunarem aerem ni-
 hil eum contingens sol conterit, qua torpedo in retibus deprehensa
 piscatorum manibus torporem infert, nihil eo retia ipsa afficiens.
 At hoc aliorum nulli placet, nec placere prorsus potest. Primū enim
 qualitas nulla, nec qualitaris vllius actio in rem transuolare potest,
 quam non contingit, nihil interea intermedijs communicata, & il-
 lorum propria facta. Quomodo enim ijs hæreat, vel sit in ijs, in quæ non egit, & in
 quibus se ipsam non indidit, genuitque? aut qui ex ijs agat, in quibus nulla prorsus
 est. Nec vllū dubium esse potest, quin torpedinis actio, qua piscatorū manus torpent,
 retibus prius communicata sit, atque infixæ; & si nihil ipsa torpere videantur, veluti
 nec si succis perfundantur, qui animalibus somnos faciunt, quin madefacta ijs sint,
 quamuis non dormiant. Quæ sopiri, torpere vis, sopiri, torpere apta sint oportet;
 tantumq; insuper patiantur, quantum, vt singula sopiantur, torpescantque necesse
 est.

I. Mete.
 com. 17

est. Si igitur non & retia, veluti piscatorum manus torpens, inde est, quod vel torpente incepta sunt, vel quod ut torpeant, magis pati oportuit; non quod actio, quae piscatorum manibus torporem intulit ipsis non sit prius communicata, infixaque. At neque, si detur Aphrodisia, in corpore qualitatis actionem, & qualitatem ipsam ad remotum quid transuolare media nihil afficiens, nec illis quicquam communicata; ut contriuo etiam, penitus scilicet corporea passio; & quae nihil aliud sit prorsus, nisi durioris corporis immollius impressio, & mollioris cessio, dissipatioq; in sub lunari aere à remotissimo sole fiat, in intermedijs orbibus nihil contritis dari certe nullo modo potest, quin maius omnino videtur, quam ut humano animo concipi queat. Et ipse itaq; Aphrodisia, neq; torpedinis exemplo contentus, neque in ijs, quae ab Aristotele acceperat, acquiesce potens, & rei cedens difficultati, Fortè, inquit, non impatibile diuinum corpus; neque enim inalterabile ipsum demonstrauit, cum tamen id proposuisset; sed non genitum quidem, atque in eo corruptibile, & incrementi insuper incapax, at inalterabile non similiter. Et solet Aristoteles non simpliciter impatibile diuinum corpus asserere, sed à molestia tantum ad mortem compellente: ab huiusmodi enim passionibus impatibile est caeleste corpus, ac diuinum. Sūt autem huiusmodi passiones, quae sunt iuxta mutationem, quae est secundum formam, substantiaque; cuius mutationis, passionisq; immunita sunt diuina, at non propterea passionis omnis; nam & motus passio quaedam, quam suscipiunt. Quin & iralienam lucem suscipere passio est; & luna quid à sole patietur ab eo illustrata. Nihil igitur absurdum, & à Solis motu caeli partem ei proximam passam, non ita tamen, ut secundum formam, substantiamq; immutetur, ignescere; & per hanc subiecto corpori passionem subministrari, ut & ipsum ignescat, cum praesertim diuinum corpus soli suppositum non sit, & quae purum, sincerumq; ut ipse etiam affirmat Aristoteles: tale autem quod est, à se ipso differt; & reliqua. Per quae videtur Aphrodisia minimè quidem reformidare, caelum calefieri à motu fateri, sed illud abhorrere, ne scilicet corrumpi etiam ipsum fateri cogatur, corruptiuam nimirum pati passionem. Vehementer certè inculandus Aphrodisia, qui calorem à caelo ipso emanare intuitus, proprium ei dare reformidari; alienum dederit libens; à quo nihil minus, quam à proprio corrumpatur, fortè & magis. Neq; enim calidum si sit caelum, ne corrumpatur periculum imminet vllum; nulla ibi nec vllquam contraria, cum adsit natura; à qua summus ipsius calor exuperari queat. Neq; igitur Aristoteles propterea calorem caelo abnegat, quod calidum si sit, corruptioni obnoxium sit; sed ne reliqua ipsum corrumpat omnia, omniaq; ignis fiant. At non si alia praeditum natura, quae cumq; ea sit, calorem à motu assumat vllum; qui assidue augetur, & robustior factus assidue, è caelo tandem naturam, quaeunque inexistat, deturbet, & ipse illud occupet solus. Calorem itaq; alienum caelo tribuens Aphrodisia, nihil quidem, ut videtur, eius corruptionis periculum vitat, nec modum tamen explicat; quo calorem non calidus faciat sol: quando quomodo suppositos orbis conterat, aut commoueat omnino (quod maximè opus erat) nihil declarat. Etenim suo immersus orbi Sol, ab eoq; delatus, & in puncto tantum suppositos contingens, quo illos modo vel conterat ipse, vel commoueat intueri quis potest? Et si enim à superioribus, ut aiunt rapiantur inferiores; soli orbis suppositi non ab eius corpore, sed ab vniuerso eius orbe rapiantur. Nihil igitur Soli supposita pars, quam reliqua, calefiat magis, nihil commota amplius. Omnia demum rimanti Alexandro exitus patuit nullus; nulla excogitari potuit ratio; qua calor à non calido fieret Sole. Sequitur Auerroes. At is nihil à non contingente locali motu moueri posse, intermedio corpore non commoto, praedicans, & aerem omnino à stella, à qua non contingatur, moueri planè pernegans, ne tamen (quod summum scelus Peripateticis ducunt) Aristotelis positionum desertor videatur, minimè quidem, inquit, Sol ipse aerem conterit; at vires tamen, & quasi robur suppositae orbium parti subministrat, & veluti

& veluti densitatem communicat. Quae non propria tantum tui, & extranea sui parte, quae aerem contingit agens, sed cum vniuerso superposito caelo, & cum maximo, ac densissimo Sole robustius agat, & vi aerem conterat maiore, veluti solis densitatis facta particeps. Malum scilicet, & ipse malo medetur; & figmenta figmentis fulcit. Mirto enim quod, quoniam nihil aerem comprimit caelum, sed circa eum voluitur, nullaque vel huius, vel illius superficiici, qua sese mutuo contingunt, pars prominet quicquam, inq; alterum extenditur, alterique infigitur; quod quibus euenit, vel si bene distincta, diuersaq; ea sint, at veluti vnum facta, alterum alterius motum sectetur oportet; sed summè veraque lauis, summèq; aequabilis pacto nullo à caelo quantumuis rapido commoto motu, conteri, aut commoueri aer potest: siquidem, quae conteruntur, comprimi ea à conterentibus necesse est; & quae commouentur ab ijs omnia commoueri apparent, & ab ijs commoueri modo possunt, quae in illorum loco feruntur, & illorum occupant loca. At ut aerem commoueat, & conterat etià circulo actum caelum; vel si vniuersum ea donetur densitate, qua praeditus sol Peripateticis videtur, nihil tamen robustius conterat. Quae enim conterunt, vbi ita densa sunt, duraque, ut ijs, quae conteruntur, nihil cedant, nihilq; ab ijs insectantur; quae caelum ab aere pati Peripateticis minimè videtur; quantumuis densiora fiant, durioraque, nihil tamen propterea magis conterent. Tum densitas nequaquam agentium more naturarum se ipsam proximis communicat, & propria ijs naturam, propriasq; indit vires; sed id modo agit, pondus nimirum quibus superponitur addit. Quae igitur comprimunt, densis superiectis rebus, grauiora fiunt, magisque comprimunt. At hoc grauitatis incapax, & circulo actum caelum, à minimè graui, & circumuoluto Sole habere minimè potest. Modi igitur, quibus aerem à sole conteri posse asserunt; absurdi omnes. Nec tamen propterea tarditatis, sed nimia tortè confidentiae inculandi sunt; qui, quod fieri non potest prorsus, id hominibus persuadere sperent, & fieri contendant.

CALOREM A SOLE AEREM CONTERENTE NON FIERI;

quod si ita fiat, nulla eius diuersitatis causa reddi possit. Itaque à Solis substantia, & à Solis luce fieri statuendum esse; à qua manifestè fieri sentitur. Cap. IX.



QUONIAM modus, ut visum est, reperiri nullus potest; quo aerem conterat Sol, nihil amplius declarandum videri potest, solem non propterea calorem facere, quod aerem conterat, sed quod verè calidus ipse, atque igneus sit. At si magis manifestandum id est: ex ijs, quae calori eueniunt, è caloris nimirum diuersitate, quae quidem summa est, manifestari optimè potest. Quoniam autem non semper idem sit calor, sed longè is diuersissimus; eius diuersitatis causa omnibus quidem reddenda est; & ijs credendum solis, qui illam reddant, iuxta quorum positiones eum fieri oporteat calorem; qui fieri assidue percipitur. Ex enim tantum retinendae positiones, seruandaeq; quibus quae eueniunt, congruunt, aptaq; sunt omnia: quibus ea non quadrant, conueniuntq; dimittendae omnino, demoliendaeque. Caloris discrimina, quorum ratio reddenda est, vel nulli ignota, ante oculos tamen ea ponere graue, molestumque ne sit. Rectè namque conspecta magnam dijudicandi facultatem praebent. Calor in Meridionalibus Terris longè, quam in Borealibus, & per aestatem, quam per hyemem, & sole mediam caelum tenente, quam vel ex oriente, vel occidente: vbi scilicet magis directus sit sol, ibi robustior fieri videtur calor. Et in aere etiam crassiore, quam in tenuiore, & in planis, atque humilibus terris magis viget, quam in accliuibus, & in concauis, quam in planis, & in constri-

ctis,

sis, densisque, quam in apertis, laxisque, & in æquabili, tranquilloque mari magis, quam in fluctuante eo, agitatoque. Magnus etiam est in lacubus, stagnisque, & summus, ubi densum quid, & quod lux meari minimè possit, luci opponitur, eoque amplius, si id læue sit, tersumque, & concavum; & nihilò forte minus, ubi densa quedã, conuexaq; pertransit lux. Discriminum horum omnium causa omnibus reddenda est, & singulis iuxta proprias positiones: Peripateticis quidem, quibus calorem à sole aerem conterente fieri placet, ibi magis aerem contereri, ubi maior sit calor; nobis verò, quibus lux illum facere videtur, ibi robustiorem cum esse, vel copiosiore, ubi copiosior sit lux. At quam longissimè Peripatetici absunt, id præstare ut possint. Etenim cum perpetuò æquè à terris omnibus absit Sol (nisi fortè, ut Mathematicorũ optimis placet, astate sublimior fiat) & eadem perpetuò velocitate circumuoluatur; nequaquam vel crassiore aerem, proindeque repugnantem magis, quam tenuiorem, vel in Meridionalibus illũ terris magis, quam in Borealibus, vel æstiuus ipse magis, quam hybernus, vel medium cœli tenens magis, quam eius extrema, neque terris illum planis, humilibusq; adiacentem magis, quam accliuibus, æditisq; robustius cõteret, sed secus omnino: quò enim conterenti Soli vicinior est aer; eò contereri debet magis; nec concavis locis magis, quam apertis; nec densis magis, quam laxis; nec tranquillo, sedatoq; mari magis, quam turbato eo, agitatoq; aut lacubus, stagnisq; magis, quàm terris. Aliquorum forsitan rationem reddant; si directum solem obliquo robustius conterere, vel si contritum aerem, ignemq; à sole deiectum ad terram vsque deferri, & ab ea reiectum pilæ more resilire ostendat contritum, accensumq; magis. At neutrum declarare ne tentent quidem. Neque enim propterea obliquus, directusq; dicitur, aut videri potest sol, quòd alia è parte recta agat, obliqua ex alia: circulo enim circa terram volutus, quacunque illius in parte existat, recta in terras agit omnes, reiectaq; ipsius actio, quæcumq; ea sit, vndiq; in terram descendit vniuersam. Sed quòd quæ ab eo emanat lux, quæ ad eosdem perpetuò angulos, quibus ad terram accedit, ab ea resilit, quò puncto verticis proximior sit sol, eò magis directa reflectitur. Lucis igitur reflexione vel directus, vel obliquus dicitur sol; non quòd verè ipse terris vllis obliquus fiat; eiusq; actio obliqua ad terras deferatur vllas. Contritum porrò aerem, ignemq; à sole detrufum ad terram vsq; deferri, & resilire inde contritum etiam, accensumq; magis, vel si contereri aer, atq; ignis deturbari, & vterque ad terram vsq; deici possit, credi non potest. Non siquidem, si tanta vi eorum alter in terram adigatur, & tanta etiam ab ea reiciatur, vel accedens, vel resiliens lateat nos: nec æstus magni, aere, quòd euenire videtur, maximè in moto, fiant. Nò sensu, nec mēte percipiunt, ad specula delatum aerem, & nullo ab illis temporis contritum momento, in ignis transire naturam, & verè ignem fieri; nec tamen (quòd maximè oportebat) statim à speculis resilientem, sed modicum quid progressum, & certo quodam in puncto. Minimè præterea compactus, minimeq; sibi ipsi aglutinatus aer, sed qui à se ipso nullo negotio separatur, ubi impellitur, & in densum quid agitur, nec eò ferri, nec inde sibi ipsi vnitus retroferri videri potest; sed nisi à loci angustia retineatur, & veluti coerceatur, statim diffundi, dispergique. Minus etiam assequi licet, quauis vi contritum, detrufumq; aerem, aquam, vitrumq; & densiores etiam res permeare, & (quòd clarè cernitur) ignis natura ab illis, uiribusq; donari, proindeq; egressum igne nullo min⁹ exurere. Quoniam igitur, nec modus, quò aer à sole contereri queat, reperitur vllus; nec tot, tantorumq; caloris, qui ab eo sit, discriminum, si ab illius motu fieri ponatur, ratio vlla reddi potest; & veluti ab igne, sic & à sole calor, & summus is, summaq; emanat lux; ignis omnino viribus, specieq; donatus videtur sol; vtiq; vel si caloris, qui ab eo sit, diuersitatis ratio luci, à qua fieri videtur, minimè congruat; non scilicet, ubi vehementior sit calor, lux ibi robustior, copiosiorque facta sit; igneum tamen Solem, caloremq; & lucem, quæ ab eo ad nos accedit, nihil minus solis propriam,

& à

& à sole ipso effluere, quam calorem, lucemque, quæ ab igne emanat ignis propriã, & ab ipso fieri igne statuendum esset: eò itaque amplius, quòd caloris robur lucis robur, copiamq; perpetuò sectari apparet. Id verò, ut manifestetur, lucis progressus, atq; actio aperienda est. Nam si qui à luce fieri videtur calor, nequaquam lucis is est, sed caloris; qui assidue à sole emanat; cuius (ut suo amplius expositum est loco) facies est lux; quoniam non calor ipse, sed eius modo facies, lux nimirum nobis spectatur; ac caloris copia, roburq; è lucis tantum copia, fulgoreq; manifestari potest; & caloris facies cum sit lux, ambigere non licet, quin ubi copiosior ea sit, calor etiam copiosior ibi fiat: quin propterea copiosior fiat lux, quòd copiosior factus est calor. Quoniam tandem lux, quæ spectatur, ipse est calor; licet vtiq; caloris progressum, actionemque, & copiam in luce intueri. Nam nò lucem modò à sole, sed calorem etiam emitti, & calorem, qui à luce fieri videtur, non ab ipsa luce, sed à calore fieri, cuius ipsa facies est, ambigi non potest: siquidem aere vaporibus, nubibusq; ita obseptis, ut nullus per eas luci aditus pateat; & rebus nostro igni appositis quantumuis densis, & quas nulla permeet lux; idem tamen ab vtrisque, & vehementior interdum fit calor: & vel ab obscuris, sed calidis rebus veluti à lucidis, assidue emanat calor. Se se nimirum incessanter amplificandi facultate præditus, & lucidus sui natura calor, è subiectis, quibus inest, nihil in ijs imminutus vnquam, assidue se se, incessanterque effundit omnibus, & omnibus, quæ attingit, se se indit; & in quibus nihil à materiæ opacitate obscuratur, lucidus conspicitur. Quapropter calida se aritur lux, nequaquam, ut opinamur, calida ipsa, nec proprijs, sed caloris, cui inheret, & cuius facies est, viribus calefaciens. Propterea, quòd propositum est, caloris progressum, actionemque, & copiam in lucis progressu, actioneque, & copia intueamur.

LUCEM E DENSIS, IN QUAE INSILIT, RESILIRE; ET AD
eosdem, ad quos accedit, resilire angulos; & quæ subit, eadem
subire ratione. Cap. X.



SUUM sui natura mobilis, & motum sistendi impotens prorsus, nesciaq; est lux; non modò quòd dum tenuia adfunt, nullum progrediendi, seseq; effundendi finem facit; & quòd liquidos etiam succos, resq; ex ijs gelatis, seu etiam compactis constitutas non quidem directa, directoq; itinere, veluti verè tenuia quæ sunt, sed veluti inflexa, inclinataque, vel inflexo, inclinatoque itinere subit eas, permeatq; omnes; sed ob id insuper, quòd ex omnibus, ad quas accedit, rebus resilit, seseq; ex ijs effundit; à se ipsa nimirum qualicunq; & quacunque facta relucet. Itaq; & ubi nullus conspicitur sol; quo scilicet recta, quæ sola progredi lux videtur, deferri non potest, à crasso quopiam retardata, reiectaque, & sole non dum exorto, & penitus iam abdito, aliquantisper tamen vniuerso in aere, & imis etiam in terris si non fulgida, at benè certè visibilis, beneque spectatur clara. Non quidem id accidat nisi ab aere etiam, à se ipsa nimirum, vel summè exili in eo facta, reluceat. Nam quæ à densis, æquabilibusque, & nitidis resulget rebus; à quibus, quòd nihil eas subeat, integra relucet, & continua amplius, vnitaque, nihil ab earum tumoribus, nec à maculis etiã (nam & ab ijs obumbrari in corpora videtur lux) intercepta, intercisaque vllis, nihilò, quam à sole ipso minus fulgida, minusq; relucet ingens: nec ab huiusmodi ad huiusmodi relucens, relucendi finem facit vllum. Nihil imminuitur ab vllis; quin in singulis benè in seipsam colligitur; proindeq; veluti alter sol facta, à singulis, veluti à sole ipso effulget, se seque effundit. Resiliens porrò, nec in se ipsam perpetuò, nec certò, determinatoque à se ipsa spatio, sed longè eo diuerso, nec temere tamen, penitusque difformi modò, sed certa quapiam ratione, certa; quapiam lege, ad eosdè

N nimirum

nimirum, ad quos accedit, resilire vndiq; apparet angulos, eundem scilicet, quem accedens, resilientis etiam, at alteram in partem angulum facere. Id vero Perpectiuui ad vnum omnes enunciant, demonstrantq; , & ipse ponere manifestat sensus. Nam si accedenti luci planum, directumq; opponas speculum, ad quod rectos ad angulos decedent lux; quoniam ad eosdem inde, proindeq; in se ipsam ea relucet, sibiq; ipsi relucens immiscetur; nihil relucens illam aspicias: at speculo obliquo, accliuq; quid factum, nihil ab eo, quam à Sole ipso, minus fulgidam, minusq; resilire videas vigentem, & id omnino ab accedente dimotam, quod obliquum factum est speculum. Vt idem ad illud accedentis, ab illoq; resilientis lucis, at alteram fiat angulus in partem. Lux etiam, quæ densa subit, manifestè & ipsa eadem subire ratione, idè scilicet ipsius ad ea accedentis, qui & ea subeuntis, at eandem in partem fieri angulus videtur: neq; enim si alia subeat ratione, in vnum omnis (quod quæuis quidè, at ea certè promptius, quæ sphericas, conuexasq; res subit) conuolat punctum, sed vel singulæ ab alijs seorsum perpetuò serantur, vel remere alijs alia iungantur. Dicto porro coeunt modo; quia quæ ad earum medium aduenit lux, quod directæ, ad rectosq; aduenit, ad eosdemq; ea subit angulos, nihil ea subiens vllam in partem inclinatur, sed in directum fertur; & vna accedenti sit subiens: at non & quæ veluti ab eius lateribus fiunt; sed quod ad recto minores adueniunt, ad eosdemq; ea subeunt angulos, quæ subeunt in directum progredi, & accedentibus vnæ, eademq; remanere non possunt, sed inclinantur, diuersaq; ab accedentibus fiant necesse est. Nec verò eadè omnes ratione, sed ea assidue magis, quæ à media magis recedunt, quæ scilicet ad minores assidue accedunt angulos. Itaq; assidue omnes, ea; singulæ magis ratione, quæ à media magis remote sunt, ad eam se se inclinantes haud ita in longum progressæ, quæ præsertim sphericas res subeunt, ad medium omnes, eundemq; eius coeunt punctum. Idcirco longè in eo lucidissima, longeq; fit ardentissima. Vt id lucis ingenium videri possit; ad eosdem scilicet, ad quos accedit, vt resiliat, subeatque angulos. Et ad calorjs quidem discriminum omnium causas explicandas satis sit modò qui dictus est, resilientem, subeuntemq; inspicisse lucem. Quoniam verò maximè ipsa simplex cum sit, adeo diuersum resiliendi, subeundi que modò, & veluti psaltria in morem ad quos accedit, ad eosdem resilire angulos, & veluti commensuratis progredi passibus vt gaudeat, & minus etiam sese proprium ue iter, & insectat intelligerelicet; alio quoprià modo, & vno co, regulariq; , & lucis ingenio apto, proprioq; relucere, & eo cū reluceat, subeatq; ad quos accedit reluceat, subeatq; angulos; itaq; veluti ex accedente ita resiliat, subeatq; , suspicari licet. Age vel si, vt dictum est, illius inspectio nihil ad propositam inquisitionem conferre videatur; at dignum per se, qui labore quouis inquiratur, inquirere eū, ne grauemur.

LVCEM, A QVIBVS RESILIT, ET AB IIS, QVAE SVBIT,
rectos resilire, subireq; ad angulos. Cap. XI.



QVAE à sole, stellisq; , & nostris à flammis effulget lux, nec integra modò, vigenisque, & quæ quod veluti primo ortu ab illis emanat, prima Perpectiuus dicitur, sed imminuta, & languens, & quæ quia non à Sole ipso, ipsiq; à stellis, & ab igne ipso, sed à luce emanat, ab ipsis effusa, secūda dicitur; lux deniq; quæuis quæuis emanet à re, in quo fit aere, continua in eo fit, & æquè eum illustrat vniuersum.

Ex quo patet lucem quamuis, quibus emanat à rebus non ab vniuersis ijs modò, sed veluti à singulis earum punctis quaqueuersus, & veluti circulo emanare; itaq; à quolibet lucidarum rerum puncto, veluti innumeras effundi lucis; idq; omnino lucis, cuius, quantaque vis ingenium esse, & vniuersa sese quaqueuersus effundat. Et quoniam

niam quæ à sole, stellisque, & nostro emanat ab igne, eò tantum integra, vigenisque ferri apparet, quò sol, stellæque, & flammæ recta spectant; & quò recta vt progredi queat, densum obstat nullum; & loca insuper, quæ soli exposita non sunt, & ad quæ recta ferri lux nò potest, & ad quæ recta ipsa à luce est iter, in ea itidem si non integra, vigenisque at imminuta & languens ferri apparet; & quæ in specula incidit lux, si quidè directæ, rectos scilicet ad ea accedit ad angulos, nihil ex ijs resilire apparet; at quæ veluti obliqua accedit, iuxta lucis quidem ea ingenium quaqueuersus, & ad circumpositas res omnes, at imminuta ad reliquas, & languens, ad eamq; modò integra fertur, vigenisque, quam recta specula, è quibus relucet, spectant, ad quam nimirum rectos ab ijs resilientis ad angulos, recta feratur; patet vtiq; , & id itidem esse lucis ingenium, vt vel si quaqueuersus à se ipsa itidem, at eò certè præsertim feratur, robustiusq; quò res, è qua effulget recta spectat. Propterea enim quæ directæ ad specula accedit, resilire non apparet; quò directæ resilientis, in se ipsa resiliat. Et quia is resilientis modus, summe est simplex, summeq; regularis, & longè simplicissima luci maxime congruens, lucem omnino omnem è quacunq; resiliat, & quacunq; subeat rem, quaq; quidem versus, at eò robustissimam resilire, subireque, quò res, è qua emanat recta spectat, & quò eius feratur axis, linea nimirum ab eius medio rectos educit ad angulos, existimare licet. Quare lucem, quæ nò rectos ad angulos à superficie quapiam resilire, vel subire eam apparet, non verè ea à superficie, sed alia quapiam à re, è qua rectos cū emanet ad angulos, ad eosdem ad quos ad superficiem accedit ab ea resilire, eamq; subire suspicandum est. Ea itaq; inquirenda est, si quidem inquisita, conspectaq; non est.

LVCEM, QVAE A DENSIS RESILIT, QVAEQVE EA SVBIT,
non ab ijs, nec verò à sole ipso, sed à se ipsa in illis facta emanare.

Cap. XII.



LVX non alijs à rebus, sed à lucidis modò, & à se ipsa refulgere visa est. Neque enim quæ ab aere, Lunaque, & speculis refulget, ab aere ea, lunaq; , & speculis, sed à luce in singulis facta relucet. Itaq; ibi ab ijs relucet modò, vbi lux in ijs fit; talisque, & tanta à singulis, qualis, quantaq; in singulis facta est. Lucem propterea, quæ à superficie nò per se lucida relucet, quæq; eam subit, nequaquam verè à superficie, sed à se ipsa effulgere statuendum est; id modò à superficie ad refulgendum, effulgendumq; adiutam, quod crassiore in ea copiosior facta est, robustiorque. Nec verò, vel resiliat densis à rebus, eoque, quo resilit modo, vel quo modo permeat, permeet eas lux, nisi in ijs, à quibus resilit, & quas permeat, fiat rebus; proindeq; à se ipsa in ijs facta, veluti à Sole emanet. Non scilicet corporeorum entium more, ad densiores, renitenteq; delata res lux, retro ab ijs agatur; aut vel ipsa, vel eius insectatur progressus. Propterea enim vtrumque illa pati videntur, quò loco, spatioque, in quò ferantur, & in quo locentur, opus habent. Vbi itaque violentius adhuc impulsæ, ad actaque, commota omnino, quàm, vt motum siltare queant, in res incidunt, quas amoliri, aut nihil, aut non penitus possint, si quidem nihil eas loco dimouent, proindeque nullum sibi, quò progrediantur, locum faciunt; retro aguntur, & modo id longè diuerso, iuxta percussiois nimirum, repercussioisque vehementiam. At si dimoueant quid, proindeque loci parte ex decedant; in eum illa veluti inflexo motu serantur. Hæc incorporeæ luci, & quæ nec à propria, nec ab aliena, vt vitærius progrediatur, impellitur vi, nulloque loco, spatio opus habet nullo, & quæ nihil nec à quibus resilit, nec quas permeat res percutere, locoque dimouere, vel ipsa ab ijs repercusi videtur, euenire minimè possunt. Itaque ad res delata, quas subire nihil queat, motum siltat, & quas subit, permeatque, similes præsertim

N 2 quæ

quæ sunt, eademque omnes donatæ densitate, nequaquam vel ipsa inflexa, vel inclinata, inflexoque, aut immutato quid usquam motu, sed & ipsa directa, eodemque quo ad eas delata est, motu eas subeat, permeetque oportet omnes. Quid enim nullam eum inflectendi, immutandique occasionem cum habeat, immutet eum, flectatque unquam? Propterea igitur, ut dictum est, à rebus densis quibusvis resilit lux, quòd se se amplificandi facultate prædita, se se undique, at ab ijs amplius, in quibus copiosior facta est, robustiorque, effundit. Quòd si amplius quæ relucet, & quæ subit, lucem, neque à rebus, à quibus relucet, & quas permeat, nec verò à Sole ipso, sed ab ipsa in illis facta emanare, intueri velis: manifestè id intueare; si dolium ita luci exponas; ut subeat quidem id lux, at nequaquam eius ad fundum feratur; tum aquam eousque infundas; dum à luce contingatur; liquidò enim ad fundum usque de ferri lucem videas: quòd nimirum copiosior in aquæ superficie facta, robustius se se amplificat, & diffundit. Quoniam igitur lux, quæ à densis resilit, & quæ ea subit, nequaquam ab ijs, nec verò à Sole ipso, sed à luce in ijs facta emanat: eius resilientis, subeuntisque angulus nequaquam in superficie, à qua resilit, & per quam progredi apparet, sed in ea perpetuò lucis facie, à qua verè refulget lux, & ipsa omnino spectanda est lucis facies. Fortè enim, vel si eadem perpetuò remanet superficies, nihilque eius situs immutatur; non & lucis faciei, quæ in ea sit, idem perpetuò remanet; sed assidue iuxta directionis, obliquitatique immutationem ipsius immutatur situs.

LUCEM A SE IPSA, ET A SVI IPSIVS FACIE IN SVPOSITA
superficie facta rectos ad angulos resilientem, à superficie ad eosdem,
ad quos accessit, resilit. Cap. XIII.




DIRECTA lux, quæ ad superficiem fertur, cui Solis pars, è qua ipsa effulget, directa, perpendicularisque; imminet, parallela omnino est, non id modo habet quod, ut dictum est, rectos ad illam accedit ad angulos; sed id insuper, quòd ad illam delata nihil altera sui parte breuior, altera verò longior sit; sed sibi ipsi æqualis remanet uniuersa. Quapropter extrema eius facies eundem subiectæ superficiæ situm sortitur, vereque vna ei sit, & ex illa refulgens lux, ad quos ad illam, ad extremam inquam sui faciem, ad eosdem, & subiectam ad superficiem refulget angulos, ad rectos nimirum. Quoniam enim ad extremam sui faciem, è qua refulget, rectos refulget ad angulos; subiectam etiam ad superficiem, cui eandem illa obtinet positionem, ad rectos refulgeat necesse est. Et quia vel tantillum à puncto ad verticem dimoto Sole, non amplius ex æquo ei, eiusque parti, è qua emanat lux, eadem subiacet superficies; sed eius pars, quam versus delatus est sol, soli proximior, altera verò remotior facta est; proindeque & lux, quæ ab ea excipitur, à superficie incisa solis parti, è qua effulget, minimè parallela, altera sui parte breuior, longior altera, extrema omnino eius facies obliqua, & veluti accliuus sit; ut vel eidem superficiæ superposita, quatenus ab ea incisa est, & altera sui parte decurtata, non eundem amplius ei obtineat situm; nec idem amplius qui & superficiæ sit axis, linea nimirum ab vtriusque medio rectos educa ad angulos, sed alius, & qui (ut sequens manifestabit sermo) alteram in partem declinet, quod recto à situ Sol, ab eoque effulgens declinauit lux. Itaque quòd, ut diximus, proprium lucis est rectos ab extrema sui facie, è qua emanat, refulgens lux ad angulos minimè subiecta etiam à superficie ad rectos, sed id recto minores, quòd à recto situ dimota est lux; quòd videlicet obliqua, & veluti accliuus facta est, extrema lucis facies è qua, ut sæpe dictum est, refulget lux; eadem scilicet perpetuò superficies, permeatque; idem remanet eius axis, eundemque perpetuò is recta spectat punctum; at non & lucis etiam, quæ super ea sit, eadè perpetuò sit facies, axisque idem

idem, eundemque is spectat punctum; sed directæ lucis directa sit facies, planaque, obliquæ verò obliqua, accliuusque, eòque assidue id magis, quò lux obliqua accedit magis, assidueque diuersum eius axis spectat punctum; & id assidue magis à puncto ad verticem, quem superficiæ axis spectat, alteram in partem semotum, quòd ab eo dimotus est sol; & quòd lux obliqua, accliuusque, facta est. Ex his manifestum est lucem perpetuò rectos refulgere ad angulos; siquidem à se ipsa, extremaque; sui facie, non à superficie refulget; & rectos ad illam refulgeat, non & ad superficiem etiam, sed ad eandem, ad quos ad eam accessit, refulget angulos. Verum, & si satis id conspectum est, in lineari tamen amplius demonstratione inspicere, ne grauemur. Esto circulus. a. b. c. punctus ad verticem. a. superficies, cui directus is imminet, (liceat autem superficiæ loco diametrum ponere, simili enim modo ratio conficitur, figura verò multò commodius describitur, spectaturque.) Esto ea verò. B. D. C. & punctus D. eius sit mediū, circuli; centrum. Feraturque à puncto A. & à sole ibi existente directa lux E. A. F. D. neque enim linea instar, latitudinis scilicet expers, sed ampla, & qualis accedit, ponenda est lux. Manifestū vtrique est, quòd lux E. A. F. D. propterea quòd superficies. F. D. ad quam delata est, soli eiusque parti, è qua dicta lux emanat, ex æquo subiacet, directa ad eam accedit, nihilque; alia sui parte breuior, longior alia, sed sibi ipsi æqua omnis; & extrema eius facies, quæ in superficie. F. D. sit, veluti, & superficies ipsa solis parti, è qua emanat, æquè distans, parallelaque; sit; superficiæ omnino eundem obtinet situm, idèque; vtriusque; sit axis, & eundem is spectat punctum, quin vna profus, eademque; lucis facies superficiæ facta est omnis. Itaque; quæ ex ipsa refulget lux, veluti ad lucis faciem, ita & ad superficiem rectos refulget ad angulos. Dimoueat verò sol, feraturque; ad puncta G. H. & ab ijs ad eandem superficiem luci E. A. æquè lata lux emanet, H. G. I. D. nã extremam lucis eiusdem faciem super obliqua superficiæ, quæ super directa ampliorè fieri liquidò intueare, si vel decurtatam obliquæ lucis partem directam ad superficiem protrahas, vel directam altera parte decurtes, proindeque; & obliquam facias; itaque; in vtraque; triangulus fiat, cuius alterum latus directa, obliqua alterum, tertium verò lux fiat, quæ protracta, vel decurtata est: in vtroque; enim obliqua lux angulo recto opponitur; soli inquam ad puncta. G. H. delato superficiem. I. F. D. quæ in punctis. A. E. existenti ex æquo subiacebat, non amplius in punctis. G. H. factò æquidistare, sed in lineis scilicet sui parte, quam versus delatus est sol, proximior remanet D. velò remotior factam esse, & sensus, & ratio etiam demonstret, si à puncto D. ad punctum. H. lineam protrahi, itaque; triangulum fieri intelligas. D. H. I. Quoniam enim linea. G. D. linea. H. I. parallela est, & recta C. B. vtraque; attingit, itaque; angulus. H. I. D. angulo G. D. C. æqualis eius pars angulus. A. D. C. rectus est, erit vtrique; H. I. D. recto maior, latus igitur. D. H. quod ei opponitur maius latere H. I. at latus. D. H. linea. D. G. æquale itaque; quòd dictum est, lux D. G. luce H. I. longior. Quoniam igitur superficies I. D. soli à punctis. A. E. recedenti, nò amplius ex æquo subiacet, sed assidue eius pars, quam versus delatus est sol, ita soli proximior, & obliqua omnino, accliuusque; sit, prout à puncto ad verticem recedit sol. Manifestum vtrique est, lucem, quæ à punctis G. H. ad superficiem. I. D. defertur, sibi ipsi æquale non fieri, sed altera sui parte, eaque; omnino quam versus delatus est sol breuiorem, altera verò longiorem: communem scilicet subiectæ superficiæ, lucisque; in eam delatæ sectione eclipsim esse, ut Appollonius appellat, hoc est detractionem, formam nimirum altera parte sublimiorem, depressiorem altera, talem omnino, qualis Cylin dri fiat, qui à plano secetur eius basibus non parallelis, & quæ igitur lucem altera è parte decurtatâ, impeditamque, ex altera verò in longius progressam esse significet. Extrema itaque; in luce à punctis. G. H. ad superficiem I. D. delata, eclipsis, hoc est obliqua facies sit, & cuius axis nequaquam vel solem, vel A. punctum, quem directè superficiæ, directèque; lucis axis spectet, amplius, sed alium, idque; à puncto. A. remotum, quòd ab eo recessit, is verò sit. K. quoniam. n. arcus. G. B. arcui

K. C. æqualis, angulo enim ille, ad quem lux ad superficiem. B. D. C. accessit, hic verò ei, ad quem ab ea refligit, subtenditur; utiq; & qua vtriusq; remanet portio arcus, scilicet. A. G. arcui. A. K. æqualis est. Quoniam igitur à superficie. I. D. ad eosdē, ad quos ad eam accessit resiliens lux angulos ad punctum K. delata est; utiq; si extrema obliquæ lucis facies super superficiem I. D. facta punctum K. recta spectet; quod dictum est, lucem à se ipsa, & ab extrema sui ipsius facie in supposita superficie facta rectos ad angulos resiliens à superficie ad eosdem, ad quos accessit resiliere, liquidò pateat. Illud porrò, vt declaretur ipsi eidem obliquæ luci propria subtendatur superficies, ad quam scilicet nihil altera sui parte decurtata, sed integra, & rectos omnino feratur ad angulos, integræ nimirum obliquæ lucis parti. G. D. rectos ad angulos diameter. L. M. D. N. supponatur, & ad eius punctum M. lux H. I. extendatur. Quoniam igitur luci à punctis. G. H. ad propriam superficiem tendenti, ab intermedia obliqua superficie B. C. portio I. D. M. dempta est, utiq; si qualis ipsius facies super D. L. facta est, & ipsius ducurtatio, accliuataque, & situs omnino, quem ad oppositam circumferentiam sortita est, circumferentiæ scilicet punctus, quem recta spectat, inueniendus est, à puncto. D. linea adducenda est, quæ id super superficiem. I. D. elata, proindeq; & accliuata sit, quod M. D. depressa est, occultaq; educatur. Quo circa, & in vtramq; circumferentiam protrahatur, sitque. P. O. D. Q. & lucem. E. F. in puncto. O. secet: nam si obliquæ etiam lucis facies super superficiem. I. D. facta superficiem vniuersæ vna, eademque apparet: quoniam (vt dictum est) non eundem, quem superficies ad circumferentiam, sortita est situm, non scilicet quem superficies circumferentiæ recta spectat punctum, & lux altera sui parte punctum. D. attingit, utiq; vt ipsius, & superficiem situs, lucis nimirum obliquitas, accliuataq; manifesta vt fiat, quod factum est, à puncto D. quidem ita educenda est linea, vt lucem E. F. in puncto secet, qui à puncto F. æquè ac punctus I. à puncto. M. distet. Et si ita ea illa educatur ratione, vt angulum cū linea. F. D. constituat angulo. F. D. M. æqualem, illud omnino eueniat. Quoniam n. trianguli vtriusq; anguli, qui ad D. sibi ipsis æquales, & angulus præterea. Q. F. D. angulo. I. M. D. vterq; enim rectus; itaq; & angulus. D. O. F. angulo. D. I. M. æqualis, & latus F. D. lateri M. D. æquale: vtrumq; enim directæ lucis facies est; patet utiq; latus. O. F. lateri. I. M. & latus. O. D. lateri. I. D. & vniuersum oīno triangulum O. F. D. triangulo. I. D. M. æqualem esse. Quoniam igitur eundem, quem lucis facies super superficie. I. D. facta linea itidem. D. O. ad circumferentiam obtinet situm, eundemq; recta spectat punctum; si lux, quæ à superficie. I. D. & à puncto D. ad punctum K. refligit à linea O. D. rectos resiliens ad angulos, si scilicet punctus. K. æquè à puncto. P. & puncto. Q. distet: itaq; angulus. K. D. P. angulo. K. D. Q. æqualis proindeque, & rectus vterq; sit, manifestum sit obliquam lucem à se ipsa, & à sui facie obliqua cum superficie facta rectos ad angulos resiliens à supposita superficie ad eosdem, ad quos, ad eam accessit resiliere. At illud liquidò patet, quoniam enim arcus. A. B. & arcus. G. L. æquales sunt, vterque enim circuli quadrans est; itaq; si ab vtrōq; communem arcū G. B. demas, qui remanet arcus, scilicet. A. G. & B. L. æquales sunt, & arcus A. G. arcui A. K. æqualis, & arcus. F. L. arcui. B. P. erit utiq; & arcus B. P. arcui. A. K. æqualis, proindeq; & angulus A. D. K. angulo. P. D. B. æqualis. Et quoniam angulus. A. D. P. cum angulo. P. D. B. rectus est, utiq; & cum angulo. K. D. A. rectus erit. Itaq; rectos ad angulos à se ipsa, & à sui facie obliqua cum superficie facta ad eosdem ab hac, ad quos accessit resiliens angulos. Quin & in luce, quæ aquam subit, lucem (quod dictum est) à se ipsa, & ab extrema sui facie, quæ in aquæ superficie facta est, recta effulget, liquidò intueri licet; nam quæ directæ, proindeq; & integræ nihil altera sui parte decurtata, & rectos ad angulos ad aquam fertur, recta eam subit, & ad punctum fertur; quod ipsius facies, & aquæ superficies recta spectat, minimè verò & obliqua, quæ scilicet, quod altera sui parte decurtata, itaque super aquæ superficiem accliuata facta est, non eundem

eundem omnino, quem aquæ superficies recta spectat punctum, nequaquam in eum fertur amplius, sed in alium qui puncti, in quem si in rectum progrediatur, deueniat, eiusque, quem aquæ superficies recta spectat, medius sit. Quoniam enim id est lucis ingenium, vt eo perpetuò effulgeat, quò extrema ipsius facies recta spectat, & super aquæ superficiem, qua dictum est ratione decurtata, accliuataque facta est, utiq; non in directum amplius, sed veluti inflexo itinere eò feratur oportet, quò illa recta spectat. At vnde digressi sumus redeamus.

Linearis figura demonstrationis expostorum.



DIVERSVM A SOLE CALOREM FIERI; QVOD EIVS LVX
diuersa fiat, copiosa nimirum, & exilis. Cap. XIII.



VONTIAM igitur ab omnibus quidem, & multo certe à densis rebus copiosior resilit lux; & ab omnibus, ad quos accedit resilit angulos; proindeq; & integra, continuaq; & imminuta, intercisaque, & intercepta; & in se ipsam, & bene longo à se ipsa spatio, & medijs modis, resilit omnibus; copiosissima tandem, maximeq; exilis fit: cur adeo ab ea diuersus fiat calor, manifestissimum est. Neque enim, caloris species ipsa cum sit, proindeq; & calor ipse, ambigi potest, quin ubi multa fit lux, multus ibi fiat calor. At tãtùm momenti proximius, distinctiusque intueri ne grauemur. Propterea maior in Meridionalibus, quàm in Borealibus terris, & ab æstiuo, meridianoque sole, quàm ab hyberno, & ex oriente, occidenteq; fit calor; quod quò puncto ad verticem vicinior fit sol, eò magis in se ipsam resilit lux, magisque sibi ipsi vnitur; & in crassiore etiam aere, quàm in tenuiore, quod copiosior in illo fit, veluti & calor, cuius species est: & perspicue quò in crassiore fit re, eò splendidior fit, & calidior. Et maior est in planis, quàm in accliuibus terris, quæ tamen luci opposita non sint; nam quæ ab illis relucet lux, minus ab accedente separatur, minusq; remota fit. Maior in humilibus, quàm in æditis terris, quod in latioribus illis æquè vniuersus à resiliente luce calefit aer; id, quod in augustis his minimè fit: proindeq; qui à reflexa luce in his fit calor, à cõtiguè aeris frigore imminuitur. Nam, & si calidus est sui natura aer; at languidissimis præditus viribus à præpotente terræ frigore, ubi à solis calore id non reprimitur, vniuersus occupatur, eòq; superior eius pars magis, ad quam minus collecta resilit lux. Tum humilibus in terris crassior, & copiosior fit aer, non à vaporibus modò, sed ab ipso etiam aere, quem assidue è terra educit Sol, magis assidue auctus. Præterea molliores hæ vt plurimum, laxioresque. Montanæ verò, æditæq; crassiores, lapidosioresque: Ex his autem, & à languente calore modicū, tenuemq; ex illis verò, & robusto à calore copiosum, crassumq; educi aerem, alibi tradidimus. Maior etiam & in conuallibus, quod copiosior in eas incidit lux, & resilienti sibi ipsi coit magis. Et in densis, quàm in laxis, apertisq; terris: minus enim illa subit lux, minusque resilienti intercipitur; itaque copiosior, magisque resilit continua. Maior & ob id ipsum tranquillo, æquabilisq; in mari, quàm in turbato eo, tumonibusq; distincto. Et in lacubus, stagnisque, quàm in terris. Nam si magis ea subit lux, & idcirco minus integra resilit; at maxime vnita, continuaq; à bene æquabilibus resilit. Magnus etiam fit calor, ubi in res densas, & quas nihil permeare queat, incidit lux, vel si non summè æquabiles eæ sint: nam si non maxime continua, vnitaq; at integra certè inde resilit lux. Summus deniq; ubi in densas, læuesq; cuiusmodi specula sunt, incidit: nam integra ab his, & continua resilit lux; eò autem amplius, si in concaua insuper: si quidem multa in talia incidit, & resilienti vnum omnis tandem consluit in punctum. Et fieri id manifestè videas; si chartam speculo opposueris foraminibus multis distinctam: ex omnibus enim ijs, dum speculo apposita illa sit, egredientem intueare lucem, minimeq; ardentem eam, excurrentemque. Verùm, si paulatim à speculo magis illam amoueas, à paucioribus egredietur paulatim, & ab vno tandem modò; luce vniuersa vnum in illud confluxa, longè itaq; ardentissima in eo facta, & in quo quæ ponuntur exurantur omnia; vt iure combustionis dicatur punctus. Propterea etiã, & quæ aquam sphericò in vitro contentam, & quæ conuexa specula pertransit lux, ignis & ipsa speciem assumit, viresque; quod ipsa vnum omnis consluit in punctum, & non procul eum à vitri, speculique superficie, si spherica, at bene magno ab ea spatio, si leniter conuexa ea sint. Quò enim minus incuruantur, eò quæ ad ea accedunt luces, ad maiores accedunt angulos; minusq; subeuntes recuruantur. Itaque opposita quæ subeunt luces, sibi

sibi ipsis vt coeant, in longius progrediantur oportet. Et leniter conuexa quæ sunt, quæ scilicet veluti mediæ sphericorum partes videri possunt, id longius, quàm spherica, rectè spectant punctum, quod sphericorum superficies ab ijs abest. Et talia liber eorum opifices cõstruunt; quò enim quæ exuruntur à speculo magis amota sint, eò maiore intuentes afficiunt admiratione. E materia certè omnia cõstruenda sunt, quam permeet quidem lux; at quàm fieri potest densissima, in qua plurima colligi queat lux. Et intelligere ex ijs Aphrodisiæus potest; cur vitrum, atq; aquam permeas lux, nihil illa quidem, at valentissimè calefaciat, quæ ex illis elapsa attingat. Caloris itaq; discriminum omnium causa manifesta est, si luce agat Sol: quorū, vt visum est, nullius reddi potest; si illius motui, aerisq; contritioni causa assignetur. Quamobrem non est, quod dubitetur, luce agere Solem; & lucè non calidam modò, sed ipsum esse calorem.

CALOREM NON A SOLIS MODO MOTV, SED AB EIVS
etiam luce fieri, non Aristoteli, sed iunioribus visum esse Aristoteli-
cis. Modi insuper, quibus non calida lux calefaciendi viri-
bus donata ijs videtur. Cap. XV.



VNTORES Peripatetici aerem vniuersum terris contiguum æquè conteri intelligentes, & quæ à luce illustrantur loca, longè, quàm quæ non illustrantur, calidiora, & ipsam lucem calidam sentientes; ab ipsa itaq; admoniti, coactiq; re, non motu tantum, sed luce etiã calorem à sole fieri, & ita Aristoteli visum, placitumq; asserunt. At veriti, ne, si propterea calefaciat lux, quod calida sit ipsa, solè, à quo emanat, calidum fateri cogantur, (neque enim imaginari licet, calida si sit lux, solè, à quo illa emanat, & cuius propria est, & cui non hæret modò, sed penitus infixæ est, non calidum esse) modos commenti sunt, quibus minimè calida cum sit, calefaciat tamen. Nuncloca, in quibus calorem à solis luce fieri Aristoteli placuisse videri potest, & modi à Peripateticis inuenti, inspicendi sunt, examinandique. In plenilunijs, inquit Aristoteles, tepidiores fiunt noctes, quod in illis à Luna vniuersa, veluti à speculo reflectitur lux. Et causam asserens, cur nõ iuxta terram, at in sublimi sunt pluuia, propterea id euenire affirmat; quod qui iuxta terram est locus, à reflexis calefit radijs; id, quod sublimiori euenire minimè potest; ad superiora enim elati diffunduntur illi, & disgregantur. Quoniam enim radij, tenuissima nimirum corpuscula à sole emanare, & ad terram vsq; deferri Aristoteli videri non possunt, nec videtur vsquam; quin id maxime ab eius placitis discrepat, dissidetque; sui itaq; omnes summè id reiiciunt; exhorrentque; radios pro luce reflecti, & ab ijs calefieri inferiorem aerem posuisse videri potest. His præcipue è locis luce etiam solem agere, & à luce itidem calorem fieri Aristoteli placuisse asserunt, eius instituti, morisq; planè oblit. Ipse enim de re nulla, ubi de ea inquisitio non est, nec eam omnino explicare est propositum, iuxta propriam loquitur sententiam: sed ibi modò, ubi ea declaranda proposita est; alibi, vel iuxta aliorum sententias, vel etiam iuxta vulgus: est & ubi iuxta veritatem, non quidem illam verè intuitus, aut illam amplecturus, sed à re coactus. Vbi igitur quomodo visio fiat, tractat, edocetq; rerum imaginibus ad visum delatis fieri illam demonstrat: & alibi est, ubi ad visilia deferri visum supponit. Tum rationem reddes, cur in Lunæ defectibus terræ motus fiant, Vbi inquit, non multum abest, quin solis lumine priuata sit Luna; & ob id lucem, caloremque, quem ab illo accipiebat, aeri cõmunicare nequeat; refrigeratur circa terram locus. Spiritus itaque, qui ex ea egrediebatur, recedit, eamq; subit. conclusus igitur, terram concutit. At lunam, quodq; inter ipsam, solemq; est corpus calorem suscipere vllū, summè est ab Aristotelis dogmate alienum. Anxiè itaq; Aphrodisiæus inquit, quoniam modo fieri illud possit; quomodo sol

4 de par.
anim.
cap. 5.
1. Mete.
cap. 4.

2. Mete.
cap. 8.

do sol motu tantum calefacit, & passionis huiusmodi impatibilis prorsus est Luna, & talia sexcenta. Neque igitur, si vel iuxta hominum vulgus loquutus, vel ab ipsa coactus re, noctes, ubi Luna vniuersa à Sole illustratur, tepidiores percipiens, propterea tales esse affirmet, quod lux ab ea copiosior resilit; nec si non iuxta terram, sed in sublimiore loco nubes congregari intuitus, & superiorem aerem, quem iuxta ipsius positiones multo calidiorum esse oportebat, frigidiorum sentiens; propterea id conuenire dixerit, quod à reflexa luce minus calefit; propterea luce solem calefacere placuisse illi dixerint Peripatetici; qui (vt visum est) in locis, in quibus propria est huius rei inquisitio, calorem ab vno solis motu, & vna aeris contritione generat, nulla vsus lucis opera, nec vt omnino potens, aut volens: nisi & superflua, & maximè sibi ipsi aduersus, contrariuq; videri velit. Superuacue scilicet ad calorem faciendum contrerès Soli Aristoteli adductus esset, si solis illum lux facere visa esset. Præterea & quod maximè ibi pernegabat, pernegandumque proposuerat, falsus esset; calidum esse solem. Neq; enim, si à solis luce calorem fieri positum Aristoteli esset, vel illam (quod iuniores faciunt Peripatetici) vel ipsum, à quo illa emanat, solem calidum esse, negare ausus esset. Reformidandum ergo Aristoteli fuit, luce agere videri solem; neq; hoc tantum, sed lucem solis propriam esse; quæ nimirum à summo (vt declaratum est) calore genita, & separari ab eo impotens, nusquam igitur vera quæ est, summaque, nisi in solo igne conspecta, si solis propria visa sit, liquidò, calidum ipsum, atq; igneum manifestet. Veluti igitur hæc obijcienti respondens, Lux etiam, inquit, in aere fit, à solis motu contrito, veluti & calor. Id obiter innuens, nequaquam ignem esse solem, lucere etiam visum, & luce calefacere; non etenim solis propriam esse lucem, sed & ipsam, veluti & calorem à solis motu fieri. Ad eo positionis tenax fuit Aristoteles, vt neq; sibi met, & verisimile est, credibilem rem proferre minimè reformidaret, modò ne ex illa deturbaretur, deicereturq;. Luce quidem agere solem, nullus ibi vnquam dixit Aristoteles, ubi oportebat maximè. Nec antiquiorum Peripateticorum vllus, quomodo calor à sole iuxta Aristotelem fiat, inquirens, lucis meminit vnquam; sed omnes à solo illum solis motu, & aeris contritione sola fieri asserunt, & Aphrodisæus ipse in primis. Anxiè namque, vt visum est, causam inquit, cur non æquè calefiant, quæ sol non collustrat, ac quæ collustrat: quæ quidem, si luce etiam agere visus Aristoteli fuisset sol, longè absurdissima inquisitio videri posset. Iunioribus postea Aristotelicis, & ipsi in primis Auerrois, vt qui in ijs, quæ ab Aphrodisæo allata fuerant, acquiescere minimè posset, nec rationem ipse inuenire vllam; qua loca à sole non conspecta minus calefcerent; aere enim vniuerso æquè contrito, æquè calefieri oportebat vniuersum: & cui directus sol magis, calefacere videtur magis: luce etiam agere is visus est, quæ nimirum, & manifestè calefacit, & in se ipsam reflexa, & veluti conduplicata magis calefacit; at quæ à sole emanans non calido, minimè calida sit; neq; igitur per se, & à propria calefaciat substantia: Sed veluti, inquit, calor generat motus, non calidus ipse, sed vt calidi corporis conseruatio & perfectio, com-
 2. de ca-
 loc. 42
 motus enim, agitatufq; ignis summam consequitur perfectionem; sic etiam lux non quidem calida ipsa, sed ignei corporis perfectio existens, calefacere & ipsa potens est. Reliqui calorem cum Auerrois luci abnegantes omnes, diuersa singuli ratione, calefaciendi vires illi tribuunt: alij quod à reflexione veluti irriteretur; alij, quod ærem tenuitate donet, proindeq; etiam calore; siquidem tenuitas, proprium caloris subiectum ubi fit, calor etiam ibi fiat oportet. Non id alij, sed quod tenuior à luce, ampliorque, & quantus omnino in proprio loco contineri nequeat, factus aer, ampliorumq; locum quærens, varijs, mirificisq; moueatur modis, à quibus accendatur, ad densa præsertim delatus, compactusque, & resiliens ab ijs agitatus, commotufq; amplius. Postremi nullum fortè dictorum modum probantes, & meliorem ipsi inuenire desperantes, id modò asserere ausi sunt; eam esse lucis naturam, vt non calida ipsa, à reflexe

reflexione calefaciendi vires assumat. Nullus (quod facere optimè poterant Aristoteli iuramento obstricti, & qui quæ Aristoteles protulit, vel maximè sensui repugnancia, non admittenda modò, sed ea admittenda fide, ac si ex ipsius Naturæ ore prolata sint, decreuerint) lucem etiam ipsam fieri dixit, aere à solis motu contrito: quæ igitur calefaciens, & calida existens, minimè tamen calidum solem indicet etiam, vt potest, quæ nec ab ipso emanet, nec ipsius propria sit, seu obiter, id ab Aristotele dictum, non animaduertentes, seu veriti rem proferre, qua nulla minus probabilis effugiqueat. Per se quidem & Auerrois, & aliorum omnium positio absurda apparet: attamen singulæ excutiantur.

INFIRMATVR AVERROIS RATIO; QVA CALOREM LUCI AB-
 negat; nec à propria illam natura; sed alia ratione calefaciendi facultatem habere contendit. Cap. XVI.



CALOREM, inquit Auerroes, facit lux minimè ipsa calida, veluti & motus; qui & ipse non calidus, manifestè tamen calefacere videtur; quod & lux, veluti & motus, ignei corporis perfectio est. Si quidem eodem, quo lux modo, motus idem calorem, ignemq; perficiat, & eadem, qua lux, motus idem illos facendi facultate donatus sit; haud perperam fortè Auerroes, quia motus nullum ipse calorem sortitus cum sit, rebus, quibus inditur, illum indit omnibus, à luce etiam, vel si caloris & ipsa expertis sit, rebus, quas attingit, illum indit posse omnibus inde ratiocinatus sit; quod uterq; ignei corporis perfectio sit, uterq; nimirum conditionem, facultatemue quæpiam igni adijciat; siue qua perfectus is non sit. At non certè, si nullam igni conditionem, facultatemue, proindeq; nec perfectionem vllam igni adijciat motus, & minus etiam si non eadem, qua lux illum facendi donatus sit facultate, nec eadem illum faciat ratione, quin nec faciat omnino illum vnquam. Age igitur conditionum, facultatumq; quibus perfectus vt sit ignis, donatus sit oportet quæpiam à calore, cuius est opus, donatus non sit, & à motu ea donetur, intueamur, & in flammis potissimum; quæ quin perfectus sint ignis, ambigi non potest, nec ambigit vllus. At ex aliud non sunt, nisi moles calore summo, eaq; donata tenuitate; in qua vigens, illius species, & & lucida omnino, qualis sui natura est, conspiciatur; è qua scilicet nihil à molis opacitate obscuratus, lucidum, qualis sui natura est, se se calor effundere queat, effundatq;. Ab vno igitur calore, ignis efficitur, perficiturq;. nam molè vt subeat, & quæuis eam donet tenuitate, seseq; ex ea vt offundat calor, nulla prorsus motus opera habet. Et moles dum in flammis agitatur, & ipsa flammæ nullo commoueri videtur, nec possunt motu. Nam quo enascentes ea sursum efferri apparent, nequaquam motus is est, à propria ipsarum natura editus, sed impulsus quidam ab ijs, quæ assidue sunt factus, aquarum ritu è terra emergentium. Flammæ igitur ab ijs, quæ continèter supposita in mole sunt impulsæ, sursum attolluntur. Quod dictum porrò est, flammæ etiam, dum conspicuæ sunt, nulla se se mouendi facultate donatæ sunt. Et propterea illarum nulla nullo propemodum temporis momento eadem durat; sed quæuis statim in summam agitatur tenuitatem; itaq; inuisibilis facta, sursum efferretur: tãdiu tamen eadem quæuis seruari apparet; quoad materia subsit; quam eo tēporis momento nouam calor agat in flammam, quo præexistentem, qua dictum est, donet tenuitate, secumq; efferat; quod crassiores dum sunt, grauiioresque, quàm vt ab inexistente calore euzhi possint, inde intelligere licet, quod exiguæ quæ sunt, si longè amplioribus, longèq; robustioribus apponantur flammis, vel directè solis luci exponantur, haud ita multò post extinguuntur: quod scilicet non à proprio tantum, sed à proximarum flammarum, lucisq; calore attenuatæ) priusquam (supposita moles in flammis agi posset

posset, adeo tenues, leuesq; factæ sunt; vt nullo eas labore inexistens euahat calor. Et tales vbi factæ sunt, quin statim eas inexistens attollat calor, nulla prorsus retineri possunt ratione. Cur enim adeo motu cum oblectetur calor, vbi eum edere licet, nō statim edat? sed iners torpeat, stertatq;? Nihil autem quæ assidue efferuntur, nobis spectantur, quia in summam actæ tenuitatem, inuisiles factæ sunt. Supposita omnino moles nouas in flammæ cum agatur; nisi quæ pereant, in non ens agi placeat, huiusmodi fieri necessariò existimandum est. Quoniam igitur (vt vnde digressi sumus redeamus) necdum perfectum in ignem, in flammæ scilicet moles dum agitur, nec conspicuas etiam actæ in flammæ, vilo commoueri videtur motu; & nullo hæc à motu, sed vna à caloris natura motus edendi facultate donantur; liquidò patet nullam prorsus perfectionem igni à motu indi. At esto, & non propterea ignem à motu perfici, quòd quid illi hic adiciat, sine quo perfectus non sit, dictum Auerrois sit; sed quòd illud excitat, & veluti viuificat, & vel rebus indit calorem; quæ nullum prorsus caloris, at frigoris, & magni interdum nobis præbent sensum: non ideo motus exemplo à luce itidem calorem, cuius ipsa expellit, alijs dari posse rectè huiusmodi declaratum esse existimare licet: longè enim diuersa à luce ratione, calorem motus facit. Etenim lux qua lisuis facta, quæ attingit, nullo temporis momento calorem indit omnibus: & multà in se ipsam collecta ignis vires, speciemq; assumit: Et luce à sole emissâ frigus è terra deturbauit; & in calidissima agitur entia; calor omnino, qui nullus ei præinexistebat inditur. Nam si non proprijs ipsa viribus, sed quatenus calori inhæret, & caloris species est, ea agit; quoniam quid incorporæ naturæ species, ab ipsius dissideat substantia intueri non licet; itaq; non (quòd dictum est) caloris species modò, sed ipsemet calor videri potest; vtiq; qui rebus à luce inditur calor, quin ab ipsamet is estundatur, & rebus omnino, quibus nullus is præinexistat, quin à luce indi possit, in controuersia ponendum non est. At quem calorem motus rebus indere videtur, nisi substantiam ab operatione generari placeat, nequaquam à motu fieri, sed illis præinexistentem, & à frigore reiectum, reusumq;, & veluti in veternum deiectum, excitari, & veluti viuificari, & propriæ restitui naturæ, ac frigus, quòd ipsius domicilium subierat, ex eo eijciendi, interimendiq;, & proprias edendi actiones potentem factum esse existimare oportet. Adeo quanq; proprius, salutarisq; calori est motus; vt non is modò, qui à proprio entium calore editur, ijs inexistente summa afficiat voluptate, & in propria conseruet natura, sed vel qui ab aliena fit ui, summo opere illum oblectet, foueatq;. Quoniam igitur nullus prorsus à motu rebus calor indi videtur, sed præinexistens modò excitari; quam longissimè abest Auerroes, vt motus exemplo à non calida luce calorem fieri posse declaret; & in eo omnino minimè acquiescens, & ipsa à re tandem, ipsaq; admonitus, coactusq; à veritate, Aut erit, inquit, causa cōsimilis, & per se, nihil scilicet à propria natura diuersum aget lux; sed quòd simile ei est, calorem scilicet faciet, quia calida ipsa est: neq; enim remotum est, inquit, vt for ma ista, calor videlicet, luci copuletur; reflectatur igitur cum luce, & cum luce abscondatur: nam licet neutra sint cœlestia corpora, quatenus tamen corpora sunt, cum elementis communia quædam habent, transpauitatem, illuminationem, & obscuritatem. Aristoteles itaq; in libris animalibus Lunæ naturam terræ naturæ similè esse asserit propter lunæ obscuritatem. Luminosa igitur, inquit ipse, orbis pars ignis naturæ similis est: idq; Antiquiorum etiam comprobatur testimonio: qui stellarum operatione intuiti, calorem nonnullis, siccitatemq; attribuere. Inuitus quidem, & à re coactus tandem ipse etiam Auerroes, igneam stellis attribuit naturam, at Aristoteli iurcurando obstrictus, nequaquam libero, apertoq; id ore, sed veluti mustitans. Nimis certè positionis tenax Auerroes, qui cum ignem à motu perfici, corrumpi ab immobilitate, & maximè ignis proprium motum, lucemq;, & ignis omnino perfectione vtrunque & videret, & predicaret, & cœlum etiam ipsum, perpetuò, perenni, circummagi motu,

motu, & densiores quidem eius partes, at quæ non diuersæ à reliquis naturæ videri possent, longè lucidissimas intueretur, ignem id enunciare ausus non sit, nec quòd cœlo subiaceret corpus, quòd ipsi in primis à calore summo constitutum est, proprio deferrit motu; sed propria ipsum natura in proprio immobile existens loco, à cœli cōuersione rapi affirmavit.

ALIORVM OPINIONES IDEM AVERROI PONENTIVM DESTRUUNTUR. Lucem calidam esse, & solis propriam. Cap. XVII.



ET ERIVS etiam Auerroes, qui irritari à reflexione lucem, & irritatam calefaciendi vires assumere asserunt. Nam neque (quòd maximè oportebat, maximeq; opus erat) cur stupida eis lux, vbi ulterius progredi prohibetur, irritetur, nec vnde calefaciendi vires, quas neque ipsa, neq; id, à quo resilit, habet, irritatæ accedant, nos docent vnquam: & quæ longissimè abesse videntur, docere vt nos possint. Neq; integram explicant rem; non scilicet caloris omnis, quem lux facit, causam reddunt, sed veluti dimidijs, eius nimirum modò, qui à reflexa ea fit, non eius etiam, qui ab accedente ea manifestè fieri sentitur: simul enim, ac contingit, nos lux, non calefieri ab ea modò, sed quasi à iaculo ferri nos sentimus. Calor adeo nullo temporis factus momento, non ab accedente ea, sed à resiliente, & proximum aerem calefaciente factus esse, ijs tantum videri potest; qui positionis tuendæ amore capti, atq; adeò obæcati sunt. Nihil ijs melius, qui aerem calore à luce donari, quòd tenuitate, proprio caloris subiecto, donetur, contendunt. Nam & ipsi nihil, quomodo ab incorporea, & minimè calida re tenuior fiat aer, declarant, declarandum omnino: quæ enim tenuiora sunt, vel à calidis rebus; vel à densis conterentibusq; tenuiora fiunt: vt si à luce tenuior fieri videtur aer, calida ponenda ea fit. Tum nequaquam tenuior factus aer, calidior etiam fit: quin secus euenit: quò enim tenuior fit aer, eò & calidus fit minus, vt qui calorem minorem concipiat. Minimè præterea imaginari licet, aerem vniuersum, qui inter nos, exorientemq; solem, medius est, nullo illo temporis momento, quo illius lux nos calefacit, ab ea attentari, atq; etiam calefieri. Ratio postremo omnis vanissimo innititur fundamento. Neq; enim natura agens vlla materiæ dispositionem consequitur; ibi nimirum fit, vbi eius ingenio concinna illa facta est, propriaque: sed ipsa agens natura se ipsam materiæ, tum & dispositionem etiam, qua gaudet, imprimat. Vt, si calor à luce, & tenuitas aeri indi videatur, calidam esse lucem intelligendum necessariò sit. Hoc reor, animaduertentes quidam, fit quidem, inquit, à luce tenuior aer, & propterea etiam incalefcit: at minimè tamen, quòd ingenite tenuitati calor accedat, sed quòd aer vniuersus multò amplior factus, ac longè ampliòre opus habet loco, quaque uersus vniuersus simul diffunditur, & agitatur, varijs tandem commouetur modis; quò sit, vt incalefcit. Illud ij quidem in commodum vitant, quòd non à tenuitate, sed à motu fit ipsis calor: at nō reliquis modo omnibus; quibus illi, & amplioribus fortè sed alijs insuper ab illis seorsum premuntur, malis. Fortè enim minus his ratio reddi potest; cur non illustrata loca minus calefcunt: Nam, si amplificatus à luce aer diffunditur, commoueturque, & idco calefcit; æquè vniuersus calefcit oportet, nihiloq; is minus, quem lux nihil contingit, quam ab ea illustratus, contractusque. Quippe amplificatus à luce aer, non in se ipsum colligitur, sed quaque uersus diffunditur, & commouetur. Et lucem aquas, densissimamque specula transuectam ignis vires, speciemq; assumere intuiti; nisi & aquam etiam, speculaque tenuiora, amplioraq; à luce fieri, proptereaq; ijs agitari motibus; à quibus ita calefcit, vt exilientem lucem in ignem agant; propria eam natura igneam esse, & splendidiorem, calidioremq; in aqua, speculoque fieri, quòd in ijs magis in se ip-

O fam

fam colligatur statuatur oportet. Omnium certè pessimi, qui huiusmodi asserunt esse lucis naturam, ut minimè ipsa calida cum sit, calefaciendi vire, à reflexione assumat. Quandoquidem præterquam quòd sensui, ut primi repugnant, aduersiq; sunt; qui (ut dictum est) accedentem, directamq; lucem manifestè calidam sentit; nihil vnde resiliens luci calefaciendi vis aduenit, declarant; veluti eorum, quæ sunt, non causas inquirere, explicareque, sed euentus modò narrare propositum habeant. Quin non modus modò, quo resiliens luci calefaciendi vis inditur, explicandus ijs erat, sed is insuper, & nihilominus, quo eò robustior illa inditur, quò magis in se ipsam lux reflectitur. Quoniam enim, non quocunque modo reflectatur, æquè calefacit; sed eò assidue magis, quò magis in se ipsam reflectitur, sibi ipsi nimirum vnitur magis; & ignis ibi instar exurit, vbi directa in se ipsam resilit; à propria substantia, & proprijs viribus, non à reflexione assumptis calefaciat oportet. Neque enim aliud magis à reflexione recta, quam ab obliqua luci aduenire potest; nisi quòd in illa veluti duplex facta proprijs etiam viribus duplicatis donata est, secus autem vbi maximè obliqua reflexio fit; nihil enim quæ resilit accedenti vnitur, sed veluti in rectum progreditur, proindeque vbi ita reflectitur lux, nihil reflexa accedente magis calefacit. Quà obrem nulli dubium esse potest, nequaquam à reflexione calefaciendi viribus donari lucem; ijsdem enim ab ea omni perpetuò donaretur, sed calida est ipsa; quæ perpetuò (ut expositum est) eò robustius calefacit, quò sibi ipsi vnitur magis; eoque maiores assumit vires, quò ipsa maior sit, & copiosior. Lucem porrò Solis propriam esse, veluti & ignis, minimè declarari oportere arbitror. Neque enim aliorum hominum vlli, ac ne ipsi quidem Aristoteli creditum suspicor: at ab eo, effusum, prolatumque, calorem soli tribuere reformidante. Sed si hoc quoque dilucidandum videtur, inde manifestari potest, quòd vbi prope adest, ut lunæ imminet sol; quæ eius lucet portio, nequaquam luce lucere potest in aere à solis motu contrito facta; qui nimirum nullus ibi solem, inter lunam que sit medius; tum præterea, quia ea lunæ portio illustrari tantum videtur, quæ à sole conspicitur: quæ si à luce illustratur non à Sole ipso emanante, sed in aere à solis motu facta, vniuersa semper illuminatur. Itaque, quoniam qui à sole ad nos aduenit calor, & quæ cum perpetuò comitatur, penitusque ei in aëre est lux, haud in aere sit à stellarum motu contrito, sed ab illarum, & à solis præcipue emanat substantia; & vel Aristoteles ipse eandem cælo vniuerso, quam stellis attribuit naturam; planum est (quòd nobis positum est) Cælum à calore constitutum, & ipsius substantiam calorem esse. Verum, quia non à propria cælum natura, sed à singulis eius orbibus à proprijs substantijs, & ipsi quidem inhaerentibus, at penitus ab ipsorum natura diuersis, nihilq; commotis vnquam moueri videntur Aristoteli; ratione, itidem, quibus, ut Peripateticis videtur, id suadet, exponantur, & examinentur.

ARISTOTELIS RATIONES, QUIBUS QUODCVMQVE MO-
uetur, ab alio moueri suadet. Cap. XVIII.

8. Phys.
28.
et seq.



Mouetur, quòd mouetur, ab aliquo moueri manifestum est, inquit Aristoteles: nam quæ præter naturam mouentur, manifestum habent aliud mouens à moto: externa. n. vis agat necesse est, ut præter naturam moueatur. Quin & ex ijs, quæ natura mouentur, nonnulla etià distinetum habent mouens à moto, ut animalia; quamuis. n. non ab alio, neq; extrinsecus moueantur, diuersum tamen habent mouens à moto. Nec dubitare prius contingit, ab aliquo moueantur animalia, nec ne: constat siquidem ab anima moueri. Sed id inquiriur magis, quoniam in ijs modò diuersa sint, mouens, motumq; videtur enim, veluti in nauibus, & in ijs, quæ minimè natura constant, sed arte; sic & in animalibus diuisum esse mouens à moto. Et propterea

reæ dicitur totum animal seipsum mouere totum, quòd in se ipso mouens habet, motumque; non autem quòd totum se ipsum moueat totum. Postquam verò declaratum Aristoteli videtur, animalia etiam, quæ per se moueri videntur, maximè ab alio moueri; Dubitare, inquit, contingit, à quoniam moueantur, quæ natura mouentur, non animata corpora, veluti leuia, grauiaque: hæc enim ad aliena quidem loca ui, & præter naturam; igitur ab alio: ad propria verò, & naturalia natura, & sponte: non igitur manifestum est, veluti, cum mouentur præter naturam. Hoc, inquit, maximè dubitare contingit: ab alio enim ignem sursum moueri absurdum videtur, qui sursum secundum naturam mouetur motus principium existentem. Quando igitur in se ipsis motus habent principium, cur ab alio dicemus naturalem moueri motum? At neq; à se ipsis; vitale enim hoc, & animatorum proprium. Præterea, & irrationabile videtur vnã tantum moueri motionem, non & contrarias, veluti & animalia, quæ longè diuersissimis mouentur motibus: quin & consistendi vim inesse ipsis oportebat, ut ignis non ascendere tantum, sed & descendere, & motum sistere etiam posset, si per se, ut animalia moueatur. Tum continua sibi ipsis sunt elementa, adeoq; copulata; ut genere nullo diuisa appareant, sed eadem penitus semper, non ut quæ se se contingere dicuntur. Talia verò quæ sunt, quæ scilicet vnã, atque idem profus, minimè à se ipsis pati possunt: quatenus enim vnũ quid est, & continuum, & non contactu impabile à se ipso est: nam quòd separatum est, propterea hoc agere, pati illud aptum natum est. Neque igitur inanimorum, inquit, quæ natura mouentur, vllum se ipsum mouet; continua enim, & conjuncta; neque aliud continuum vllum: sed necesse est, in singulis mouens à moto diuisi, veluti in inanimis videmus, vbi animatum quid ipsa mouerit. Inde igitur, ut videtur, separatos cælo motores in cælo colligit Aristoteles, quòd quæ apud nos mouentur, & quæ proijciuntur, & animalia, & leuia, grauiaque, vbi sponte sua ad cognata feruntur, ab alio ab ipsis separato, distinctoq; moueri videntur. Quæ quidem ui, & præter naturam, à proijciente, impellenteque; animalia autem ab anima separata, distinctaque à corpore, & corpori eo ferme modo insidenti, quo nauta naui. Quòd verò separatum, distinctumque leuia moueat, grauiaque, Nondum quidem, inquit, manifestum esse. At & ipsa ab alio moueri oportere, ex ijs venatur, quòd motus non inanimorum, demortuorumque corporum, qualia illa videntur, sed animatorum, viuientiumq; proprius videtur. Tum, quòd si à seipsis illa moueantur, nequaquam vno tantum moueantur motu, sed multis, diuersisque, ut animalia; & sistere eos, vbi liberet possent. Insuper, quòd verè illa continua sunt, vereq; vnã; non scilicet à diuersis composita partibus, & quarum alia agere, pati alia queant. Nam motus Aristoteli non, ut nobis, operatio, quæ à substantia, cuius est, sola edi possit, sed passio omnino statuitur; quæ igitur ut fiat, & agente, & patiente opus sit. Nihil sane, vel priorum decretorum vbiq; immemor, vel à deo sui ingenij viribus cõfidens Aristoteles habendus est; ut quæcunq; collibitum sit, vel si maximè ea, & sibi ipsis, & sensui repugnent, enunciare nihil vereatur, nihilq; ea hominibus persuadere desperet. Neque enim, nisi alterum, aut vtrunq; sit, vel calorem, lucemque, quam assidue effundit sol, à sole emanare perneget; & alia multa parum his minus credibilia ponat, vel quòd modò declarandum proponit, primorum corporum nullum, nec ipsum etiam cælum, quòd longè rapidissimo, & nõquam cessante circumuoluitur motu, non à se ipso, nec à propria natura, sed ab alio ab ipsis distincto, separatoque moueri decernat, cum alibi, non cælum modò, & ignem aeremque; & aquam, sed ipsam etiam terram à propria natura moueri decernat; nullumq; profus, à quo vel cælum circumuoluetur, vel illorum quidpiam ad propria loca impellatur, proijciaturque intueri cum posset.

29

1. de cælo
te. 5.
et seq.

INANES ESSE POSITAS RATIONES. QVAE NATVRA MO-
uentur, à se ipsis moueri. Cap. XIX.

VAE præter naturam mouentur, ab alio separato ab ipsis. distinctoq; mo-
uentur: at nequaquam tū horum exemplo quæ sponte sua, & natura mo-
uentur, non à seipsis, sed ab alio, & ipsa ab ipsis separato, distinctoq; mou-
eri declarandū puto, sed eorum modò, quæ & ipsa sponte sua, & natura mo-
uentur videtur. Rectè & aialia ab anima, vt à distincta, separataq; re, nec val-
de diuerso modo corpori insidente, quā naua naui moueri. At minimè id ponere Ari-
stoteli licet, qui nimirū id ponentes maximè alibi damnat; & cui aialia nequaquam ex
aia, corporeq; vt ex distinctis, separatisq; rebus, sed vt è forma & materia cõstare vi-
dentur. quæ vbi coeunt, ita & ipsi etiã coalescunt, & vnum fiunt, vt nihil penitus in cõ-
posito sit vniuerso, quod alterū modò, aut non vtrūq; sit; & qui igitur aialis operatio-
nes ad vnã oēs, vel quæ summè animæ solius videri possent, disciplina, memoriamq;
compositi esse oēs velit; animæ solius nullam, quæ nulquã sola, sed corpori vniuersa, vt
propriæ materiæ immersa sit. Sed, vt liceat Aristoteli sui ipsius oblito, aiam à corpore se-
paratam, distinctamq; ponere, & ab ipsa aialia moueri; minimè tū animalium totorū
motus exēplo, similia quæ sunt, atq; vnum, ab alio ab ipsis distincto, separatoq; mo-
uentur declarare licet. Quoniã. n. corpori anima inest, vt distincta, separataq; res, & cor-
pus sui natura immobile ab ea mouetur Aristoteli; nequaquã animalis totius, sed ani-
mæ solius motus exemplo, quæ vnum sunt ab alio ab ipsis distincto, separatoq; mou-
eri declarari oportet: animam. s. ipsam, à qua corpus ceu onus quoddam circumpositū
desertur, non à se ipsa, nec à propria substantia, sed ab alio ab ipsa distincto, separatoq;
moueri, & ipsam demonstrandum. Et simplicis, simularisq; rei spontanei, naturalisq;
motus modò, modus, quo simplex, simularisq; res sponte, & natura mouetur, decla-
randus, non rei motus exēplo, quæ minimè simplex, minimeq; simularis, nec vna om-
nino videri potest: è duabus naturis composita; & quarū altera penitus sit immobilis;
quæ, si moueatur interdū, minimè naturali motu moueri videri possit, sed & ipsa præ-
ter naturam, & ab aliena vi, veluti grauias, vbi sursum, aut in obliquum feruntur. Ab-
surda igitur Aristotelis ratio, qua propterea, quod animalium corpora ab anima ab
ipsis distincta, separataq; moueantur; reliqua quæuis, & quæ simplicia sunt, atq; vnū
ab alio, & ipsa ab ipsis distincto, separatoq; moueri contendit. Multò etiam absurdi-
ores sunt quibus leuia, grauiasq; à separato aliquo moueri oportere astruit. Cur enim
animatorum tantum, & viuentium, animalium nimirum proprius sit motus, non &
eorum omnium, quæ à seipsis assidue moueri, & seruari videntur motu?

A QVONAM ALIENO IGNIS MOVETVR ARISTOTELI: ET
non ab eo, sed à sua moueri illum natura. Cap. XX.

8. Phys.
tex. 61.

CONTINGIT & hæc, in anima. s. inquit Aristoteles, quæ natura mou-
entur, ab alio moueri semper. Fiet autè manifestum causas diuidentibus.
Mouentiū itaq;, inquit, hæc quidem præter naturam mouent mota & ip-
sa, quæ. s. non ob id mouent, quod propria natura motiua sint, sed alie-
na vi, atq; extranea; veluti vbi claua ferrea lapidem mouet: non. n. quæ
ferrea, neq; quæ grauis, neq; oïno à principio intrinseco, sed extrinse-
cus mouendi vim accipit: hæc autè natura, veluti quod calidū est, eius quod potètia cali-
dū est; nam calidū actu quoties calefacit, proprio motu, & propria vi calefacit. Et mobi-
le etiã natura similiter per se, & non per accidens, quæ potètia calidū est. Ignis itaq; &
terra ab aliquo mouentur, ut quidè cum præter naturam, natura autè vbi ad proprias ip-
sarū actiones potètia existentes, vbi. s. actu fiunt, quod potèstare prius erāt. Leue. n. è
graui sit, veluti aer ex aqua. At aer factus, nisi quid obstat, statim proprio aeris mouet
motu.

motu. Ab eo igitur mouetur aer, à quo aer est factus, & aeris donatus natura. Quoniã
nec aqua, nec lignum, dum illa aer, hoc ignis potèstare est, aeris illa, hoc verò ignis
motu mouet; sed vt illa aeris, hoc verò ignis moueatur motu, in aerē illa, hoc in ignē
agendū est; & nec aqua ex se in aerem transit, nec lignum ex se ignis naturam assumit,
& ignis fit; sed ab alio & aqua aeris, & lignum ignis substantia donatur, viribusque
& ijs assumptis, statim aeris illa, hoc verò ignis cietur motu: ab eo vtrūq; & aer aeris, &
suo ignis motu moueri videri potest, à quo ex aqua ille aer, hic verò è ligno ignis factus
est, & ignis donatus viribus. Et quia in super factus, constitutusq;, at ab aliquo coerci-
tus, retentusq; moueri haudquaquã potest, neq; enim impedimentū amoliri, & ab eo
etiã moueri quoquomodo videri potest, à quo, quod ne moueatur impedimēto erat,
remouetur, licet ex accidēte. Non siquidè quod impedimentū remouet, è remotione
potètia actu mobilē facit, veluti quod illū è ligno ignē facit; sed è multò proximiorē,
& quæ veluti media est inter potètiã & actum; quæ. s. actui proxima, iunctaq;, ex se à
nullo retardata, retentaq;, in actū exeat. Nullam sese mouendi facultatem, naturāq;
igni indit, sed remouet tantū, quod proprium eius impedit motū. Tot igitur diuisioni-
bus, apparatu tanto nequaquã non à seipsis, & à propria natura, sed ab alio separato
ab ipsis, distinctoq; quæ natura mouentur, moueri declarat Arist.; sed lignū, quod ignis
potètia est, ignis motu moueri non posse, nisi actu ignis fiat, & ignis naturā assumat,
viresq;. Ignis, inquit, & terra (neque. n. è quibus veritas manifestari potest, repetere
ea graue sit) ab aliquo mouentur, ut quidè cum præter naturam, natura autem, cum ad
suas ipforū actiones; cum videlicet actu fiunt, quod iuxta propriam naturam potèstare
prius erāt, & proprias eius, quod fiunt operationes operandi vires assumunt. Nusquã
igitur locali illa motu à generante, aut alio vllō moueri declarat Arist., sed ea donari
natura, eaq; forma, cuius is proprius est motus. Vbi, ait, è graui leue factū est, nisi quid
obstat, cõstet operatur, à se ipso nimirum, & proprijs viribus. Quod verò prohibēs
dimouet, est, inquit, vt moueat, est verò vt non, sed secundū accidens: quod impedi-
mentū tantum remoueat, & veluti in facultate ponat iuxta propriam operandi naturam,
aliud præstet nihil. Quod igitur dictū est, quæ potèstare quid sunt, actu ab alio fieri do-
cet Arist. Aractu facta nequaquã ab alio locali moueri motu, quod demonstrandum
oïno erat; neque. n. id hic inquiritur mouens, quod lignum in ignē vertit; sed à quo
actu existens ignis, eo modo ad proprium impellitur locū, quo lapides à proijciente,
& aialium corpora ab anima; ab eo nimirum distincto, separatoq; & à quo nō com-
motus, impulsusq; ignis moueri non possit: siquidè hoc illis euenit, quæ non à se ipsis,
sed aliena, atq; extranea ope mouentur. Quocirca summopere mirari Aristotelem licet,
qui cū eorum, quæ natura mouentur, ab alio ab ipsis separato, distinctoq; nullū pro-
fus in ijs moueri declarauerit, sed fieri tantum ab alio; ex ijs illa oïa ab alio moueri e-
nunciare nihil veritus sit. Et propterea etiam mobilia quæ sunt entia, nequaquam effi-
ciens motus sui, nec faciendi oïno in seipsis principium habere, sed patiendi tantum.
Desides igitur, stertentesq; proprias rerum naturas, formasq; faciat: huiusmodi. n. vi-
deantur, & sint formæ; si entia non efficiens sui motus, nec faciendi principium in se
ipsis habeant, sed patiendi tantum. Sed alibi actiones omnes formis aperte attribuit;
& omnes manare à formis asserit, & hoc à materia differre formas, quod agere hæc,
pati modò illa possit: & quæ omnino si pati possunt, agere etiam possunt, necesse est.
Quoniam autem à contrarijs tantum pati possunt, minimeq; illis pati impotentibus,
nihil enim apud nos imparibile est, quæ patiuntur formæ, & ipsæ in eas, à quibus pa-
tiuntur, agendi facultate prædite sint necesse est. At eò, vnde digressi sumus, redeat
mus: & quando ne Aristoteli quidem, quæ natura mouentur, verè ab alio moueri
videntur, sed fieri modò, aut ab impedimento liberari: quæ natura mouentur om-
nia à se ipsis moueri ponamus, & multò coelum amplius: quod neque ab alio Ari-
stoteli generatur, & cuius motus à nullo retardari, aut impediri potest; cui igitur
horum

horum exemplo aliud à propria natura mouens nullum adijcere Aristoteles possit. Deinceps reliqua prosequamur: & quale motuum, à quo motus prouenit, esse oporteat inquirentem Aristotelem audiamus. Licet enim quæ natura mouentur, à se ipsis moueri, & in se ipsis motus sui principium habere, uisa sint omnia; ut à quo primo ea moueantur inquirens Aristoteles, ne audiendus quidem sit; tamen, ut undique eius positiones inanes demonstrantur, audiatur, atque examinentur.

PRIMUM MOUENS IMMOBILE OPORTERE ESSE

Aristoteles docet. Cap. XXI.

B. Phy.
te. 34
38.39

MOUENS, inquit, declaratum est, omne, quod mouetur ab aliquo moueri; nec in infinitum procedatur; necesse est deuenire ad primum mouens, quod non moueatur ab alio; sed se ipsum moueat, aut immobile sit; aliter enim in infinitum fieret processus. Per se igitur mobile id erit, cuius pars altera moueatur, moueat altera, non autem moueatur; aut, quod totum se ipsum moueat totum. At hoc, inquit, demonstrabitur contingere non posse: quo modo enim vel effingi possit, eodem motu deferre aliquid, & deferri, alterare, & alterari; eandem igitur rationem idem docebit, & discet, eandem sanitatem curabit, & curabitur. Præterea, quoniam determinatum est, omne, quod mouetur, potentia id esse, ad quod mouetur, quod enim calefcit facultate erat calidum, & quod frigescit facultate erat frigidum; at omne mouens actu iam est, quatenus inouet; per se igitur mobile, nempe quod totum, à toto mouetur, simul & potentia, & actu esset ad idem, facultate quidem quatenus mouetur, actu autem quatenus mouet: igitur perfectum simul, & imperfectum, calidum, & frigidum, calidum igitur, & non calidum. Quæ omnia absurdissima cum sint, reliquum est, ut per se mobile id esse dicatur, cuius pars mouet tantum, pars tantum mouetur, & quæ mouet, ut sit ipsa penitus immobilis, quæ mouetur, moueat interdum aliquid extrinsecus, interdum moueatur tantum: quod in animalibus facillime uidetur; quæ per se mobilia sunt, quo definitum est modo; & est in ipsis mouens anima immobilis ipsa ab anima, motum corpus non amplius mouens semper, sed interdum tantum. Quin & inde, inquit, si non necessario, rationabile uideri queat immotum oportere esse quod mouet. Quoniam enim est, quod mouetur tantum, & est quod mouetur, & mouet; & id etiam esse rationi congruum est, quod mouet tantum, & non mouetur. Quod nimirum ubi componentium quid alterum per se existit, & alterum per se existere oportet. Propterea igitur, ut uidetur, vel quæ à se ipsis moueri apparent, ab alio omnia moueri Aristoteli uidentur; quod motus ad locum idem generationi, alterationi que uisus, & sub eadem ei positus est ratione. Itaque quod quæ secundum substantiam, qualitatesque immutantur, non à se ipsis, sed ab alio immutantur; quæ itidem ad locum mouentur non à se ipsis, sed ab alio moueri oporteat omnia. Præterea & quod, quoniam & quæ ab alijs feruntur, & gestantur, & quæ à se ipsis mouentur, moueri omnia dicuntur; hæc itidem ut moueantur ueluti, & illa alio opus habere uisa sunt, è communi nimirum, quam ipse generationi, alterationi que, & motui ad locum assignauerat rationem, & communi è nomine, quod ijs, quæ manifestè ab alio, & ijs quæ manifestè à se ipsis moueri uidentur, inditum est, & exposita itidem è ratione quæ mouentur omnia ab alio moueri. Quæ sobres num rectè ex ijs decretum id Aristoteli sit; num eadem, quæ generationi, alterationi que, motui etiam ad locum congruat ratio, & tum entibus, quibus idem inditum est nomen, necessario eadem natura, eademque indendæ sint facultates, & num firma sit ratio intuentum est.

Mo.

MOTVM QVEMVIS ENTIS IN ID, QVOD POTESTATE EST, immutationem actum esse; & eandem quæ generationi, alterationi que; motui etiam ad locum congruere rationem Aristoteli uisum esse, & perperam utrumque. Cap. XXII.

MOTVS, ait, absque rebus non est; siquidem quod mutatur, aut substantia, aut qualitatis, aut quantitatis, aut loci mutationem patitur. Vnumquodque autem eorum in quibus motus sit, substantia scilicet, qualitas, quantitas, aut locus, rebus quæ immutantur bifaria inest, nam in substantia aliud est forma, aliud priuatio, & in qualitate aliud album, aliud nigrum, & in quantitate aliud perfectum, aliud imperfectum, & in latitudine aliud quidem supra, aliud infra, vel aliud quidem leue, aliud graue. Quare quot entis sunt species, totidem motus sunt, atque immutationes. Cum autem in unoquoque genere aliud quidem actu, aliud potestate dixerimus; eius quod potestate est, quatenus tale est, actus motus est, ut rei quæ alterari potest alteratio, eius quæ augeri, & imminui incrementum, imminutio que, eius quæ generari, & interire, generatio, & interitus, eius quæ ferri latio. Tum motum indefinitum quoddam esse inde declarans, quod cum entis genera omnia in actum & potestatem diuidantur, motus neque in actu, neque in potestate collocari potest, nam neque id quod quantum esse potest, neque id quod actu quantum est, necessario mouetur; Motus, inquit, actus quidam esse uidetur, sed imperfectus est: causa autem quod id quod potest esse, cuius actus motus est, imperfectum est; atque hanc ob causam quid sit difficile est sumere: necesse est enim aut in priuatione ipsum reponere, aut in potestate, aut in eo quod planè est actus; in quorum nullo reponi posse uidetur. Is igitur qui dictus est motus restat, nempe actum quidem aliquem esse, sed talem, qualem diximus; qui egrè quidem perspicitur, sed tamen qui esse possit. Tum, ut clarius, & proximius etiam (ut Peripateticorum optimi explicant) quid sit motus declararet, & quæ definitionibus iam traditis obijci poterant magis declinaret; Mouetur uero, inquit, & mouens omne quod moueri potest, & cuius uacuitas à motu quies est, nam in id agere, quatenus est tale, id demum mouere est, hoc uero tactu facit, quare simul & patitur. Quamobrem motus actus est rei, quæ vim habet, ut moueatur, quatenus eam vim habet; hoc autem rei tactu efficitur, quæ mouendi vim habet; ex quo fit ut etiam patiat. Motum omnino omnem, & ipsum etiam qui ad locum fit, in ente, quod potestate quid sit, & ab ente fieri, quod actu id sit Aristoteli placet. Itaque motus quibus ut fiat; vel duplici opus esse ente, & quorum alterum id potestate sit, quod actu est alterum, vel siquidem uno; at cui duplex in sit natura; & è duplici compositum sit parte; & quarum altera id potestate sit, quod actu est altera; & illius in hanc immutationem, & ueluti transitum motum esse. Generationem, alterationem que, & motum ad locum imperfectum quidem, & actum omnino, proindeque quæ secundum substantiam qualitatem que, & quæ loci immutationem patiuntur, imperfectè quidem, at agere Aristoteli uideri potuisse summopere mirari licet. Si quidem quæ propria natura, proprijsque uiribus spoliantur; & aliena natura, alienitque donantur uiribus; in aliaque aguntur entia; vel si ex ignobilissimis in nobilissima transitus fiat; quin & quæ eadem remanent, at iuxta quampiam qualitatem immutantur, quæ Aristoteli loci mutationem patiuntur, quam longissimè ea absunt, vllum ut actum edere uideri queant; quæ nimirum manifestè, si non ut illa penitus corrumpuntur, at iuxta quampiam conditionem immutantur; itaque & patiuntur. At licet Aristoteli manifestissimam, pessimamque entium passionem imperfectum quidem, at actum ponere. Nos num motus ad locum imperfectus actus poni possit, & nū ipsi eadem, quæ generationi, alterationi que, conueniat ratio, proindeque eadem entibus, quæ

3. Phy.
te. 4.
seq.

quæ secundum substantiam, qualitatesque immutantur, & ijs etiam, quæ locum mutant, patiendi, operandique aptitudines, facultatesque insunt, & quæ illis, dum immutantur, his itidem dum mouentur bona eueniant, malæ intaeamur. Si quidem, ut entium, quæ sub eadem continentur ratione præstantiores, robustioresque; alijs, alijs verò deteriores, languidioreque, at omnibus certè aptitudines eadem, eademque insunt facultates, & eodem prorsus modo, ab iisdemque, insuper patientur, afficianturque, & operentur, perficianturque, & corrumpantur oportet: ipsa enim ratio, quæ perfecta est, quæ entibus insunt, his ea indit omnia. Itaque, quod dictum est, num rectè Aristoteles quæ secundum substantiam, qualitatesque immutantur, & quæ loci mutationem patiuntur, sub eadem collocata sint ratione, inquirentibus, num dū illa immutantur, & hæc mouentur, bono, voluptateque, vel malo, molestiaque; vtraque afficiantur, an conseruentur, oblectenturque; altera, altera verò corrumpantur, torqueanturque, inquirendum. Nam, si eadem vtrisque eueniant, rectè eadem vtrisque assignata sit ratio; at si contraria, perperam prorsus. Quoniam igitur quæ substantiæ, & quæ qualitatibus mutationem patiuntur, penitus illa, & hæc quæpiam ex parte corrumpuntur omnia, summoque afficiuntur dolore; quæ contra à se ipsis mouentur, maxime in propria conseruantur natura, summoque oblectantur; patet rationem, quæ generationi, & alterationi congruit, motui ad locum congruere non posse: & ideo inanes esse rationes omnes; quæ definitionem eandem, & huic, & illis conuenire supponunt. Inanis itidem ea est; quæ inde ab alio, & immoto eo moueri omnia ponit; quod impossibile sit motu eodem deferre, deferrique; nullo enim eam sensu, sed communi tantum nomine firmat Aristoteles; quo & quæ ab aliena vi, & quæ vel ipsius testimonio à se ipsis, & à propria mouentur natura, moueri dicuntur. Quod igitur nomen si vtrisque dematur, & proprium vtrisque indatur, si scilicet ignem ad superiora tendentem, non moueri, sed ascendere, & animalia progredi, & quæ ab alio feruntur, impellunturque ferri, vectarique; dicamus; statim corruat, nullaque sit prorsus. Non quæ operationes vnum, idemque; fortite sunt nomen, iisdem eam à naturis eduntur, sed quæ idem operantibus bonum, malumque inferunt. Itaque; quod quæ ab aliena mouentur vi, corrumpi tantè omnia, quæ verò à se ipsis conseruari videntur, hæc à se ipsis, & à propria natura, & proprium his motum, illa contra ab aliena moueri vi, & à se ipsis immobilia, proindeque & motum alienum esse, odiosumque; statuendum est. Ratio itidem, qua immotum oportere esse quod mouet, astruit, vana prorsus est; que non rebus vllis, sed à vocum ambiguitate pendet; & quod queritur sumit. Id verò ut patefiat, quod ab aliena gestatur, impelliturque vi, non moueri amplius, sed gestari, impelliue, quomodo dici debet, dicatur. Esto igitur quod gestatur, impelliturque tantum, & id itidem, quod gestat, impellitue & gestatur, impelliturque; & colligere hinc liceat, id etiam oportere esse, quod gestat tantum; at nequaquam immotum id tantum, sed vel longè maximum, & quod mouentium, quorumquunque virès exuperet, vel longè velocissimum, & quod reliquorum omnium motus, atque ictus effugere queat. Quin, ut dictum est, quod queritur sumit. Quoniam enim mouere, & moueri in ijs etiam quæ natura, & à se ipsis mouentur, diuersa ponit; diuersum in ijs mouens à moto ponit, quod queritur nimirum, neque enim aliud hic inquiretur, nisi, num quæ à se ipsis moueri videntur, tota se ipsa moueant tota, an eorum pars quæpiam moueat tantum, reliquæ moueantur. Non solæ scilicet voces, si rerum naturam inspicere propositum est, audiendæ sunt, quarum ambiguitas, inopiaque; in multos nos errores iniecit; sed multo prius, multoque; amplius res ipsæ, ipsarumque; actiones, operationesque; & tales singulæ illæ ponendæ, quales hæc illas esse declarant. Illarum alias per se mobiles, immobiles alias, & has ab illis gestari interdum, impelliue, illarum contra motum ab his cohiberi interdum, retinerique; statuendum; quæ nimirum passim fieri videmus; immotum quod est alia impellere, aut se se mouendi facultatem alijs indere; efficiens

omnino

omnino motus causa, quæ hic inquiretur, minime esse vquam, quod scilicet nunquam cōspicuum est, nec fieri posse imaginari licet. Videtur hoc (inquit Aristoteles) in animalibus apertissime. At mihi quidem nihil æque obscurum: nec modò si ex anima, corporeque, ut è forma, & materia compositum sit animal; quæ vbi simul coeunt; ita vnum fiunt, ut vel Peripateticorum assensu nihil magis sit vnum. Et propterea in ex ipsis composito ne punctum quidem inuenire liceat, quod alterum sit tantum, aut non vtrumque simul. Ut operatio nulla prorsus solius formæ, quæ nimirum nusquam sola per se sit, sed compositi sint omnes. Sed nihilominus, si anima corpori insit, ut nauta nauis, quemadmodum inesse placere hic Aristoteli videtur, & placeat necesse est, separatum, distinctumque; mouens à moto oportere esse decernenti; quid enim humana quidem ratione minus comprehensibile est, quam graue sui natura, atque immobile corpus, ab incorporea, immotaque; anima ad tot, tantosque; agi motus? Ex certè, ut alibi vberius habebitur, singula Aristotelis hoc astruentis dicta difficultates excipiunt, quas euadere, atque explicare numquam valeat. Tum, ut exuperet eas omnes, eoque; modo corpus ab anima moueatur; nihil vsquam ipsa commota, quod Aristoteli moueri visum est. Quoniam non propterea ab ea mouetur, quod ipsa illud impellat, vel quod se se mouendi facultatem illi indat vllam, sed quod indiuiduū quid ipsa sentiente, cogitanteue, calor molestum quid contra frigus in corpore sit, & ab illo inexistens spiritus in amplius expanditur, neruique; extenduntur, ab hoc contra spiritus in se ipsum constringitur, & nerui contrahuntur; & corporis partes illius, & horum expansionem, contractionemque; sectantur; corpus vniuersum Aristoteli commouetur; si quidem partibus per vices expansis, contractisque; motus Aristoteli sit. Itaque; manifestè non ab anima, ipsiusque; natura, sed à spiritus, neruorumque; expansione, contractioneque; quin à calore, frigoreque; & nequaquam ab animæ substantia, sed à re factò, quam (ut in superioribus dictum est commentarijs) nusquam explicat Aristoteles, & quam longissime abest explicare ut queat. Nequaquam, quale iuxta eius positiones esse animal oporteat, è mouente, motaque; parte compositum, & ab illa hæc moueri videri potest. Ut si ab anima corpus moueri Peripatetici velint, quod illa affecta calor, frigusque; in corpore sit; à quibus partes extenduntur, contrahunturque; ex accidente omnino quodam, & valde eo remoto, & modo, quo simplicia corpora moueri Aristoteli placere non potest, corpus ab anima moueri fateantur necesse est. Propterea, ut rectè modus Aristoteli positus sit, quo ab immota anima corpus moueatur; quoniam eo simplicia corpora moueri non possunt, quæ scilicet non animalium ricu diuersis constant è partibus, & quarum singulæ diuerso assidue immutantur modo, maioresque, & minores fiunt; sed penitus sibi ipsis similia, & vnum, idemque; vniuersa, & stupida Aristoteli sunt: proindeque; nullo à sensu, nullaque; à cogitatione affici, immutarique; possunt; vtiq; alius effingendus erat modus, quo immobiles ipsorum partes (neque enim si se se mouendi facultate donatæ Aristoteli essent, ab alio moueade essent) ab vna, eaque; immota moueantur, & apertissime in demonstrandis. Nō si quidem adeo obscura, adeoque; sensui repugnans res, & è qua Divinè esse, eiusque; conditiones omnes hominibus manifestandas esse Aristoteli propositum erat, rationibus logicis, & inanibus, ut visum est, quin rationibus nullis declaranda, sed sensui exponenda erat; partem nimirum quampiam ijs inesse ostendendū ab alijs bene diuersam, beneque; distinctam; & cui vel nullum edenti motum reliquas commouendi facultas attribui posset indicandum. Nec verò, quin summa illum inquisierit Aristoteles diligentia, & propterea non positum, quod nullum vsquam inuenire, effingereque; poterit, ambigendum est quicquam. At vnde digressi sumus; redeamus; & num; quod Aristoteli, suisque; omnibus placet, propterea eadem quæ generationi, alterationique; motui itidem ad locum ratio congruat; quod extra proprium locum posita, imperfecta dum, & non actu, sed potestate sunt corpora; & perfecta, actuque; utiant, ad propria

pria deferenda sunt loca. Quare quod si non à motu natura, & quod mouentur, at veluti ex accidente quodam immutantur, perficiunturque, & actu fiunt, & propterea omnino à motu perfecta, actuque fiunt, quod ad propriam ab eo feruntur perfectionem; actum imperfectum, & talem, qualis generatio, alteratioque viua est esse motum, ponere liceat, intueamur.

MINVS ETIAM EANDEM, QVAE GENERATIONI, ALTERATIONI; motui ad locum congruere rationem; quod corpora singula ad sua loca, in quibus ex imperfectis perfecta fiunt, ab illo feratur. Cap. XXIII.



LOCUM inane spatium, & veluti non ens, & nulla prorsus agendi facultate donatum esse, atque enti nulli perfectionem indere, demerere posse, & nihil prorsus à se ipsis locos differre, sed vnum eundemque esse omnes, satis est superius declaratum. Itaque id modò declarandum est; cur adeo promptè ignis, igneque res ad superum locum efferuntur terra contra, & paulò corpulentiores res ad inferum deferuntur; si neuter nullum ipsis bonum præbet, malumue; & si id etiam satis ibi expositum videri possit: Non ignis, nec ens aliud vllum propterea locum mutat; quia is, è quo recedit, non atque ipsis naturæ, atque is, in quem fertur, proximus sit, cognatusque; sed quod à contiguis in illo entibus molestia quapiam, & quæ vitanda sit, afficiatur; vel qui ab entibus in hoc contentis, vel nihil dum ab ijs contactum foueri se sentiat; & ferrum illud, hoc flammæ, vaporesque, declarant. Propterea enim ad superpositum magnetem, tantæque effertur ferrum velocitate, quod huius calor ad illius calore sum moperere foueri se sentiens; proximiusque ab eo amplius foueri appetens (id, quod magno quopiam accensus appetitu animalium, etiam spiritus facere videtur) colligit se se; adeoque proprias intendit vires, ut onus, cui à nullo stimularis appetitu succumbit, promptissime ad magnetem efferat; & ne eius priuetur contactu in sublimi subsistet. Et flammæ, vaporesque, omnes idcirco sursum efferuntur, & non infero circumvolantur in loco, quod ab eius crassitie comprimere se sentiunt; nam compressionem extrinsecus tenuibus entibus molestissimam esse, & letalem satis est alibi dictum. Terraque, pauloque corpulentiora quæ sunt entia quæuis propterea deorsum delabuntur omnia, quod inexistens calor molis copiam, onerique impar detrahi se sinit; nam descensum omnem materiæ tribuendum esse satis est, ut existimo; in superioribus declaratum commentarijs. Tum, si (ut Aristoteli placet) corpora singula proprium (ortita sine locum, & ob hanc causam singula mouentur, ut in eo fiant, conualescantque, & propriam in eo adipiscantur perfectionem; stultum sit, cœlum, quod sempiternum commotum motu, nunquam ad proprium, ad quem tendit perueniat locum. Adhuc si illud fiat, & ad proprium delata entia locum, & proprium bonum, propriamque consequantur perfectionem, infelix Aristoteli sit cœlum, cui perpetuò imperfectus edendus est actus, & frustra prorsus, numquam cuius gratia cum editi sibi comparans bonum. Præterea, ut in iisdem expositum est libris, continentium corporum superficies locus Aristoteli assus cum sit, & cœlum penitus ab igne diuersum, & aer altera sui natura igni contrarius positus cum sit; quam vel igni cœlum, vel aeri ignis largiri queat perfectio nem, intelligi minimè potest; nec vquam, rebr, Aristoteles ostendat. Itaque, quoniam quæ à se ipsis mouentur entia, nec à motu, nec ab locorum natura, ad quæ à motu feruntur nihil prorsus immutari apparent vquam, patio nullo eadem que generationi, alterationi, motui etiam ad locum ratio congruit. Proindeque motum, veluti illas actum imperfectum, & passionem esse, & quæ à se ipsis mouentur, ab alio moueri perperam Aristoteli positum esse; & quæ à se ipsis mouentur sola à se ipsis

ipsis totis moueri, liquidò vndique patet. Proptereaque nihil Aristoteles, Aphrodisiusque; audiendi essent, substantiarum, à quibus cœlum mouetur, naturam, modumque, quo ab ijs mouetur, inquirentes, declarantesque; at quod illarum vnam DEVM Opt. Max. faciunt; & è cœli motu DEVM ipsius conditiones colligunt; rem scilicet inquirent, declarant longè aliarum omnium obscurissimam, longeque nobilissimam, audiantur; rationesque, quibus rem tantam explicant, inspiciantur omnes.

COELVM ANIMALIUM RITV EX ANIMA, CORPOREQ. VT è distinctis rebus constare; & ob alicuius appetitum moueri Peripateticis videtur: & perperam vtrumque. Cap. XXIII.



SI, inquit, cœli motus continuus est, & æternus; cœlum ipsum æternum sit oportet, & animatum insuper, æternum existens, optimumque, & motu delatum longe præstantissimo. Et id itaque sit, necesse est, cuius desiderio moueatur cœlum. Nam quæ per animam mouentur, ob impulsum omnia, & ob alicuius appetitum mouentur. Et non æternum modò oportet esse huiusmodi mouens, summeque simplex, atque actu æterni, continentisque; motus causam, sed immotum etiam iuxta rationem in physicis positam, & superius à nobis examinatam: quod eo existere, quod mouetur, & mouet, quale inerrans videtur cœlum, quod suppositum vagum, erransque; secum rapit, & commouetque, & eo quod mouetur quale errans apparet, vagumque; id etiam esse oportet, quod mouet tantum, & non moueatur: altero enim è componentibus quid se existente, & alterum per se existere oportet. Inde itaque non sui ipsius gratia, propriamque operandi operationem, sed ob impulsum, & ob alicuius appetitum moueri cœlum Peripatetici ratiocinantur; quod animatum cum sit, animalium ritu moueri oportet, ob alicuius videlicet desiderium, aut etiam odium, ob impulsum omnino, atque appetitum; animatum porro esse ex eius substantiæ, atque operationis præstantia, siquidem quæ animata sunt in animis nobiliora, & præstantiores operationes operari videntur. Num igitur cœlum ex anima, corporeque, ut è distinctis, separatisque rebus, veluti animalia constet, & num præterea, qualecumque existat ob externi alicuius appetitum moueatur, considerandum. Animalia, vel quæ ignobilissima sunt, entibus, quæ apud nos sunt, omnibus nobiliora esse; rectè id quidè: quippe quæ operationes operantur longè, quam alia, præstantiores; viuere nimirum sentire, mouerique. Et si ex anima ea constent, corporeque, ut è forma, & materia, proindeque vnum, atque idem sint, & operationes animalis totius, non solius sint animæ, haut perperam animatum videatur cœlum, forma videlicet, naturaque præditum, animæ substantiæ nihil dissimili, viuere & ipsum, mouerique conspectum. At quoniam, animalia ex anima, corporeque, ut è distinctis, separatisque rebus Aristoteli hic, suisque ponuntur, & motus ab anima sola fieri, eiusque vnus proprius esse: summe simile visum cœlum; & nunquam cessante delatum motu, nequaquam animatum ponendum illis fuit, sed substantiæ eiusdem esse vniuersum, cuius ipsa est animalium anima. Iam à nobis sæpè dictum est enti vni, nisi contrarias ei indas naturas, motus; motusque cessatio, atque immobilitas assignari minimè potest; sed quod mobile est, perpetuò moueatur necesse est. Non perpetuò igitur moueri animalia visa, non tota mobilia, sed è duplici substantia composita esse existimandum est, è mobili altera, & ex altera immobili, quæ propterea moueatur, quod ab inexistente alia deferatur. Id autem non perpetuò, nec diu fieri posse, quod quæ mobilis est, immobilis onere oppressa, defatigataque; vterius eam vectare minimè possit, & nusquam tamen, ut dictum est, immobilis facta ipsa, ut arteriarum, thoracisque; perennis motus manifestat. Quoniam igitur nunquam à motu cessat, vel defatigatur cœlum, non è duplici & ipsam substantia,

Alex.
12. me-
taphys.
com. 20

& ex

& ex immobili altera, veluti animalia compositum esse existimare conuenit; quæ si à mobili uoluerit, tãquam onus eam grauet, & eius motum vel sistat, vel variet saltem interdum; sed vniuersum ipsum mobile, & spiritus substantiæ quàm simillimum. Sui præterea natura, veluti animalium corpora; immobile si sit cœlum: modum, quo à separata, immotaque substantia, & ob ipsius appetitum moueatur, effingere Aristoteles nequeat profus. Nam quo animalium corpora ob huiusmodi animæ appetitum moueri declarat, præterquam quod (vt suo amplius declarabitur loco) longè est absurdissimum: cœlum eo moueri placere Aristoteli non potest. Esto enim ob animalium animæ externarum rerum appetitum, odiumque calor, frigusque in eorum corporibus excitari, & ab ijs simul agentibus nerui extendi, contrahique, & spiritus amplificari, & in angustius cogi, & ab ijs ita auctis, imminutisque corpus impelli, retrahique, proindeque & moueri Aristoteli possit: non certè & cœlum ob huiusmodi substantiæ appetitum moueri placere ei potest. Summè enim simplex, penitusque inalterabile cœlum cum sit, quos ædit motus, nequaquam inexistentis substantiæ appetitui, partiumque alterationi, quæ illum consequitur, sed propriæ ipsius naturæ necessariò attribuendi sunt omnes. Quaecumque tamen sit cœlum, minimè animantium ritu ob illius appetitum, odiumque moueri existimandum. Propterea enim animalia nõ perpetuò motus tantum edendi gratia, sed ob externi cuiuspiam appetitum mouentur interdum; quòd inter contraria genita cum sint entia, & assidue ab ijs offendantur, assidueque imminuantur, itaque & illa declinanda, repellendaque, & quibus reficiantur, comparanda, motuque vtrumque peragendum cum sit, multos vtique ob appetitum motus edant oportet. Minimè verò hoc accidit cælo: quòd à nullo oblati potest, & bonum omne in se ipso habet: cui, quòd declinare velit, propinquum nihil, nihilque; quòd appetere queat, remotum est: quòd igitur, si ob appetitum moueatur, stultum sit, id perpetuò cum sectetur, quòd assequi numquam videtur, & laborioso Peripateticis, molestoque motu, siquidem non naturali. Propterea enim alià à cæli natura efficientem, finalemque; cuius motus inquirunt causam; quòd motus non propria cæli operatio, nec à propria ipsius substantia manare videtur. Non igitur ob impulsus, nec ob alicuius externi appetitum; sed propterea moueri statuendum est, quòd motus propria ipsius operatio sit, quæ oblectatur, & seruatur cœlum. Illud forte dixerint, *D. I.* voluntate moueri cœlum, velle autem *D. V. M.* quandoquidè summe bonus, quòd boni præcipuum est munus, bona sua omnibus communicare, esse nimirum: id enim proprium *D. I.* bonum. Quoniam igitur esse omnibus communicare vult *D. V. M.*, & cæli motu id effundit, propterea moueri velle cœlum: ipsum autem libens moueri, quòd *D. I.* ipsius voluntatem intelligit, cuiusque bonitatis participes, & quoadlibet simile illi fieri appetat; nec vnquã à motu cessare, quòd ab amato moueatur incomprehensibili, & cuius bonitatem vniuersam adipisci numquam possit. Hæc, hisque similia si dixerint; nulli nõ credita, aut ignota, reor, dixerint. Quotus enim quisque est, qui non summam *D. I.* bonitatem intueatur, fateaturque? Etsi quis etiam quæcumque in terræ, cœlique medio constituantur aduertit, non ea omnia à cælo è terra educta fateatur? Quis tandem sanæ mentis homo, quæcumque velit, *D. V. M.* facere posse neget? At *D. I.* sapientiam, bonitatemque in reliquis contemplantus quiuis, illud etiam simul intueatur; posse quidem quæcumque velit facere *D. V. M.*; qui mundum vniuersum è nihilo condiderit; sed non eo illum pacto constituisse, vt entia ad proprias edendas operationes noua potentia operandi assidue indigeant; sed singula à *D. I.* ipso propria natura, propriasque operandi operationes facultate donata, iuxta propriam singula operari naturam; nunquã quidem à *D. I.* summò non dependentia; nec vnquam Conditoris ope non indigentia, at æque singula: quorum igitur nullum non à propria etiam natura, & non sui ipsius agat, opereturque gratia, in aliorum etiam commodum, bonumque agere, operarique conspiciunt.

Spèctum. Ea scilicet in singulis suis operibus Conditoris nostri industria elucet, sapientiaque; vt quòd necessariò factum est, consultò id, & melioris gratia factum, & partium singularum operatio ad aliarum omnium, & singularum etiam cõseruationem spectare revideri possit. Proindeque; singula animalium viscera, singulaque; partes proprium opus conficientes, & proprias edentes actiones, non se ipsas modo seruant, oblectantque; sed reliquas adiuant, & seruant etiam omnes, seruatque & ipse ab omnibus, nullis tantè non propriam edentibus operationem. Vt si quæ in cœli, terræque; sunt medio ab illius motu omnia constitui, seruarique; videantur; minimè tamen eorum gratia cœlum moueri existimandum sit; quin potius præcipuum *D. I.* opt. Max. sapientiæ indicium id sit; qui necessariò, & sui ipsius gratia motum cœlum eo ipsum deferri instituit modo, vt vel longè maximum, longèque; (vt dictum est) robustissimum, terram tamen longè minoram, longèque; debiliorem non exurat, & plurima ex ea educat, longèque pulcherrima; quorum gratia tamen nunquam moueatur cœlum, nisi necessarius, salutarisque, & longè etiam iucundissimus sit ipsi motus, & quo, vt propria oblectetur, serueturque operatione; vt alibi à veritate coactus, edoctusque ipse etiam affirmat Aristoteles.

Coelum, inquit, circulari mouetur motu; est enim ipsi bonum moueri, quam manere, magis; quoniam operari magis, quam non operari. Aeterno autem corpori conuenientissimus circularis motus, qui neque principium habet, neque finem. Rectè sanè. Non igitur alia inquirenda est motus causa, quæ præsertim finis habeat rationem. Nec aliud itaque appetens, nec alteri simile fieri studens, nec vllius consuetudine frui querens, sed ob id mouetur cœlum; quòd operari præstat propriam operationem, quæ, vt sæpè dictum est, salutaris est, longèque; iucundissima, non alienam; quæ laborem infert, molestiamque, & ad interitum denique; agit. Et alibi, moueri cœlum, inquit, quoniam proprium est ipsius opus: neque hoc tantum, sed esse etiam propter motum. Singula, inquit, quorum opus est, esse operis gratia. *D. I.* autem actio immortalitas. Quare necesse est, Diuino vitam existere sempiternam. Quoniam autem cœlum tale (diuinitus enim corpus) propterea habet circulare corpus, quòd natura circulo mouetur semper. Motus igitur Aristoteli cœli est opus, & propter motum insuper est cœlum: à propria igitur substantia, nec ob aliud omnino mouetur cœlum, sed propriæ operationis operandi gratia, quæ nullius externi opera, aut ope editur, & quæ finis est operandi entis omni, Tum alibi, Moueri, inquit, cœlum, quoniam bonum appetit; id autem motu consequi, & propterea diuersos orbes diuersis moueri motibus; non enim eisdem omnes bonum consequi posse: pluribus itaque quosdam, quosdam verò paucioribus, nullis omnino terram; quia scilicet bonum consequi non potest, exemplo demortui. Si propterea mouetur cœlum, quia bonum appetit, proprium nimirum; neque enim alienum appetat; & si motu illud consequitur; motus propria est cœli operatio, quæ, vt dictum est, singula proprium bonum consequuntur, summo opereque oblectantur. Terram porro nihil moueri, quòd demortui hominis ritu nullum ipsa motu consequi queat bonum, statuens Aristoteles, rerum omnium Conditorem *D. V. M.* quodammodo inertiam incusare, parum propriorum decretorum memorem, parum etiam diligens entium operationum, passionumque; spectator videri potest. Iners enim rerum conditor fuerit, si primorum corporum alteri proprium bonum non attribuerit, & id comparandi, seseque; cõseruandi facultatem nõ indiderit. Et duplicem ipse naturam, & alteram motus, immobilitatis alteram principium, & terram sui natura immobilem cum posuerit; nullamque profus cœlo similitudinem, cognitionemue sortitam; quin ipsius condiciones omnes cœli conditionibus penitus contrarias cum intueretur, poterat vtique intelligere; non propterea eam non moueri, quòd motu bonum consequi non posset; sed quòd à natura constituta sit, quæ immobilitate gaudet, & ab immobilitate seruatur, & à qua quòd appetit bonum habet esse, & à motu, ab operatione nimirum, quæ contraria est naturæ corrumpatur.

3. de cœlo. 17.

Ter. 64. 66.

Et entia, quæ mouetur, calida fieri oia intuito, proindeq; calorẽ a motu fieri enunciãti, nequaquã longẽ frigidissimum ens non ideo nõ moueri, quod demortui hominis ritu nullum a motu adipiscatur bonum, sed quod calorem is, contrariam, si inderet naturã, itaq; & corrumpet; & quod mansio propria est ipsius operatio; quæ & mäsione summo pere oblectatur, seruaturq; asserendũ erat. Incusandus planẽ est, qui cum coelũ natura circulari, æternõq; motu, & propterea moueri intuitus esset, quod motus propria est, naturalisq; ipsius operatio, & quod motu propriũ consequitur bonũ, veluti sui ipsius oblitus, singulis coelestibus orbibus proprias indit substantias, & penitus eas immobilis, penitusq; ab eorum natura diuersas; a quibus ad motum ijagantur.

DEVM OPT. MAX. VNI INCLVDENS ARISTOTELES ORBI,
mouendiq; tantũ munus ei attribuens, iners, ne dicam impium,
deprehenditur. Cap. XXV.

T VERÒ DEVM etiã ipsum vni includens orbi, eiusq; vnus circuoluendi modò munus, aliud nullũ, nullamq; aliam ipsi attribuens operationẽ, non incusandus, sed detestandus etiã videtur; qui nimirũ id statuẽs, rerum, quæ a coeli motu, & a calore ab eo factõ generantur, si quidẽ efficientem, at veluti ex accidente quodã causam DEVM ponit; & quatenus orbis ab eo comotus reliquos oẽs, & solis secum rapit orbẽ, at impotentem prorsus alio illas, quã quo fiunt modo, efficiẽdi, & veluti naturæ viribus imparẽ, earũ actionem nec retardandi, nec immutandi potentẽ, proindeq; quæ fiunt, velit, nolit DEVS, fieri oportere oia, decernat oportet, decernitque. Ad hæc rerũ humanarum oium prouidentiam Deo demit omnem. Res deniq; ponit, quas nõ perpetuus modò hoium omnium consensus, quẽ, vt dictum est, vanũ esse existimare non licet, sed aialia, reor, omnia, plantæq; & lapides etiã ipsi reijciãt, exhorreãtq; & quas, non sacre modò, sed prophane etiam, & populorum oium historis, & humane etiam rationes falsas esse manifestẽ declarant. Nulla adeo fera, barbaraq; gens fuit vnquam, quæ DEVM mundi gubernatorem nõ agnosceret; & quæ, quæ natura fiunt, eius nutu immutari posse, & immutata esse interdum, & hoium actiones a Deo dirigi posse, earũq; euentus in DEI esse potestate, & naturæ opera oia, omniaq; hominum facta a DEI voluntate pendere, nõ crederet, intuereturq; i quasq; ob res, & DEVM coleret, atq; veneraretur. Sacre certẽ historis solẽ Dei imperio immobilem factũ, & nihil ab interposita luna, neq; a nubibus obrectum, obscuratum, & mortuos vite restitutos fuisse, & alia multa ijs similia, aut paulo minora, quæ naturæ viribus impossibilia prorsus sunt, Dei nutu facta fuisse tradunt, & fieri assidue ipsi passim intuemur oculis. Hominum multos Dei iussu longẽ maximas, longeq; difficillimas aggressos fuisse res; & Dei ipsius cõsilio, atq; ope facillimẽ eas confecisse omnes: Populos omnes, at cum certẽ amplius, quẽ sibi ipsi elegerat Deus, dum ipsius præceptis paruit, supra reliquos omnes floruisse, mox ad impietatem prolapsos in summas incidisse miseras. Prophanis etiam in historis longẽ plurima euenisse intueri licet, summo pere rerũ naturæ repugnantia; & quæ non nisi entis imperio euenire queant, quod longẽ natura præstantius sit, quodq; naturæ ordinẽ, viresq; vt libet, immutare queat: & futura ea bona, malaq; prænunciãsse; vt quin tãdẽ pietatis præmia a Deo, tributa esse oibus. Impios contra Deo inuisos, & quò seriores, eò grauiores impietatis pœnas dedisse oẽs: quod nimirũ humana Deo curæ sunt, & vel ab ijs, quibus seie, modumq; quo colendus esset, non dum manifestarat, colisse, venerariq; perpetuò voluerit DEVS. Vilesceret (inquit Aristoteles) DEVS, si inferiora hæc intelligeret: præstat. n. quãdam non intelligere. Quin & perfectionem exterius a rebus sumere videatur DEVS, si quæ extra ipsum sunt intelligat. Rectẽ tanẽ, si quo Aristoteli placet modo, humana aia intelligat, modoq; eodem Deo etiã ipsi intelligendũ sit; si. f.

12. Met.
tit. 51.

si. f. propterea rerum formas, naturasq; intelligat humana aia, quod eas suscipit, eaq; ipsa sit; & propterea eas suscipiẽs, perficitur, quod nõ actu ex ipsa, sed aptitudo modo est ad formas suscipiendas. Quoniã verò (vt suo amplius declarabitur loco) quã longissimẽ abest, vt quo Aristoteli placet modo intellectio fiat, & multò etiã longius, vt, quo hoies, eodem & DEVS intelligat modo: adeo. n. diuersum ab hoie ens, adeoq; hoie minẽ præstantius, vtq; vel si easdẽ intelligat res, longẽ diuerso, longeq; præstantiore modo intelligat oportet: & rerum oium formas, resq; omniũ oẽs in DEI immensitate esse existimare eũ posset Aristoteles, eas vt intelligeret, nequaquã veluti hominibus, ipsi etiã DEO e rebus hauriẽde eẽ erant. Tũ si nullus prorsus hoium cœtus, nullus reliquorũ aialium grex, nullũ nostrorum entiu, cuius salus præstantiori cuipiã enti cõmissa nõ sit, diu seruari posset; sed & illa, & hæc oia mutuo sese destruunt, corrumpuntq; itaq; & aialia reliqua, & ipsi etiã hoies vel si singuli reliquis supereminere oibus summo pere appetunt, & alij subijci æquẽ ac sui ipsorũ exhorrent corruptionẽ: quod nisi ab vno oẽs gubernentur, & vnus oium dirigat actiones, cõmuniq; omnium prouideat salutem; se se mutuo perdant oẽs; qui corpora, & quibus mundus cõpositus est, & reliqua entia, & ipsa in primis aialia, quæ veluti e mutua corruptione effecta sunt, secum ipsi perpetuo decerent, seseq; mutuo assidue eum corrumpant, perpetuo tã seruentur, nisi oia a præstantissimo, potentissimoq; quopiã ente gubernentur. Quin vel si neq; in mudi, aialiumq; constructione, neq; in coeli motu, perpetuaq; & cõstanti rerũ generationis serie, DEVM esse, & mudi conditorẽ, gubernatoremq; intueri Aristoteli liceret; incusandus tñ, quod coeli circuolutionẽ, ignobilem nimirum operationẽ, & quæ coeli naturæ tribui poterat, & nõ coelo modò, sed sublunariũ multis, tributa Aristoteli & tribuenda oino erat, Deo opt. Max. assignarit. Præstabat, reor, ipsi ociosum eũ, quã coeli motorẽ facere; & vel si id munus DEO attribuendũ, & coelo DEVS indẽdus visus foret; non vni certẽ modò orbi, & reliquorũ singulis singule indẽde erant Aristoteli substantiẽ, & DEO eorum oẽs, eiusdemq; DEO naturæ, eademq; propemodum, quæ DEVS, donatẽ potentia; sed vnus ipse in vniverso locandus erat coelo, eiusq; vniverũ vni ipsi Aristoteli in primis demãdanda erat administratio; cui nimirum Principũ multitudo mala videtur. Substantias alias in coelo ponere visum si foret; nõ certẽ quæ DEO eorum essent, & quæ eandẽ operarentur operationẽ, nihilq; vt eã operaretur, DEI ope opus haberent, nec DEI oino arbitrio, sed singule iuxta proprium operantur ingenium, ponẽde erant. Tales etenim substantiẽ, quæ reliquos orbes mouet; Aristoteli posite, ijsq; donatẽ sunt viribus. Quin si vni prorsus orbi DEVS indẽdus visus foret, apertius fortẽ solis orbi inditus foret; cuius motui, cuiusq; viribus sublunariũ entium attributa Aristoteli est, & necessariò tribuenda est generatio, cõseruatioque. Nec verò nõ licuisse id, & supremo orbi DEVM indẽdũ esse dixerit quis; quod huius motum vt præstantioris entis reliqui scẽntur oẽs: neque. n. satis exploratũ videtur, propterea duplici solẽ moueri motu, ab Oriente altero Occidentẽ versus, altero verò ab Aquilone modò Meridiẽ versus, modò hinc illuc veluti retroferri, quod ille nõ pprius, plus est, sed supremi orbis, ijsq; & solẽ, & reliquos orbes secũ rapit; & sol inter ea in cõtrariũ, & quo dictum est modo, ab Aquilone modò Meridiẽ versus, modo verò hinc illuc veluti retrofertur; vt enim superius dictum est, qui fieri id queat, qui. f. orbis, aut ens aliud vllũ, vnũ quod sit, idemq; & non alio in ente, sed in seipso cõtineatur, in cõtrariã simul ferri queat, nulla intelligere licet ratione. Ac sol ab Oriente Occidentem versus proprio eũ moueatur motu, & vigintiquattuor horarum spatio & ipse cum circumuoluatur, si ipsius poli non perpetuò mundi polis æquidistẽt, non. f. perpetuò immobiles sint, quales fieri ipsorũ natura maximẽ auersatur, sed assidue modo ad æquinoctialẽ accedant, modò inde poli versus recedant, modum, quo vno eũ moueatur motu, & ab oriente perpetuò occidentẽ versus, altero itidem ab aquilone modò meridiẽ versus, modò a meridiẽ ad aquilone feratur, ipsi intucare oculis. At verò quoniã

12. Met.
tit. 51.
74.

P 2 non

non propterea tantum alias a propria natura incorporeas substantias singulis orbibus indendas Peripatetici decernunt, quod ut moueantur ijs opus sit, sed ut seruentur etiam, aeternique sint, & aeterno, certoque, & ordinato moueantur motu; neque enim corporeum, finitumque cum sit caelum, proprijs viribus aeterno seruari tempore, aeternoque, & adeo ordinato moueri queat motu. Age & id etiam examinetur.

PERPERAM ARISTOTELES AETERNVM VT SIT COELVM, aeternoque, & regulari moueatur motu, incorporeum, immutabileque, ens ei indit. Cap. XXVI.



COELVM, quod corporeum, finitumque sit, aeternum esse, & aeterno, certoque, & ordinato motu moueri non posse, Aristoteli visum fuisse mirari sane licet. Quoniam. n. quae corrumpuntur entia a contrario corruptiua, & caelo ens nullum prorsus contrarium esse, itaque penitus incorruptibile, penitusque inalterabile, & nunquam aegrotare, senescere nunquam Aristoteli videtur & natura circulari moueri motu, & proprium ab eo consequi bonum, & entia quauis nihil a propria operatione oblecti, corrumpiue, aut defatigari, quin summopere oblectari, maximèque in propria natura seruari, & vires etiam lumere, Aristoteles docet: superfluum ens caelo indit, a quo seruetur, & a quo aeternum, regularemque agatur ad motum. Ens. s. quod ea donatum est dispositione, in qua inexistens natura iuxta proprium operari queat ingenium, & cui nihil, ne operetur, obstat, & a nulla contraria oppugnetur natura, conditionibus nimirum donatum est, quibus superius caelum, quod terrae vires non attingunt, & inferior terra, ad quam solis vires non perueniunt, quantulaui consistet è mole, aeternum id sit, perpetuumque iuxta propriam naturam, eademque operetur ratione necesse est; nullius, ut seruetur, opereturque, aut dirigatur, ope opus habens vlla. Siquidem quae corrumpuntur entia, vel a contrarijs corrumpuntur naturis, vel etiam a propria, quae scilicet, quod in subiecto, cui inest, propriam operationem operari non potest, assidue id immutat, nec immutare cessat vniquam, quoad ea donet dispositione, in qua iuxta proprium operetur ingenium; vel etiam quod, ne operetur, ab alijs prohibetur entibus. Quoniam. n. propria operatione maxime seruari, summopereque oblectari videtur entia; vnique eam operari prohibita, molestia magna, & malo etiam affici, maximè est rationi congruum. Itaque, quod dictum est, perperam Aristoteles propterea caelestibus orbibus incorporeas substantias indendas esse decernit, quod corporei ij cum sint, finitique, nec seruari a se ipsis, nec quo ordine, & qua mouentur mensura, moueri queant. Nunc quod reliquum est, num, ut Aristoteli placet, mundus ingenitus, aeternusque sit, & rectè id è motus aeternitate, è generationum nimirum serie collectum ei sit, an, (quod sacrae, diuinae litterae testantur) a Deo Opt. Maximo, proindeque suo in tempore constructus sit, intueamur.

RATIONES, QVIBVS ARISTOTELES MVNDVM INGENITVM, aeternumque, fuisse astruit. Cap. XXVII.

S. phys. tex. 1. c. 1. seq.



RTVS, inquit, ne sit interdum motus, cum antea non esset, rursusue ita ne peribit, ut nihil moueatur, an nec ortus, nec periturus sit vniquam, & hoc immortale, ac quietem non habens, rebus insit quasi his omnibus, quae natura constant, vita sit quaedam? Omnes sane, qui de natura aliquid dicunt, motum esse inquirunt, tum quia mundum faciunt tum quia omnis de generatione, & interitu contemplatio eorum est, quae esse non possunt, nisi sit motus. Sed quot quot infinitos esse mundos aiunt, & ipsorum alios perire, alios fieri, ij sempiternum motum esse statuunt; quod generationes, interitumque eorum cum motu esse necesse sit. Quicumque, autem vnum, aut non sempiternum,

piternum, de motu quoque id ponunt, quod rationi est accommodatum. Hec igitur quoniam nam modo se habet, consideranda sunt: nam veritatem perspicere conducibile est non ad eam solum, quae de natura est contemplatione, sed ad eam quoque doctrinam, quae de principio est primo. Ex ijs autem ordiamur; quae antea in physicis a nobis sunt definita. Motum itaque rei mobilis, quatenus est mobilis actum esse affirmamus. Quamobrem res esse, quae vnoquoque motu possint moueri necesse esse. Atque, etiam praeter motus definitionem nemo necessarium esse non fatebitur id moueri, quod singulis motibus potest moueri, seu alterari id, quod est alterabile, ferri quod loco potest mutari. Quare necesse est, ut ante visibile sit, quam vratur, vrendi vim habeat, antequam vratur. Igitur & hoc necesse est, aut si non erant, facta esse; aut esse sempiterna. At vnumquodque quidem mobile, aut quod mouendi vim habet, si factum est, necesse est, si ante motum, qui sumptus est, aliam mutationem, motumque fuisse, quo illud est ortum, quod, aut moueri, aut mouere potest. At, si cum motus non esset, semper fuerunt; absurdum quidem etiam, si per se animaduertatur videtur. Magis etiam, si ulterius proficiscamur, euenire hoc necesse est; nam, si quaedam sunt, quae moueri, alia quae mouere possunt; aliquid quidem est quod primum mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit; oportet hoc mutari prius; erat enim aliquid causa quietis; quies enim priuatio motus est. Quare ante primam mutationem est mutatio prior.

PERPERAM ARISTOTELI IN ENTIVM, QVAE A SOLE GENERANTUR, generationis modo, num Mundus ingenitus, an a Deo factus sit, inquisitum, collectumque, fuisse & in illius constructione inquirendum id esse. Cap. XXVIII.



Siquidem entium, quae in mundo continentur, quippiam, cuius exortus penitus nos lateat, num ingenitum sit, aeternoque fuerit tempore, inquiratur, quoniam ens nullum prorsus, quod alio ex ente non generetur, & generationem omnino, quae prima sit, & quam generatio alia non precedat, nusquam fieri apparet; haud perperam tortè, vel si ex alio illud exortu visum non foret; ex alio tamen exortum esse, eiusque generationem non primam fuisse, sed ab alia, & ipsam pendere, & generationem, motumque omnem, proindeque & mundum sempiternum fuisse Aristoteli collectum foret. At quoniam num mundus ipse vniuersus ingenitus, sempiternusque, an quopiam & ipse factus sit in tempore inquiratur, perperam sane, & quod quaeritur lumere videtur: manifeste enim id agit, qui aliorum entium ritu ex alio ente generari cum oportere, eiusque generationem ex alia pendere generatione ponit. Num mundus vniuersus, nullum ens cum praexistere, constructus, an qualis est, sempiterno fuerit tempore quod inquirat, nequaquam ei in aliorum entium generationis modo, illius generationis mundus inquirendus est, sed in huius, illorumque constructione, & in solis omnino, qui nostrorum entium omnium opifex est, & in Mundi opificis viribus, agendi modo. Fortè enim adeo diuerso, adeoque praestantiore, diuinioreque modo, quam sol agit, agere hic, adeoque huius vires solis viribus robustiores appareant, ut mundum nullo è praexistente ente facienda facultate ei tribui posse existimare liceat. Ergo solis, & mundi vniuersi Conditoris (si eius constructio huiusmodi visa fuerit, ut necessario opifici cuius tribuenda visa fuerit) vires, agendi modo intueamur. Sol, quoniam non semper agit, sed agere interdum cessat, & dum agit, non iisdem assidue agit viribus, sed assidue eas intendit, remittitque pro ut quae constituenda sunt, rectè constituentur, intendendae sunt, remittendaeque, & quod quae ab eo constituuntur entia pulcherrime quidem, summaque arte omnia, animalia praesertim, plantaeque factae videntur, sponte sua, suoque arbitrio, & cognitione summa, summaque agere videtur ratione. Et iam proprias vires

intendēdi, remittendiq; impotens profus est sol, & easdē assidue in vniuersam effundit terrā; at in singulis eius partibus diuersē assidue fiunt, quōd in singulis magis, minusue directē fiunt, quōd scilicet ijs mouetur motibus, quibus ad singulas terrā partes in alio assidue, atq; alio fiat situ, ijsq; vt existimare licet, non sponte sua, nec proprio, sed praestantioris cuiuspiam entis mouetur arbitrio. Atque etiam non ideo proprias vires in terram effundit, vt alia eam in entia, sed vt in se ipsum eam agat vniuersam; itaque reliqua, quae ab eo fiunt, veluti ex accidente, quodā, & propterea omnino fiunt; quōd terram, & viribus, & dispositione quā longissimē ab eo distudentem non statim proprijs spoliat conditionibus, suisque donat omnibus, sed paulatim vtrunq; agit; proindeque longē eam plurimis immutat modis, in longēq; interea diuersissima agit entia. Quapropter, si cognitione agat, suoq; moueatur arbitrio, non alijs assidue atque alijs, sed iisdem tandiu directus, immincat terrā partibus, quoad penitus eas exuperet, in solemque agat. Praeterea, & quōd in repugnans agit ens; & nunquam penitus id exuperat, quin quae ab ipso constituta sunt assidue id oppugnat, & corrumpit tandem omnia; itaque nunquam, quod agere intendit, peragit sol, vtique nec cognitione, nec proprio agere, mouerique arbitrio, nec exuperantibus praeditis viribus videri potest. Mundi contra opifex, si, quōd dictum est, ipsius constructio opifici cuiuspiam necessario attribuenda esse vult, sit, quin sponte sua, suoque agens arbitrio, & immensa quadam sapientia, immensaque potentia quod proposuerat confecerit opus, nulli ambigendum. Longē itaque ipsa sole diuersus, longeque praestantior, quin solis ipsius rector, opifex, & huiusmodi ei insunt vires, quibus mundum nullo alio ex ente constituere potuerit. Age itaque, vel alibi mundi constitutionem intuiti, hic eisdem, & amplius, quā alibi factum est, inspiciamus. In ea enim, num veluti casu quopiam, an quopiam ab opifice, & longē eo sapientissimo, longēque potentissimo, & ipso omnino a Deo mundus constructus sit, illud intuebimur.

MUNDVM A DEO OPT. MAXIMO, ET NON AB AETerno,
sed suo in tempore creatum esse. Cap. XXIX.



MUNDVM non veluti casu quodam, sed ab opifice, & longē eo sapientissimo, longēque potentissimo, & longē optimo, ipso nimirum a Deo constructum fuisse, cumque non coelum modo, terramque; e quibus mundus consistere videtur, sed entia profus omnia, maria, aquas, reliquas, lapides, metalla, sulfurea, bituminosa, plantarum, animaliumque genera omnia, & humanum, in primis, qualia fiunt, fieri, conseruarique voluisse, nulli quidem, qui caeli, terraeque vires, magnitudinemque, & illius constructionem, motusque paulo diligentius attendat, dubium obsecrum esse potest. Quis enim eadem mole, & summē contrarijs a naturis, & quarum vtraque assidue, incessanterque in alterius se se effundat sedem, ex ea vt contrariam praesistentem deturbet, eaque ipsa occupet, & perpetuo alteram oppugnet altera, coelum, terramque constitutam esse, & terram caeli in medio positam, nullamque praeter illo magnitudinem fortitam esse, & ab illius viribus immutari, & in entia quae dicta sunt, agi, eaque assidue corrumpi, nihil tamen terrae mole imminui, vnamquam, nec vnquam entia, eorumque generationem deficere intuens, auctorem non fateatur? Hoc inde accidit, quod coelum non vniforme factum est, nec ijs vniuersum, quibus terram exuperet donatum est viribus; sed & quae terram ambit, & longē maxima ipsius portio tenuitate summa, proindeque & perexili donata est calore, & quae terrae natura nullo rejiciat negotio: partes, quae paulo collectiores factae sunt, proindeque & copiosiore, & eo omnino donatae sunt calore, qui terrae vires exuperet, stellas nimirum, longissimē a terra dimotae omnes: at quae minus absunt, non eam fortitae

tae sunt magnitudinem, quae terrae molem valde excedat, idcirco & amplioribus, quam terra est, donatae sunt viribus: & luna, quae citima est, longē terra minor; eaque donata est dispositione; in qua solis quidem lux copiosior, itaque & nobis conspicua fiat; at non certē & in quavis colligi potuerit calor, qui proprias vires, propriamque ad terram vsque emittat spem: reliquae immensum quid a terra amotae sunt; vt & harum; & illarum calor frigus quidem, quod assidue a terra effunditur, reprimere; imminuereque, minimē verō quod ipsi insidet; ex ipsa deturbare queat. Sol, cui ea magnitudo, eaque caloris quantitas, isque tributus est locus, vt a terra, cui praesertim directus imminet, propriam naturam, propriasque conditiones deturbet omnes, penitusque eam corrumpat, in solemque agat, supremam quidem eius superficiem assidue diuersa agit in entia; nec eam tamē imminuit quicquam; nec multo profundiorē immutat portionem quid; quando quidem continenter, longeque rapidissimo; & vario insuper delatus motu, terris nullis profus diu directus imminens; & veluti per vices sese occultans omnibus, omnibus sese rescindi, vapores scilicet in quos entia tandem soluantur omnia, omnia in aquas cogendi spatium praebet; quibus, vt alibi dictum est, in terram illapsis, quae ei a sole dempta est, restituitur moles. Quis itidem, vel si in mediam terrae zonam directam, vel directē proximam, proindeque & maximē robustam, qualis facta aquas, fluoresque alios quosuis, e quibus reliqua fiunt entia in tenuissimos soluat vapores; in extremas verō maximē obliquas, proindeque & languidissimas, & quae nihil terrae vires exuperet, perpetuo sol emittat lucem; aequē tamen in omnibus & animalia, & entia reliqua, quae praesertim ad illorum conseruationem necessaria sunt; enasci, seruarique intuens, proptereaque vtrumque fieri intelligens, quod, vt superius dictum est, breui in illam directam praesertim, in hanc contra diuertam; & vel dum latet proximum in aerem emittit lucē consilio conuicta esse producta neget? Quis insuper animalium, plantarumque omnium femina, & supremam hanc terrae superficiem ita paratam, concinnatamque animaduertens, vt ab vteri illa, incubantisque foeminae, quin a quosuis, at blando, & hanc a solis calore suscipiam, liquatamque in tot, adeoque a se ipsis differentes solui fluores, & qui a se ipsis seiuuncti certa singuli consuant in loca, tum tenuioribus sui partibus spoliati certas concreuant in res, & summopere singulas a reliquis omnibus, & dispositione, & specie, & forma differentes, at eadem perpetuo ratione omnes, itaque quae ex ipsis animalia, plantaeque fiunt, & harum foetus eadem perpetuo constituuntur ratione, & cum animalia ipsa, singulaeque ipsorum partes, tum & plantae, earumque femina alijs ab animalibus assumpta, in eorumque corporibus concocta, in singulas eorum agantur partes; quis singulis animalium generibus eas partes, ac ita locatas, & eas tributas esse facultates intuens, quibus, & quomodo locatis commodissime viuunt, seruenturque, quae superfluae sint, grauesque nullas profus, quin, vt alibi amplius expositum est, prouisum, factumque esse, vt quae in singulis, iuxta rerum e quibus fiunt naturam mala fieri oportebat, incommodaque in magna singulorum bona versa sint, commodaque, eas nimirum soli, terraeque datas esse vires, eaque illum ab hac locatum esse distantia, eaque illius actionem moderatam esse ratione, eumque singulis animalium visceribus calorem inditum, vt & terra ipsa, & quae ex ea enascuntur, a solis illa, haec ab animalium calore, tot, talesque in fluores fundi possent, fundere turque, vt vbi quae iam constituenda esset res, materia ad eam constituendam praesto adesset, quis inquam, quae dicta sunt, & inferiorem hanc terrae contiguam caeli portionem, & mare, si nullis ageretur motibus, nunquam scilicet si iuxta propriam operetur naturam, corruptum iri tandem intelligens, & illam a praepotentibus terrae viribus veluti torpidam factam, praeterea & (vt in superioribus dictum est commentarijs) a montibus, intra quorum vertices continetur, ne superioris caeli ritu circumuoluetur, hoc verō ne aliarum aquarum ritu defluat, vel alio commoueatur motu a loci,

ci, in quo positum est profunditate, & à nimia prohibitum crassitie; & commouendum omnino vtrunque, si seruandum à vaporibus vtrunque suppositis in aquis, suppositisq; in terris ingentis, & necessariò ex vtriusque elapsuris, assidue exagitari, feruatiq; intrens, nisi non impius modò; ferusque, sed amens profusus sit, non temere, casusque quodam, sed ab opifice, vt dictum est, mundum constructum fuisse non intelligat? Cuius sapientiam, potentiamque nunquam satis admirari, venerarique, nec bonitatem colere liceat; qui quidem auctor quæ sunt entia, fieri voluerit omnia. Quare non ab æterno mundum fuisse decernendum. Qui enim quod nullum haberit in istum ab vilo id factum sit opifice? Nec verò, quia ratio nos latet, cur bonum ens mundum cum sit, non ab æterno DEVS ipsum construxerit, propterea ab æterno mundum fuisse, proindeq; eius opificium DEO tribuendum non esse existimandum est. Non siquidem DEI consilia omnia perferuari nobis licet. Et mundum ab opifice quodam, & ipso à DEO constructum esse non sacra modò diuinæ literæ, sed humanæ etiam nos cum edoceant rationes; vel si DEI consilium voluntasq; quæ illius constructionem, in id vsque, in quo illum fecit, distulit tempus, nos lateat, non propterea (quod Aristoteles facit) ingenitum vel (quod Platoni placet) à DEO quidem, at ab æterno constructum fuisse opinandum est: illud enim impij, parumq; mundi constructionem, cœliq; motus considerantis; hoc, qui fieri queat, nulla intelligere licet ratione. Sed sacrosanctæ Ecclesiæ vox audienda est, quæ quòd ibi DEI filiù, cuius morte seruati sumus, in terras demissum fuisse enunciat, cum beata venit plenitudo temporis; reliquaq;, quæ à DEO facta sunt omnia, & ipsum in primis Mundum suo tempore constructum fuisse declarat. Minus etiam, quòd nec moles, è qua constitutus erat mundus, nec nature agentes, quæ moli indendæ erant præexisterent, propterea non à DEO illum effectum, sed æternum fuisse putandum erat, DEI enim sapientiam, potentiamque in illius constructione intuitis, vereri non conuenit, quin & naturas, è quibus emergendus esset, creare possent omnes.



BERNARDINI

BERNARDINI TELESII CONSENTINI

DE RERVM NATVRA IVXTA

PROPRIA PRINCIPIA

LIBER QVINTVS.

ANIMALIVM, PLANTARVM QVE CONSTITVTIONEM
indagandam esse. Cap. I.



RIMA mundi corpora, & quæ reliqua constituunt entia, cœlû esse, & Terram, & à summo illud, integroq; calore, à summo hanc, integroq; frigore constitutam, & quæ in illorum medio sunt, à naturis ipsedè effecta esse, at passis, imminutisque, satis (vt existimamus) in superioribus expositum est commentarijs. Superesse modò videtur, vt entium singulorum constitutionem seorsum indagemus. Neq; enim vniuersali eius cognitione contentos esse oportet. Nec tamen omnium, sed plantarum modò, atque animalium, rerum scilicet longè nobilissimarum, & quæ magis latent. Non siquidem, vt entia reliqua, è terra à sole, sed è proprijs seminibus, & à seipsis generantur. Et nec, vt alia, vnum agere, nec vnum sentire, patiue, nec operari videntur vnum; vt eorum, nec generatio, nec ingenium facile inspicitur. Tum maris, aquarumque, & eorum, quæ in sublimi fiunt, iridisq;, & colorum exortus, in proprijs est explicatus commentarijs. Metallorum, lapidumque, & reliquorum, si quæ alia supersunt, quin in superioribus manifestatus sit, parum omnino deesse videri potest; & aliàs, si ceptis fauerit DEVS, manifestabitur magis. Plantarum porro, atq; animalium constitutio vt innotescat, res, è quibus constant, innotescant prius oportet; non corporis, inquam, partes, quæ & ipsæ bene inspectæ magnum ad inquisitionem afferant adiumentû; sed multò prius; multòque amplius, qualis, quæ omnium consensu vtriusque in est, anima sit. Num scilicet plantarum, animaliumque corporis forma, itaque quas animal operatur operationes, animalis totius sint omnes, animæ solius nullæ prorsus; quæ nimirum per se nulla sit vsquam, sed corpori vt propriæ materie immersa sit vniuersa, vnumque illi facta (formatum aliarum ritu, quarum nulla seorsum à subiecto, aut operari quid, aut esse potest) quæcûq; operatur simul cum illo operatur omnia: an potius substantia per se existens, & corpori vt proprio tegumento, proprioque inexistenti organo, quæcûq; operatur animal, ipsa ea operetur omnia, corpore vniuerso, singulisque eius partibus vt organis vsa. Is nimirum sit spiritus, qui è semine educi, rebusque è semine constitutis albis scilicet, esanguibusque, vnis exceptis ossibus, ossibusq; similibus rebus, reliquis inexsistit omnibus, & qui solus in animali sentire, & cum corpus vniuersum, tum singulas eius partes commouere, & vniuersum omnino animal gubernare, operationes videlicet operari, quæ, vel omnium consensu, maximè propriæ animæ sunt, videtur; & suo apertissimè declarabitur loco. Id certè rectè inspectum nò animalium modò constitutionem, sed animæ fortè ipsius substantiam manifestet.

ALIAM

ALIAM A SPIRITU E SEMINE EDUCTO HOMINIBUS SUB-
stantiam inesse ipso a Deo creatam, & singulis infusam. Cap. II.



A illud præfari liceat, quod si spiritus è semine, vt dictum est, edu-
ctus rebus è semine confectis inexistens reliquis in animalibus ani-
me substantia visus sit, nequaquam tamen propterea & in homi-
nibus, vel frijs ille inesse, eaq; quæ in animalibus operatur, eodẽ-
que operari visus sit modo, humanæ etiã animæ substantiam illum
esse, & per se quæ homo operatur operari omnia, existimandum
est. Siquidem aliam homini inesse substantiam, & penitus eam
diuinã, & ab ipso immissam Creatore non sacræ rãtum, diuinãq;

litteræ nos docent, sed humanis etiã intelligere licet rationibus. Quadam nimirũ
seorsum à reliquis animalibus operari, parique, & appetere homines videntur, quæ
sublimiori omnino substantiæ, quam qualis spiritus è semine eductus videri potest,
assignanda sunt. Non scilicet animalium reliquorum ritu, in earum rerum sensu, co-
gnitioneq; ac fruitione, è quibus nutritur, seruatq; & voluptate afficitur, ac quie-
scere homo videtur; sed aliarum quarumuis, vel earum, quæ nullo ipsi vsui esse,
quin quæ nullo profus comprehendendi possunt sensu, & diuinorum etiã entium, Deiq;
ipsius substantiam, operationesq; summa inquirat cum anxietate; quin in horum con-
templatione intenta, beataq; rerum reliquarum cognitionem, vel quæ seipsam ser-
uandi, oblectandi; modum afferat, facultatemq;, & ipsas etiã res, quarum ope ser-
uari, oblectariq; queat, & corporis etiã, cui indita est, salutem negligit, contem-
ptuiq; habet; similitum nimirum entium, quorum summo tenetur desiderio, intuitu,
contuendineq;, qua potest ratione frui appetens, querensque. Non quidem si ani-
ma modò inexistat, qualis reliquorũ est animalium, & è semine omnino educta, qua-
litẽcunq; ea foret, sed animalium reliquorum more, reum quæ ad conseruationem
sui ipsius, commodumq;, & voluptatem spectat, sensu, & cognitione contenta, nihil
reliquorum intellectionem appetat, nec vel in earum inquisitione laboreat, vel cog-
nitione oblectetur, vt quæ ad nullum ipsius pertineat bonum. Tum præter aliorum om-
nium morem, quæ vbi à presentibus bonis satis seruari, oblectariq; possunt, ijs exsa-
turantur, nihilque aliud prospiciunt, appetuntque, nunquam in presentibus bonis,
quãta, qualiaqueuis ea sint acquiescens anima humana; sed quæ vel bonis oibus af-
fluens beatissima videri potest, anxia semper, semperq; remotis, futurisq; prospiciens,
appetensq;, nequaquam è semine educta, nec mortalis certè videri potest; quæ nimi-
rum nihil post corporis dissolutionem, & à corpore sciundata seruari, vel sperare, vel
præfagire cum possit, haudquaquam libens sui ipsius corruptioni prospiciat, appe-
tatque. Propterea scilicet nunquam in presentibus, neque in ijs planè bonis, quibus
presentem degenens vitam, potiri, fruique potest, acquiescit homo, sed veluti remotũ
appetens, querensq; bonum, & aliam, longèq; beatiorẽ præfagens vitam, remo-
tis, futurisq; assidue prospicit, appetitq; quod substantiæ inest verè D_{ei} ipsius opus,
& quæ sui ipsius opinem, parentemq; D_{ei} v_{ni}ũ, vt supremum, propriumq; ipsius bo-
num anxie appetit, queritque, & illius orbatã intuitu rebus alijs nullis adeo deliniri
potest, vt vel illius obliuione capiatur, vel desiderio non teneatur. Præuos præterea
homines vel in summa rerum copia, summaq; positos fortunã, non odio modò ha-
bens, sed despiciens etiã, longèq; eos infelicissimos iudicans humana anima; pro-
bos contra non amans modò, colensque, & venerans, sed beatos etiã statuens, ma-
nifestè aliam a spiritu è semine educto substantiam homini indit; & verè eam diuinã,
Deiq; ipsius opus, & D_{ei} ipsius similem; quæ vbi non amplius D_{ei} ipsius operatur
operationes, vt corruptam eam, inq; aliam actam naturã, & luget, & miseretur, auctu-
raturque. Non siquidem naturale, vniuersaleq; hominum iudicium falsum, vanumq;
existi-

existimare licet. Fortè etiã iniquus nonnullis Deus videri queat, si vna cum corpo-
re ipsa itidem dissoluatur, intereatque anima, & non aliam post hanc viuat vitam, vt
pote qui prauissimos sape homines summis affluere bonis, optimos contra malis, mi-
serijsque obrui omnibus, & pessimis etiã, deterrimisque subdi, subijciq;, & di-
uexandos præberi sultia eat. Hæc, & alia (vt dictum est) non penitus stupido, penitusq;
ferino homini seorsum à reliquis animalibus substantiam homini inesse penitus diu-
inã, & ab ipso demissam D_{eo} declarare possunt.

ANIMAM A DEO IN SINGVLOS HOMINES IMMISSAM SPL-
ritus è semine educti, & corporis vniuersi formam, & incorpoream,
immortalemque esse. Cap. III.



Nec verò, si propriæ hominum operationes, passionesque, & appeti-
tiones substantiam hominibus inesse, declarant longè quàm quæ re-
liquorum est animalium diuiniorẽ, & quæ verè D_{ei} ipsius opus
sit; si spiritus è semine eductus animæ substantia reliquis in animali-
bus visus sit, quin & hominibus is insit, & multò quidem præstior,
at nõ dissimili certè ingenio, nec dissimilibus præditus facultatibus,
ambigere licet. Iisdem enim è rebus, & homines, & animalia itidem reliqua constitu-
ta, & iisdem se se nutriendi, sui que similia generandi, cum facultatibus, tum etiã
organis donata, & iisdem, aut bene similibus, proximisq; rebus nutrir, & per simile
semen conficere, eodemque modo, & voluptate eadem, & similem emittere in locũ,
similiterq; eo emisso languere, & eadem ex illo in vtiq; conficeres, neruosum ni-
mirum, membranofumq; genus vniuersum, idq; solum, & modo eodem, eademq;
in omnibus sentire, moueriq; ratione intuemur. Et non prius omnino humanum in
corpus diuinã substantiam immitti, quam efformatum, perfectumque, & sentiendi,
se seq; mouendi facultate donatum id sit, & nequaquam ab illa substantiam, quæ
sentit, motusq; edit corrumpi, vel ipsius facultates imminui, quin perfici magis, præ-
stantioresque fieri omnes, sacræ nos diuinæ litteræ cum doceant: vtiq; si reliquis in
animalibus spiritus sentire, motusq; edere, operationes nimirum quæ animæ sunt
operari visus sit, in hominibus itidem à spiritu eas ædi existimandum est. Quoniam
verò duas homini indere animas à se ipsi sciundatas, separatasq;, non sacræ modò di-
uinæ litteræ, sed humana etiã ratio prohibet; & substantiam à D_{eo} immissam, &
quæ D_{ei} est opus, nec reliquarum corporis partium, nec ipsius etiã spiritus por-
tionem quampiam fieri existimare licet, longè ab ijs omnibus diuersam, penitusque
incorpoream, & quæ (vt visum est) ad operationes spiritum agit, quæ ipsius naturæ
minimè congruunt: vtiq; corporis ipsam vniuersi, & spiritus præcipue formam fieri
necesse est. At longè tamen diuerso, longèq; nobiliore modo, quàm natura agẽtes,
partium, quæ constituunt, formæ sunt. Hæ enim, quia per se subsistendi, & existendi
per se profus impotentes sunt, & vt subsistant, existantque, materia opus habent, &
contrariò ingenio, contrarijsq; donatæ viribus, sibi ipsi eõre non sultinent, sed se
ipsas mutuò vndiq; deturbant, proindeq; & interimunt; vbi earum quæpiam quippiã
subit ens, si præinexistentem naturam robore exuperat, eam ex illo, eiusq; facultates
deturbat, & in non ens agit omnes, & se ipsam illi, propriaq; vires, & proprias indit
conditiones; quod subit omnino corrumpit, & aliud ex eo constituit ens. Itaq; formæ
reliquæ, rerum, quarum sunt formæ, casum sectantur omnes; ipsis scilicet fiunt cum
rebus, & corrumpuntur cum ipsis. At substantia à D_{eo} immissa, quod, vt subsistat,
nulla profus materia opus habet, nihilq; profus à materia pender, & naturarũ cor-
pori præinexistentium nulli profus contraria, sed longè ab omnibus diuersissima cum
sit, proindeque nullo ab illis malo affici cum possit, nihil illæ amolende ipsi sunt; &
corrupto

corrupto corpore nihil ipsa corrumpitur. Itaque quoniam efformato iam, perfectoque corpori inditur, recte Theologorum optimis corporis formam quidem, at praeexistentibus formis super additam visam esse, existimare licet. Quamobrem ubi nos Aristotelem animam corpori ut propriam formam indentem damnauimus, damnabimusque; nequaquam illum propterea damnauimus, damnabimusue unquam, quod animam a Deo creatam, quam penitus illi ignota fuisse forte suspicari licet, hominis formam fecerit; sed propterea damnandum, reijciendumque esse existimamus; quod animam, quae est semine educa est, & quae sentit modo, motusque; aedit, & spiritui veluti cognata est, corporis formam facit. Nam nos animam a Deo creatam corpori quidem uniuerso, at spiritui praecipue ut propriam formam, inditam esse existimamus, asseueramusque; & propterea omnino, ut formam aliarum rerum, quae materialium, quibus induntur, viribus reiectis, exuperatisque; propriarum eas actionum, operationumque; potentes faciunt) animam itidem a Deo creatam spiritui inditam, unumque ei factam, praeuam cum, Deoque; inuisas appetentem operationes reprimeret, reijceretque. Quoniam enim quae homo sentit, & quae appetit, & operationes, quas iuxta sensum, appetitumque; operatur, nulla alia corporis pars, sed vnus spiritus sentit, appetitque; & operatur; operationesque; interdum is operatur adeo Deo exofas, ut animam ab ipso creatam morte eas puniat; nisi propriorum operum osorem, iniquumque Deum esse existimare velimus; necessarium animam ab ipso creatam corpori quidem uniuerso, at spiritui praecipue inditam esse, & facultatem illi praeuam hunc ab operationibus repellendi, & ad probas, Deoque; gratas impellendi tributam, & impositam etiam esse arbitrandum est: proindeque ubi id non operatur, iure a Deo puniri; quae, si impositum munus obire cum posset, obire neglexerit. Nec vero in ijs modo, quae dicta sunt, ubi animam corporis formam facientem Aristotelem damnamus, nequaquam de anima a Deo creatam, sed de ea, quae est semine educitur, dicta nobis esse, sed perpetuo ubi animam corporis formam non esse contendimus, non de anima a Deo creatam, quae corporis quidem uniuersi, at spiritus praecipue forma visa est, positaque; sed de ea, quae est semine educa est, dicta esse, declaramus, profiteamurque. At age, quod propositum est, num spiritus animalibus insit, & num inexistens operationes, passionisque, quae omnium consensu animae sunt, solus ipse eas operetur, patiaturque omnes, intueamur.

QUOMODO ANIMA E SEMINE EDUCTA CORPORI INSIT,
manifestum ut fiat, corporis speciem, & animalis actiones, passionisque,
& operationes inspiciendas esse. Cap. IIII.



ANIMAL num ex anima est semine educa, corporeque, ut est forma, materiaque, an ut est distinctis, separatisque; rebus compositum; nisi propria corporis uniuersi natura, an quaequam eius pars, quae quidem corpori uniuerso insit, at per se ea existat reliqua a corpore sciuntia, anima illa sit, ut innotescat; animal ipsum, eiusque; passionis, sensusque; & operationes inspiciendae sunt omnes: & si quidem specie eadem, & iisdem uniuersum viribus, facultatibusque; conatum appareat; vel (quod caelo euenire videtur) id modo a se ipso differat, quod quaedam eius partes reliquis paulo densiores, laxioresue sunt; eadem itaque in omnibus speciebus, eademque in omnibus vires, at paulo in alijs robustiores, languidioresue; ex dicta anima, corporeque, ut est forma, & materia, & vnus omnino ens esse animal, eiusque; formam animam esse statuendum est: minime vero, si diuersis est rebus compositum id appareat; & quae cum specie, tum vero, & agendi, & patiendi, & quae passae sunt sentiendi, operandi; viribus, facultatibusque; a se ipsis differant. Quoniam enim id sunt entia, quod inexistens forma, naturaque; & cum illorum omnium

omnium species, tum vero & actiones, & passionis, & earum perceptiones, operationesque, vel si proprijs ea materijs ita immersa sint, vnus ut ijs facta videri possint, inexistens formarum sunt omnes: utique quod forma vna, vnaque donatum est natura, vel si dicto a se ipso differat modo; eadem prorsus uniuersum specie, iisdemque & agendi, & patiendi, & quae patitur sentiendi, tum & operandi facultatibus praeditum sit, summum est necessarium. Itaque (quod dictum est) si animalis corpus est partibus compositum sit, quae & specie, & dictis facultatibus omnibus bene a se ipsis differant; nequaquam vnus id ens, & cuius uniuersi vna sit forma, naturaque vna, sed entia tot sibi ipsis colligata, vnitaque esse, quot eius sint partes, quae specie a reliquis, dictisque differant facultatibus, statuendum necessarium erit; singulisque propriae formae, propriaeque dandae erunt naturae, veluti & entibus summum a se ipsis dissidentibus, terrae, aquae, caeloque ipsi, vinculis quibusdam sibi ipsis colligatis, vel vasi cupiam inditis, sibi que ipsi immixtis. Age itaque animalis partes, earumque; actiones, & passionis, sensusque, & operationes intueamur.

ANIMAL NON VNVM, IDEMQVE ENS ESSE, SED E REBUS
multis compositum, nec est manifestus modo, sed est spiritu iudem neruoso in genere contento: & illarum singulas a reliquis omnibus agendi, patiendique, & operandi facultatibus, tum & dispositione, specieque; differre.

Cap. V.



ANIMAL non, ut lapides, metallaque, simile ens apparet, sed est plurimum, longaque a se ipsis dissidentibus compositum rebus; nec vero ex ijs modo, quae manifeste sunt, est carnosum nimirum, neruosoque, & osseo genere, quae quidem bene a se ipsis singulae, & multo a reliquis amplius diuersae, at bene omnes crassa, corpulentaeque sunt, sed ex alia itidem substantia, quae quod pertenuis, neruosoque inclusa est generi, sensum omnem laet. Nam huiusmodi dicto generi, cerebro scilicet, spinali medulla, neruis, arterijs, venis, ventriculo, intestinis, vesicisque, & viscerum tunicis, vnus omnino exceptis ossibus, ijsque similibus rebus, reliquis, quae albae, exanguisque sunt, substantiam inesse, cerebris, ventriculi, & spinali medulla, neruorumque, qui, quod videndi facultatem oculis inferunt, visorij dicuntur, conspicuae cauitates manifeste declarant. Non scilicet, nisi substantia quaequam in ijs continenda sit, tot, tantaque in cerebro cauitates, tantus in spinali medulla meatus factus sit: nec nisi per visorios dictos neruos dicta substantia est ventriculos in oculos, & ex his in illos iter dandum sit, concaui a natura constructi sint; quae neque temere quicquam facit vnquam; & vacuum, atque inane summopere exhorret, summopereque aduersatur. Nec si non pertenuis substantia, spiritus nimirum, sed humor quispiam illis insit, nusquam is spectetur; sed & intercepto animali, & cerebro, neruisque incisis, statim inuisibilis fiat: vel (quod fieri sentimus) in nostra sit potestate maiores, minoresue oculos facere, & nihil etiam operantibus nobis, bono rerum successu longè illi grandiores, longaque splendiores; minores contra, obscurioresque malo quopiam ingruente hant; & altero oculorum oculo intumescat alter. Nam si quidem humores, quo animae collibitum est, confluant; non certè nullo illo temporis momento, & ex oculorum altero in alterum conuolent. Nec quod non & reliquis in neruosi generis partibus cauitates conspiciantur, quin reliquis omnibus ea insint, & in reliquis omnibus spiritus inhabitet, dubiaudum est. Quando enim manifeste a cerebro, spinalique

nalique medulla nerui emanant omnes; & ipsæ omnes tunicis, eademque donati sunt substantia, id modò ab his alijs differentes, quòd progressu duriores facti sunt; quòd spinali etiam euenit medulla, quæ scilicet quò longius à cerebro progreditur, eò durecit magis; molles verò qui dicuntur, & visorij cerebrum videri possunt in longius productum: utique easdem omnibus cavitates inesse, eandemque in omnibus substantiam contineri, existimandum prorsus est. At non in reliquis, sed in cerebro tantum, spinalique medulla, & in visorij conspicuas eas esse iudicandum; quia nequaquam, quòd in cerebro, spinalique medulla, & in visorij idem, & reliquis in neruis operandum spiritui est opus: & (vt in eo itidem declaratum est commentario, in quo animal vniuersum ab vniua animæ substantia gubernari expositum est) quòd in illis operandum est, multò operetur commodius; si (quòd factum videtur) in illorum singulis vna modò, beneque ca ampla, & bene corpulenta in re facta sit cavitatis; in his contra, si in longè plurimis, longèque minutissimis, at ita sibi ipsis vnitis, agglutinatisque neruulis, vnus vt omnes videri queant, compositi sint; & in singulis (vt dictum est) angustissimi, & qui visum penitus lateant, facti sint pori. Nam vel huiusmodi ne bene latum spiritui præbeant iter, nihil verendum est. Quoniam scilicet neruis reliquis propterea inditus est spiritus, vt quæ partes, quibus affixi sunt, & nerui etiam ipsi ab externarum rerum viribus patiuntur, eadem ipsis inexistentibus patiatur, percipiatque spiritus; tum ipsos vt neruos, circumpositasque ipsi partes, velibet, commoueat, fluctatque: utique angustissimo subtilissimæ rei indendus fuit poro; in quo scilicet nullum nactus locum, in quo solus ipse, & seorsum à neruo, cui inexistit, moueri queat, quocumque mouetur motu, eodem & rem, cui inditus est, commoueat, & secum eam perpetuò, nulloque trahat labore; & quæuis eam externarum rerum actio penitus subeat, itaque ipsum immutet spiritum; quòd factum videlicet est, minutissimi nerui angustissimo indendus fuit poro. At, quòd tantulus spiritus tantam membrorum molem sustinere, vectareque minimè queat (quòd factum itidem videtur) nemuli longè plurimi inter se colligandi, & vnus, benèque crassus è minutis multis componendus fuit. Nam si verè vnus sit, eiusque in medio vnus modò, at benè amplus, & qui multum caperet spiritum, factus sit meatus; si quidem is paulo crassiore, densioreque factus sit in re, & quam externarum rerum vires ægrè subeant; prius quam spiritus ex innotescant, circumpositas mollissimas carnes grauius affligant; si in minuta, laxaue, haudquaquam, (quòd partes secum vt attrahant, præstent nerui oportet) illarum duritiei, ponderique renitentur, sed vtrique cedant; itaque & in fluctantur; minimèque quòd propositum est, secum illas trahant. In cerebro contra, spinalique medulla, & visorij in neruis bene amplæ, benèque ab externarum rerum viribus defensæ, obiectæque, quales nimirum factæ sunt, faciendæ fuere cavitates; quæ scilicet non propterea factæ sunt, vt ipsi inexistentibus spiritus circumpositas res commoueat, fluctatue; nec vt quæ externarum rerum à viribus patiuntur, ipse eadem patiatur, sentiatque; sed (quòd sequens amplius manifestabit sermo) cerebri quidem ventriculi, vt in ijs residens princeps spiritus portio, portionum reliquarum passiones, necessitatesque percipiat; tum & modum inquirat, quo illis sit occurrendum; qui scilicet singulis edendi sunt motus, intelligat, decernatque; munera nimirum obeat, quæ recte vt obire queat, spiritus multus sit, & in benè ampla, benèque munita sede resideat, oportet; in qua videlicet nihil externarum rerum à viribus exagitetur, turbetur. Spinalis verò medullæ, visorijque meatus tales facti sunt, non vt vllum in ijs operetur opus; sed per illam quidem in neruos (qui longè plurimi ex ipsa enascuntur) per hos in oculos iter vt faciat; quòd utique multò commodius, multòque iucundius per amplam, patentemque, faciat viam. Itaque vel si nullæ reliquis in neruis conspiciuntur cavitates, non propterea nullum ipsi spiritum inesse suspicari licet; minus etiam vereri, ne longè angustissimi pori, & qui vel viuo in animali visum penitus

nitus lateant, non bene latum spiritui præbeant iter. At & seminis, è quo manifestè (vt alibi amplius declarabitur) confectum est neruosum genus, natura, speciesque, eius portionibus quibusuis huiusmodi substantiam inesse, manifestè declarat. Quoniam enim multus sanguini inest spiritus; itaque è veris elapsus fumum emittit; & haud multò post in grumum, in nigricantem scilicet, stabilemque coit rem; tenuitate nimirum elapsa, qua inexistente puniceus erat, fluidusque, crassior fit, nigriorque; & vel omnium consensu, vel sensus ipsius testimonio, amplius is feminarijs in venis, testibusque concoctus seminis naturam assumit, speciemque; pro dulci scilicet, rubroque, & fluido, amarus, acereus, & albus fit, viscosusque; & propterea omnino, quòd vniuersa eius moles copiosiore donatur calore; & dum tenuior eius portio in spiritum, vel in rem bene spiritui proximam agitur, crassior interea viscosa fit, glisceraque, & è qua nullus elabenti illi pateat exitus: utique quin semini multò quam sanguini copiosior inest spiritus, non est dubitandum. Nam amarum, acereus amplius, & mordicantem saporem (qualis semini inesse videtur) robustioris caloris, quam dulcis est, actionem, & albedinem caloris molem exuperantis, & tenuitati præcipuè insidentis speciem esse; si non satis dum declaratum est, suo apertissime declarabitur loco. Et Antiquorum certe nullus spiritum semini inesse ambigere videtur; quin illum ei ad vnum induant omnes; ipseque in primis Aristoteles. Inest (inquit) in omnium semine, quòd calor vocatur: id autem non ignis, non talis aliqua facultas; sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore continetur. Semini porro inesse conspectus spiritus, quin rebus ex illo confectis, quæ molles dum remansere, inest omnibus, ambigere itidem non licet. Etenim cum bene fluidum, liquidumque, & bene viscosum exiit semen; dum amplius in vtero concoquitur, & qui semini inesse visus est, amplius absoluitur, coerceaturque, & multus præterea alius in eo spiritus ingeneretur, in eoque retineatur, necesse est. Siquidem humidioribus eius partibus è viscosis exemptis, & in spiritum actis, coeunt hæ sibi ipsis; & pro viscosis lentæ fiunt, crassæque, externæ præsertim: itaque inexistenti tenuitati internæ præsertim nullus amplius patet egressus. Et antiquorum nullis materiale modò principium, sed quibus non vtrunque, & materiale scilicet, & agens, animaleque, hoc cerè à masculino semine ad fetus constitutionem apportari visum est, & spiritus id esse: qui igitur in rebus è semine confectis remaneat omnibus necesse est, elabi (vt dictum est) ex ijs impotens; & qui commodiori rei indi non possit. Itaque (quòd dictum est) animal non vnum ens, sed è plurimis, longèque à se ipsis dissidentibus rebus veluti vinculis quibusdam sibi ipsis colligatis compositum est: nec è manifestis modò, sed è spiritu itidem; qui; quòd neruoso (vt dictum est) inexistit generi, & summa donatus est tenuitate; nusquam conspicius fit. Ipsas porro res, agendi, patiendique, & operandi viribus, tum & dispositione, specieque à se ipsis differre, si declaremus; superfluo sanè id agamus. Quis enim propria singulas, internas præsertim, opera conficere, & quibus aliæ à rerum naturis summo perè immutantur, patiunturque, & voluptate summa, summaue afficiuntur molestia, nullam alijs passionem, nullumque fieri sensum, & perpetuò alias moueri, motuque oblectari, immobiles alias sui natura esse, & ab alijs vectandas esse, quis itidem singulas propriam dispositionem, propriamque fortitas esse speciem, non intuetur.

ANIMAM E SEMINE EDUCTAM, NEC VNAM VNIVERSI ANI-
malis corporis, nec verò diuersas illius portiones diuersarum huius
partium formas esse. Cap. VI.



PARTIEVS, quæ, & specie, & agendi, & patiendi, propriasq; pas-
siones percipiendi, tum & operandi facultatibus adeò à seipsis dif-
ferant, compositum animalis corpus cum sit: quàm longissimè om-
nibus quidem abesse existimandum est, vnum vt ens poni possit, &
forma vna, vnaque donatum natura. At multò certè Aristoteli lon-
gius: cui nimirum; quòd non quæuis anima corpori cuius, sed sin-
gulæ benè apto, benèque ad proprias operationes ædendas accommodato inden-
dæ, & formarum omnium maximè vna, maximèque simplex anima videtur; corpo-
ri itidem summè simplici, summèque similari indenda tuit. Nec verò (quod Peri-
patericorum nonnulli faciunt) non huiusmodi corpori indendam dicant; quòd di-
uersis prædita facultatibus, & diuersarum potens operationum, & quas nequa-
quàm per se, & similari indita rei ædere queat; ad quas omninò ædendas diuerso-
rum organorum opus habeat ope; corpori è diuersis rebus composito, & quarum
singulæ ad certas functiones organi vicem animæ præbeant, indenda fuerit. Neque
enim cur organico (vt aiunt) corpori indita sit, sed num vna ipsa, simplexque cum
sit vniuersa, diuersis rebus, & singulis vt proprijs materijs indi potuerit, modò in-
quiritur: & nisi fieri id posse demonstrent; quantumuis multis, diuersisque orga-
nis opus habere animam, & animalium corpus organis multis distinctum osten-
dant; nequaquam tamen propterea ijs vt propriæ materiæ illam inherere, decla-
ratum videri potest. Cur enim alia ab organis anima cum sit, ijs inherere nequeat?
Minus etiam (quod alij faciunt) vnã quidem, & eiusdem vniuersam substantiæ
animam ponant; & quæ, si vni, eidemque indatur rei, vnã, eandemque speciem,
& vires, facultatesque vniuersæ easdem secum inferat: at diuersis rebus, diuersisque
indita subiectis, diuersa ipsa fiat; diuersaq; specie, & diuersis donetur viribus; viliua
nimirum in oculis, irascibilis in corde, appetitoria in iecinore fiat. Non enim corpo-
ris formam amplius, sed veluti communem quandam materiam animam ponant;
quæ à diuersis corporis partibus, & speciem, & agendi, patiendiq;, & sentiendi, tum
& operandi diuersas assumat vires: itaq; rem ponant, quæ omnium maximè, & Ari-
stoteli ipsi, & rerum amplius naturæ repugnet. Materia (inquit Aristoteles) actu hoc
aliquid non est, sed potentia; forma illà perficit, & ad entia omnia, quæ potentia est,
agit: & manifestè entia passim immutari, & alia specie, alijsque donari viribus viden-
tur, præinexistente natura ex eis deturbata, & alia ea subeunte, occupanteque. At ne-
que animam veluti in partes diuidant; & è substantijs multis (quod Aristoteli factum
videtur interdum) eam componant; diuersisq; corporis partibus diuersas animæ par-
tes vt proprias indant formas. Quorundam (ille inquit) corporis partium quædam
animæ partes esse sunt, & perfectio. Propterea enim dictum id homini suspicari
licet; quòd vna, eademq; anima, & vna omninò, simplexq; corporis vniuersi forma
si sit, cur in diuersis corporis partibus diuersæ ædatur operationes, diuersiq; perci-
piantur passiones, & in diuersis animæ affectibus diuersæ corporis partes afficiantur,
causam reddere desperauit. At summè id proprijs eius positionibus contrarium, sum-
mèq; aduersum, & summè etiam ab eo reiectum esse, & vnã prorsus, eiusdemq; ani-
mam vniuersam substantiæ esse suo satis explicabitur loco. Minus etiam (quod alibi, &
cum sensus, tum vero animalium motionis ratione explicanti Aristoteli placere vide-
tur) vni corporis parti & cordi omninò vt propriam formam indant animam; & propte-
rea corporis itidè vniuersi, vel si difformè id sit, formam poni posse contendant; quòd
partis sit forma, quæ vitæ partibus reliquis suggerat omnibus; & cui oēs, veluti centro
lineæ

lineæ annexæ sunt. Nam ipsum etiam cor nequaquam simile, & quòd vna, simpliciq;
à natura constitutum, & cui vna modò, simplexque natura inesse videri queat, vel
Aristoteli ipsi videtur: non diuersis modò sui partibus diuersa donatum specie; sed
neruis, arterijs, venis, fibrisque, rebus nimirum, quæ cum à se ipsis singulæ, tum verò
à cordis substantia summo opere differunt, intertextum; quin earum omnium prin-
cipium Aristoteli visum, positumque. Tum, nisi quæ sentit, appetitque, & motu edit
substantia, ipsa nimirum anima singulis insit corporis partibus; sed propterea sin-
gulas sentiendi, appetendique, & se se commouendi facultatem obtinere ponatur;
quòd ab anima vni cordi inharenti ea donetur: longè ægerimè modus pateat,
quò huiusmodi facultates partibus singulis affidè cor subministret. Qui enim ab
Aristotele inuentus est, non longè modò est obscurissimus; sed (vt suo amplius osten-
detur loco) absurdus insuper, ridiculusque, & in quo ne ipsum quidem Aristotelem
æquiuissè, existimare liceat. Itaque quoniam (quò dictum est) nec vna, sim-
plexque anima è semine educa corporis vniuersi, nec diuersæ illius portiones di-
uersarum huius partium forme videri possunt: vtique res per se existens necessa-
riò dicenda anima ponenda est.

NUM ANIMA SUPERIVS DICTA CORPORIS FORMA SIT,
exquisitius, & quibus inspiciendum sit in rebus. Cap. VII.



AT tanti res momenti non adeò è longinquo est prospicienda,
vniuersaliq; ratione, & quæ dictam animam corporis quidem,
eiusque partium formam non esse declarat, at quæ nam sic nihil
manifestet: sed proximè omninò inspicienda, proprijsque ex-
plicanda est rationibus; & quibus, si quidem partis nullius for-
ma est, & per se existit, quæ animalis pars an una illa sit, mani-
festum fiat: ex nimirum animalium cognitiones, operatio-
nesque intuentur sunt; in quibus ab inanimis ea differunt; &
quibus corpus, vbi anima illa spoliatur, spoliari videtur; sensus nimirum, motusq;.
Nec verò (quò factum videtur) vniuersali quodam modò, sed vtique singulis
in animalis partibus, in quibus fieri videtur, penitus inspiciendus est. Præterea
& ex animalis passionibus, in quibus, vel prorsus, vel tantisper sensu, motuque cor-
pus destitutum videtur; quædam nimirum mortis genera, animæque deliquia, & som-
nus postremò, & immutationes, quæ certis in dictæ animæ perturbationibus certis
in corporis partibus sunt. Num scilicet sensus, motusque singuli partium, in qui-
bus sunt, naturis attribui possint: ea nimirum natura, eaque partes donatæ sint
dispositione; vt quos ædere videntur motus, proprijs eos viribus ædere, & à re-
bus, quæ in ipsis sentiuntur, pati ipsas, immutarique posse, intelligere liceat.
Quoniam enim quæ rerum vires nihil in nos agunt, nihilque nos immutant, qua-
lesuis ea sint, nullum sui sensum nobis faciunt; sed ex modò nobis percipiuntur,
à quibus patimur, & à quibus immutamur; itaque antiquioribus omnibus, & ipsi
in primis Aristoteli sensus quibus per alterationem, & passionem quandam fieri vi-
detur; vtique vel ipsius testimonio, num rerum, quæ singulis in partibus sentiun-
tur, sensus ipsis assignandus sit partibus inquirentibus, num à rebus, quas partes sin-
gulæ sentire videntur, partes ipsæ pati apte sint, inspiciendum omninò est. Præterea,
& num huiusmodi partium passiones, immutationesque voluptate, quæ ex affi-
ciuntur, afficere eas queant; videndum. Adhuc, num singularum immutatio, eiusque
sensus vni omnibus, & nullo temporis momento communicari possit? Nam (vt dictum est)
id etiam fieri sentimus; nec (vt Aristoteli placet) si non vna, eademq; anima pars om-
nia sentiat, at certè modò ipsius partes certa quædam percipiant; eorum, quæ sentiun-
tur.

tur, discrimina in notescere, dijudicariq; queant. Postremò, num vbi interit animal (quod, si anima corporis forma sit, euenire necessariò oporteat) corpus vniuersū, vel principes saltem eius partes, & quibus demptis viuere animal nequeat, simul corrumpantur: & num in animæ deliquijs, somnoq; corpus vniuersum, singulasq; eius partes veluti sensu, motuq; sic propria itidem forma, propriaq; desitui natura existimare liceat, quàm diligentissimè inspiciendum est. Et si quidem partes singulæ ab ijs, quæ sentiuntur pati, immutariq; & voluptate, qua dum patitur, immutanturq; afficiuntur, ipsas ea affici, & partium singularum passiones, immutationesq; vni omnes communicari posse, & anima à corpore separata vniuersum id, vel principes saltè eius partes corrumpi, & in animæ deliquijs è reliquis corporis partibus propriam substantiam recedere, & (quod fieri oporteat, & fieri existimandum est) in illarum vnam consurre omnem visum sit; aut videri queat: vtiq; corporis vniuersi vnam, eandemq; animam è semine educatā, vel diuersas huius portiones, diuersarum illius partium formas ponere liceat: minimè verò, si eorum quæ dicta sunt, vel vnum non ita fiat, itaq; eueniat. Qui enim, si quibus in partibus sensus sit, motusq;, non ipsis partibus, ipsarumq; naturis attribui possit, si scilicet à rebus, quæ in singulis sentiuntur, pati eas, immutarique, vel si quas patiuntur passiones iucundas ipsis eas esse, vel si quos singulæ edere videntur motus, proprijs ipsæ eos viribus edendi potentes esse, motuq; oblectari, vel si quæ in singulis fiunt immutationes, in intermedijs omnibus, & in principe illa, cui partium singularum passiones, sensusq; communicandi sunt, & communicari videntur omnes, nullo illo temporis momento, quo communicari videntur, fieri posse existimare non liceat; vel qui, si nò perpetuò vbi interit animal, corpus vniuersum, nec verò insignes quæpiam eius partes corruptæ, ac ne immutatæ quidem sint; aut qui, si quæ in certis animæ perturbationibus certis in corporis partibus immutationes fiunt, nihil earum forma, naturaq; turbata, passaq; fiant, animam illam corporis vniuersi, vel eius partium formam ponere liceat? Age itaque, & partium in quibus sensus, motusq; sit, & rerum, quæ in singulis sentiuntur, naturam, viresq;, & motuum genera, quæ singulis eduntur in partibus, tum & voluptatem, molestiamque, qua singulis in sensibus, singulisq; in motibus, cum in partibus, in quibus sensus, motusque sit, tum & in principe illa anima afficitur, intueamur.

QVAE, ET QVIBVS, CVM IN EXTERNIS, TVM ET INTERNIS
corporis partibus animal sentit. Cap. VIII.



ANIMAL externa in corporis superficie vniuersa, & externis in partibus caloris, frigorisq; vires, nec summas modò robustasq;, sed bene eas imminutas, languidasq; sentit: at vnas modò ente in quouis reliquis in partibus omnibus; in lingua verò duplices, & contrarias interdum simul, diuersasque. Entibus namque, quæ apud nos sunt, & quibus propriæ naturæ non summa insunt, non propriæ modò insunt vires, sed alix, beneque interdum proprijs contrarijs, diuersæque, ab ambiente singulis indita, & longè plerunq;, quàm propriæ sunt, robustiores. Vel languentes, enim; at assidue à nouis superaccedentibus fortè, auctèq; ambientis vires, vel multò robustiores proprijs entium naturas retundunt, exuperantque; penè & agendi uiresuunt; itaq; earū actio reliquas corporis partes latet, solumq; manifesta sit linguæ. Nam saporis quousuis non aliud esse, nisi proprijs ciborum naturæ, proprijs scilicet ciborum caloris actionem, suo aperitissimè declaratum est loco. At vniuersa (vt dictum est) externa in corporis superficie, vniuersisq; externis in partibus, & lingua in vniuersa dictas percipiens vires, gracilliore certè, mollioreque in illa, & in extrema hac multò eas percipit exquisitius: inter.

internis verò in partibus, per nares quidem aeris, vaporumq; vires, actionesq; (id enim manifestè odores sunt) in oculis autem lucem, nec vigentem modò, puramq;, sed imminutam, sedatamq;, colores nimirum: nam lucem proprium esse visus obiectum, & colores lucem esse imminutam, sedatamque, suo illud aperitissimè loco, & in proprio hoc manifestatum est cōmentario: per aures verò aeris impulsus, motusq;, & longè eos languidissimos, & qui quamuis aliam corporis partem lateant profus. Nam sonos, quos audimus, non aliud esse nisi externi aeris motus animæ tandem cō communicatos, dubitare non licet: siquidem quæ motum edere videntur res, non aliud agere videri possunt, nisi aerem violenter explodere, impellereue. Itaq; antiquiores ad vnum omnes sonum aere commoto fieri, & sonum omnino aeris motum esse consentiunt. Et non à naribus odores, nec ab oculorum tunicis, vel etià humoribus lucem, nec ab auribus ipsis sonos, à præduris nimirum, & quæ vel grauiter ab exuperantibus agentium naturarum viribus oblesc, afflicteq; nullum propriæ passionis sensum animæ præbent, languidissimas tenuissimarum rerū actiones, impulsusq;, sed ab alia in existente substantia percipi, & suo aperitissimè demonstratum est loco; & inde manifestè intelligere licet, quòd naribus, auribusq; abscessis, minus quidem, at satis tamen, & odores sentiuntur, & soni; si quid præsertim illarum loco apponas, quod narium, auriumq; vicem præstet: & quòd quantumuis naribus, auribusq; occlusis, si os rebus sonum emittentibus apponas, veluti copiosioris sentitur. Itaque externis in partibus caloris, frigorisque vires, in internis verò per nares aeris, vaporumque, per oculos autem lucis affectiones, & lucem ipsam, per aures aeris motus, impulsusque animal sentit.

PASSIONIS, IMMVTATIONISQVE, QVAE SINGVLIS IN PARTIBUS à sensiliū viribus sit, sensum, dilationis, constrictioisq; sensum esse; & ab vtraque moderata dum est, blandaq;, propterea voluptate animam è semine educatam affici, quòd in vtraque ad motum agitur. Cap. IX.



SENSILIUM porro actiones non perpetuò propterea iucundas, molestasue esse, quòd partium, quibus anima è semine educatā inexistit, & animæ illius etiam naturā loueant, oblectantue, sed quòd, & partes, & ipsam etià ijs in existentem animam dilatant, constringuntq;, & moderatè dum id agunt, blandèque, voluptate summa, summa contra molestia vbi immoderatè, vehementerque illam ab ijs affici, quæ singulis in partibus à rerum, quæ in ipsis sentiuntur, viribus immutationes, passionesq; fiunt, & voluptates, molestiasq;, quæ eas consequuntur, manifestè declarant. Quoniam enim calidarum, frigidarumq; rerum contactus diuersis quidem in corporis partibus, at simul in omnibus factus; iucundissimus est, gratissimusque; & vel nullis alienis à viribus linguæ occupata, & qui dilatant, funduntq;, & qui constringunt, constipantque cibi, vel si frigidi illi, & hi seu calidi, seu frigidi assumantur, itaque & hi, & illi nullam propriarum, sed contrariarum, diuersarumq; virium vtriq; sensum, & dispositionem linguæ indant, moderatis modò, blandisq; agant viribus, quæ illarum opus videri minimè queat, mirifica animam linguæ in existentem afficiunt voluptate; & qui inspiratur aer nullum profus caloris, frigorisue sensum cum faciat, non voluptate modò summa, summaq; illam afficit molestia, sed veluti eam viuificat, prosternitque, & exitio tandem dat, & crassus omnino qui est perpetuò serè id agere videtur: lux etiam ipsa nihil oculum, eiq; in existentem animam cum calefaciat, at dilatat modò, diffundatque, dum moderatè id agit summopere illam oblectat, exhilaratque: at quæ vehementer, molesta est, grauisque, & tenebræ nullo illam cum efficiant.

tiant frigore, at contrahant modò; si non dolorifica, noxiaque, at tristes certè sunt, odiosaque: postremò & soni, moderati qui sunt, & sibi ipsis congruentes, consoniq; longè iucundissimi, longè contra molestissimi cum sint, qui immoderati, & sibi ipsis veluti discordes sunt: & qualesuis facti quibusuis animal cum comoueant motibus: liquidò utique patet, nò perpetuò in rerum sensu voluptate illius generis animam affici, quòd illarum vires partes, in quibus is fit, vel quæ ijs inexistunt animæ portiones foueant, propriæue restituant naturæ: sed quòd partes ipsas, proindeq; & ipsis inexistentes dictæ animæ portiones dilatant, constringuntue. Qui enim, nisi ipsa met dilatetur, constringaturue anima illa, partium dilatationem, constringentemue percipiat? & ab earum utraque, moderata dum est, voluptate, molestia contra ab immoderata facta afficiatur? At verò, quòd earum neutra, nec vlla prorsus immutatio enti, quòd nihil ab alienis immutatum sit viribus, per se iucunda esse potest: utique quippiam aliud, quòd dilatationem, constringentemq; segetur, vel à quo utraq; fiat, & motus omninò voluptatis, quæ à rerum, quas sentit, naturis, anima illa afficitur, opifex sit, proindeq; & motu ipsa oblectetur, oportet. Neq; enim aliud, & manifestè is utraq; segetur; quin utriusque veluti opifex est. Et à sonis, ab externis nimirum aëris impulsibus, motibusque, quæ illos percipit substantia impelli tantum, commoueri, aliud nihil prorsus pati cum possit; & substantia, quæ sonos, eadè (vt dictum est) sensillum reliquorum omnium actiones percipiat oportet: utiq; substantiam, quæ in animalis sentit, propterea à rebus, quas sentit, voluptate affici, quòd ad motu ab ijs agatur, & commoueatur omninò; omnibus quidem, at Aristoteli certè in primis decernendum est: qui nimirum voluptatem, vel operationem ipsam, vel operationis veluti affecta esse, & substantiæ vni vnam modò attribuentiam esse operatione decernit.

SENTIENTEM ANIMAM, NEC SENSORIORVM, NEC VISCE-
rum, nec neruosi generis naturam, sed spiritum omninò esse neruoso
generi inexistentem. Cap. X.



QUONIAM igitur quæ in animali sentit substantia, propterea rerum vires sentit, quòd dilatatur ab ijs, constringiturque; & dum ita leniter alterum sit, vt commotionis modò, quæ dilatationem, constringentemque necessariò consequitur, non & harum itidem sensus animæ fiat, voluptate summa afficitur; summa contra molestia, vbi vehementer dilatatur, at multò certè maiore, vbi constringitur; & propterea rerum, quas diuersis in corporis partibus, diuersis scilicet sui ipsius sentit portionibus, differentias dignoscit omnes; quòd quæ in singulis immutationes, motusque sunt, vni, eidemque communicantur omnes; & summo opere motu gaudet, luceque: utiq; quæ in animali sentit substantia corporea quidem, at longè tenuissima, sibiq; ipsi continua, & ab vna omninò sui ipsius portione reliquæ deriuent omnes, & sui natura mobilis, lucidaq; sit, oportet. Qui enim, nisi corporea sit, à caloris, frigorisq; viribus patitur, immuteturque, & dilatetur omninò, constringaturque? aut qui, nisi longè tenuissima sit, adeò nullo temporis momento à languidissimis rerum viribus dilatetur, constringaturque; & quæ in ipsius puncto quouis immutatio, motusq; sit, in vniuersa fiat; & constricta tanta afficiatur molestia? aut qui, nisi sibi ipsi continua sit, & nisi quæ singulis corporis partibus ipsius insunt portiones, à communi quodam principio deriuent omnes, quæ in singulis immutationes, motusque sunt, nullo illo temporis, quo sunt, momento intermedijs omnibus, & communi cuiuspiam communicentur principio? aut qui, nisi sui natura mobilis sit, lucidaq;, adeò motu oblectetur, luceatq;? Substantiam, quæ in animali sentit, huiusmodi esse

di esse cum oporteat: utique, nec reliquarum corporis partium, nec earu, quæ, quòd in ipsis præcipuè sensus fieri videtur, sensoria dicta sunt, nec reliquorum viscerum, vel cordis ipsius, vel ipsius etiam neruosi generis (in quo vno sensillum omnium actiones percipi videntur) naturam esse existimare licet. Nam vt cutis, quæ corpus contigit, & linguæ portionem ab appositarum rerum viribus dilatari, constringique, & comotionem, quæ dilatationem (vt dictum est) constringentemq; consequitur, iucundam in existenti naturæ esse, existimare liceat; non certè nullo illo temporis momento, quo dilatari, constringiq; videtur, dilatetur, constringaturue. Minus etiam illius immutationem, motumq; cuti vniuersæ, vniuersæque linguæ, & communi insuper principio, proindeq; & intermedijs partibus omnibus nullo itidem temporis momento communicari existimare licet. Minus etiam cerebrum (nam non in naribus, auribusque, sed ipso in cerebro odores, sonosque percipi, & manifestè sentimus, & satis est, vt videtur, superius declaratum) bene nimirum crassum, corpulentumq; ens, & quòd quouis contrectatum, dilaniatumq; modo, nullum prorsus propriarum passionum sensum animæ præbet vnquam, penitusq; sui natura immobile est, à longè languidissimis inspirati aëris viribus dilatari, constringique, ijsque ab externis aëris impulsibus, qui externarum corporis partium nulli percipiuntur, impelli, agitarique, & dilatatum, constrictumque, & commotum non ipsum modò, sed parteis itidem omnes, earumq; naturas voluptate tanta, tantaue affici molestia, aut oculos ipsos, crassusculum omninò, minimèq; lucidum ens, non à solis modò candore, sed & ab albedine omninò quouis dilatari, diffundique, à tenebris contra contrahi, & lucem adeò ipsis iucundam, gratamque, tenebras contra tristes, odiosasque esse, & vtramq; ipsorum affectionem reliquis corporis partibus, earumq; naturis communicari, existimare certe non licet. Minus etiam, quàm sensorijs, cordi, reliquisq; visceribus sentiens anima vt propria ipsorum forma indi potest: nihil enim ipsa, quàm illa, crassa sunt, corpulentaque, & ijs obiecta sunt rebus, quas non languidissimè modò ciborum, inspiratiq; aëris, & lucis vires, ipsaq; etiam lux, sed nullæ prorsus, à quibus animal penitus exitio non detur, nullo permittent temporis momento. Tum non ciborum modò, lucisque, sed ne inspirati quidem aëris, qui cor nihil minus, quàm cerebrum attingit, subitque, cordi sensus sit vllus; & qui fieri interdum videtur, nò ipsius is cordi, sed neruosi generis portionibus, à quibus contegitur, & quibus adhæret, firmaturque, attribuentus est omninò. Cor enim ipsum, veluti & reliqua viscera, nullum prorsus propriarum passionum sentienti animæ sensum præbet, veluti nec sanguis, è quo tenuioribus sui partibus spoliato confecta sunt omnia. Neruosi verò generis (vel si manifestè sensus omnis in ipso sit, & sibi ipsi continuum est vniuersum, & vniuersum à cerebro, veluti à communi pendet principio; conditionibus omninò quibus sentientem animam donatam esse oportet, reliquis donatū est omnibus) propriam ipsius naturam animam ponere non licet. Nam & ipsum nihil minus, quàm sensoria, visceraque, crassum est, corpulentumque; & non modò ipsius portio quouis, in quam quispiam inluat humor, qui meatum, in quem confluere visus est spiritus, obstruat, sentiendi vi spoliari videtur, sed cerebrum ipsum, ipsa nimirum illius vniuersitas, & in quo (vt dictum est) manifestè odores percipiuntur, sonique, & sensilla reliqua omnia dignoscuntur, dijudicanturque, quouis contrectatum, dilaniatq; modo, nullum propriæ passionis sentienti animæ sensum præbet. Quoniā igitur, nec sensorijs, nec visceribus, nec ipsi etiam neruoso generi, vt propria ipsorum natura sentiens anima indi potest, exq; modò animalis partes sentiendi facultate donatæ videntur, quibus quæpiam inest neruosi generis portio, & (vt dictum est) in ipsius vniuersitate, & odores percipiuntur, sonique, & passiones, quas reliquis in portionibus anima patitur, motumq; quibus commouetur iudicium fieri videtur omnium: utiq; vel si nulla neruoso generi inesse visa foret substantia, cui sentiendi vis attribui posset,

iacesse

in esse eam tamen, ijsque donatam conditionibus, quibus quæ ipsi conuenire visæ sunt, donatam esse oportere, declarant, longè scilicet tenuissimam, lucidamque, & mobilem, existimandum necessariò foret. Is nimirum spiritus, qui neruoso in genere vniuerso, & cuius princeps portio in cerebri ventriculis inhabitare visus est; vel nihil vsquam conspectus indendus illi vniuerso foret. Age verò & cur quale constructum est, construendum fuerit neruosum genus inquiramus: nam, & res ipsa per se digna est, quæ quàm diligentissimè inspiciatur; & rectè ea inspecta, sensum, qui animali fit, spiritus illi inexistentis esse omnem, liquidò pateat.

NERVOSVM GENVS ITA CONSTRUCTVM ESSE VNIVERSVM; vt quæ in singulis eius portionibus spiritui percipienda erant, & in ipsis percipiuntur, optimè percipi possint omnia.

Cap. XI.



ALieno in loco, atque inter contraria genitus spiritus, & ad cognata ne elabatur, neue à contrarijs oblectatur; corpore (quæ facta videntur) vndiq. quidem obtegendus, at non imò in eo recondendus vniuersus fuit; vel si minus inde elabatur, minusque etiam ibi offendatur. Siquidem ibi positus externarum partium offensiones nihil ad eum delatas nihil prorsus sentiat; itaque & nihil vitet. Necessariò igitur vel extremæ corporis superficiei immiscendus fuit. Sed validas modò caloris, frigorisque vires, & percutientium rerum in ea percepturus ictus, neruis, & cute contegi potuit durioribus; ibi modò extenuatis vtrisque magis, vbi exquisitiùs sentiendæ illæ erant, in extremis nimirum digitis: minus itaque in ijs obteclus, minusque defensus, magis omninò ab externis rebus in ijs passus, longè quàm alia in quauis externa corporis parte exquisitiùs illarum vires, actionesque percipit. Minimè verò & in parte itidem, qua cibi assumendi, sentiendique erant, duris, densisque indi potuit rebus. Nisi enim proprias ciborum naturas, propriasque is sentiat vires; res interdum deglutiat, quæ, vel pacto nullo, vel longè inuerti queant egerrimè; & quæ exitium animali inferant: languentes verò illæ, segnesque (neque enim robustiores, vigentesque languens animalium calor inuertat, exuperetque) nequaquam in spiritum agant durioribus contactum rebus. Laxissimè igitur carni, mollissimisque indendus fuit neruis, quos vel languidissimæ ciborum vires permeent, peruadantque; vt non uigilem modò, agentemque ab ambiente illis calorem inditum, frigusque lingue inexistentis spiritus percipiat, sed propriè insuper naturæ vires, qualescunque ex sint; vt à quibus nimis constringitur, dilataturque, à propria videlicet dimouetur spiritus dispositione, respuat eos, reijciatque. Quoniã præterea cibi assumi poterant corrumpi iam capti: quorum scilicet calor bene quidè immutatus, & à spiritus substantia diuersus factus esset; at non ita tamè, vt eius actio spiritui lingue inexistenti à priore diuersa facta videri posset: vt qui mollibus quidem (vt dictum est) laxisque inditus rebus, & quas vel languentes ciborum vires permeent, (ab ijs itaque pati, immutarique uidetur) at contactus omninò ab illis, defensusque, nec à languidissimis pati, nec quasuis agentium naturarum, earumque actionum differentias percipere potest. Si itaque ei quæuis caloris immutatio percipienda est; nudo ipsi, cute nulla, nullisque contacto neruis, calor ipse, elabens nimirum tenuitas apponenda est, immiscendaque. Et quoniã insuper (vt suo amplius declarabitur loco) aer itidem admittendus, spirituique immiscendus erat, isque nisi purus, tenuisque, & spiritus omninò substantiæ proximus sit, cognatusque, vel nullo temporis momento prosternat eum; perdatque: patens vtrique, & non procul ab ore ad cerebri usque ventriculos, ad spiritus ipsius sedem, & ad spiritum ipsum præbens aditus fuit; ut spiritus

ritus ab eis contactus propriam ipsorum naturam percipiat; aliena itaque, à quibus ad eò promptè exiit datur, aufugiat, declinetque; cognata, similiaque, à quibus refici, ac viuificari videtur, sectetur, amplecteturque; & quantus, qualisque dari oportuit, datur videtur. Nares itaque ori appositæ, per quas vtrique ad cerebri ventriculos, ad spiritus vniuersitatem ascensus patet. Tum etiã quia non quæ contingit modò sentire opus habet spiritus, sed remota etiam; quò ad nutrimentum, quod non vt plantis, sic & animalibus itidem appositum est, ire, & contraria, quæ oblectant, vitare, & similia, cognataque, & quæ ipsum fouent, sectari queat. Luci itidem ad spiritum aditus dandus fuit; quæ à rebus, quas attingit, relucens omnibus, & ab omnium specie affecta, eam ipsi afferat, & res omninò ostendat omnes. Itaque & huic itidem ipse omninò contingendus fuit spiritus nulla prorsus cõteclus re: à quauis enim reijciatur, obscureturque. At nequaquam ad ventriculos usque patefaciendus ei aditus fuit. Nam si (cuiusmodi inspirando aeri factus videtur) angustus, flexuosusque esset factus, & qui ibi modò pateret, vbi admittenda esset lux; obscuretur ea, atque inuisibilis fiat, & nequaquam perpetuò spectari ea posset: si amplius, rectusque factus foret; & ab externarum rerum viribus oblectatur, & ipse elabatur spiritus. Itaque ipse foras ad lucem excipiendam emittendus fuit spiritus; at rebus includendus, quæ spiritum quidem retineant, coercentque, & ab ambientis viribus tueatur; at quæ tamen lucem admittant quamuis patefaciendum nimirum luci ad spiritum iter; ipseque spiritus calidis, transpicuisque indendus humoribus, & transpicuis illi retinendi fuere tunicis; quo in oculis factum videtur modo. Tum & quæ nulla ostenderet lux, seu nõ presens, seu ab oppositis intercepta, prohibitaque, rebus sentire itidè opus habens spiritus, vt amica, similiaque adire, noxia, alienaque vitare, atque effugere posset, nec alia id potens ratione, nisi motum modò percipiens, à commotis illis aeri datum: non quidem in aperto ponendus fuit; quod nimirum non nisi maximè necessariò fieri oportuit. Eoque etiam minus, quò in aperto, liberoque positus loco, non satis commodè aeris notum percipiat; qui scilicet ut percipiatur, unus, idemque, seruetur, nihilque imminuatur, quin robustior assidue fiat, oportet; aer scilicet, cui inditus est, nihil dissoluatur, nihilque à se ipso segregetur, quin in se ipsum assidue magis colligatur. Itaque (quod factum itidem videtur) cutis pars, per quam aeris motus spiritui communicandus est, non benè tantum extenuanda, sed aures ei circumponendæ fuere; in quibus, qui eas subit aer in angustius assidue cogeretur; itaque unus, idemque, perpetuò seruaretur, assidueque magis in se ipsum colligeretur.

PRINCIPEM SPIRITVS PORTIONEM, EIVSQUE VELVTI vniuersitatem (quod factum uidetur) in cerebri ventriculis locandam fuisse.

Cap. XII.



NISI (vt dictum est) quos singulæ spiritus portiones percipiunt res, vni eæ omnes, eidemque, communicentur, haudquaquam earum differentia, & quæ magis amplexandæ, magisque reijciendæ sint, dignoscatur: rectè enim Aristoteles, quod dijudicat, vnum oportere esse, decernit. Præterea & quæ spiritui perceptæ sunt vires, earum cognitio, memoriaque, retinenda est, conseruandaque. Nam si nulla ea remaneat, iisdem à rebus sæpius offendamur, & ab ijs, quæ bonæ sunt, iucundæque abstinemus; perpetuò omninò quales singulæ sunt inscij, ancipitesque, magno assidue incommodo singularum vires experiamur. Adhuc remotarum etiam rerum vires, earumque amplius, quæ non vniuersæ innotuere, quarum scilicet non omnes conditiones, sed quædam modò, aut vna tantum manifesta est, reliquæ latent, hæc itidem intelligendæ sunt; vt à quibus bono quopiam affici possimus, eo potiamur; & quæ malum

malum quippiam inferant, videmus id, rejiciamusque. Præterea & futuræ necessitates prævidenda; & res, quibus ijs, & præsentibus etiam occurramus, comparanda; & quibus comparentur artibus intelligendum; & longè omninò plurima ad vitam conseruandam, commodèq; degendam conficienda sunt opera; proindeque & organa, quibus ea fiant, ex cogitanda: quæ, nisi eorum quæ spiritus percepit, memoria seruetur, eaq; omnia veluti ante oculos, vbi libet, ponere queat, conficere ignoret profus. Nam (vt suo amplius explicabitur loco) quæ rerum conditiones, & quæ omninò res sensu perceptæ non sunt, earum cognitionem non aliunde, sed ex ijs modò, quæ sensu perceptæ sunt, sibi compare potest spiritus. Tum internis, externisq; in corporis partibus longè plurima, maximèq; ad vitæ conseruatione necessaria spiritus portionibus illis inexistentibus operanda sunt, conficiendaque; quæ non nisi aliarum vultuarum, & omnium quadam ministerio, atq; ope, summaque omnium operantium concordia operari, conficereq; queant. Et portiones omninò singulæ, vt malæ, molestiæque, quæ sunt, amoliantur, & quibus opus habent, vt conseqantur, & seruentur omninò; reliquarum omnium assidua ope, atq; opera indigent. Itaque non (quod dictum est) vna modò reliquarum omnium necessitates, laboresq; percipiat, & modum, quo ijs occurrendum est, inueniat oportet, sed, vt iuxta eius vnus arbitrium reliquæ operentur omnes; quos scilicet motus adendos illa decernit, & quos illa omninò adit motus, hæc illos adant omnes, ab illa nimirum vna reliquæ commoueantur omnes, necesse est. Nisi enim id fiat, proprijs singulæ muneribus, proprijsq; operibus, & proprio intentæ bono, nihil aliarum molestias, laboresque curent, ac ne percipiant quidem. Quin nec quæ singulis conficienda sunt, conficere sciunt: quæ scilicet non vno, simpliciq; & vniformi motu, quali spiritus portio quæuis natura moueri videtur, sed longè plurimis, maximèque difformibus, quales ea tantum spiritus portio adere sciat, quæ perceptas res veluti ante oculos ponere, & in ijs motus, quibus, quæ conficienda sunt, rectè confici queant, intueri potest. Postremò è quæ calefactis præsertim, adaperitisq; partibus assidue spiritus elabitur; itaq; imminuitur assidue; & propterea si seruandus, reficiendus assidue, nutriendusque est; aliene vniuersum res in se ipsam inuertende spiritui sunt. Quoniã igitur munera spiritui obsequenda sunt; quæ non omnes, nec diuersæ ipsius portiones obire queat, sed vna tantum, & bene quidem magna, ac ita in se ipsam collecta; vt quæ sentit, vniuersa ea simul sentiat omnia, & quæ nullis ab externarum rerum viribus exagitata, nihilque ab ijs passa, & ne in propria quidem sede vectanda, commouendaq; impedita, defatigataque vnquam, quæ omninò nullis à proprijs passionibus diuexata, nullisque in proprijs operationibus occupata cum sit; reliquarum passionibus, motibusq; percipiendis vacare possit; nihilq; è propria sede elapsa vnquam, itaq; diu eadem durans, illorum memoriam retinere, conseruareque, & vbi licet, recollere etiam queat: vtiq; ipsius sedes in eiusmodi neruosi generis portione, tantaque, & talis construenda, itaq; protegenda, locandaque, & portiones reliquæ ei annectende, & ex ea veluti producende fuerit; cuiusmodi cerebrum est, & quomodo constructum, obiectumque, & locatum videtur. In magne scilicet, benèq; corpulentæ molis profunditate, etsi plures, at ita sibi ipsis cõtinue, vt vna omnes videri queant, & benè omnes ample construende fuerit cavitates; & moles ipsa benè coniecta, benèq; munita corporis parti, capiti nimirum indenda, & ceruici hoc superponendum fuit; à qua sustineretur, uectareturq; & hæteretur; & portiones illi reliquæ, singularumq; cavitates illius cavitatibus vniendæ. Postremò & rebus, quæ inuertende, & è quibus reficiendus est spiritus, aditus appetendus. Siquidem in crasse, corpulenteque, & benè connecte rei profunditate includit spiritus portio, itaq; nihil vnquam ab externarum rerum viribus exagitata, nihilq; in propria sede, & corporis parte, cui ea indita est, vectanda, commouendaq; detegenda, defatigataque, reliquarum portionum passionibus, motibusq; & ijs omninò percipien-

cipiendis vixere potest. Ille enim oēs dilatationes (vt dictum est) sunt, cõstrictionesq; & harum nulla sine motu fieri potest. Et quod nullus adeò corpulenta è re elabedi ei patet exitus, proindeq; nihil imminuitur vnquam, sed diu eadè durat, & benè ampla residet in sede, benèq; mobilis est; motuum, quibus commouetur, memoriæ, cognitionisq; illi seruire, & vbi libet, recollere eos potest. Et quod portionum reliquarum sedes ipsius sedi, & ipsi omninò portiones reliquæ cõtinue sunt, & spiritus multò quam aqua, & aer etiam ipse tenuior, multòq; ad motum promptior: vtiq; veluti qui in aqua, aerisq; portione quauis sunt motus, vniuersè ij aqua, vniuersoq; comunicantur aëritate & qui in portionibus vniuersitati, & illis qui in hac sūt motus comunicari possunt. Postremò & quod in spirati aeris portio, exhalationesq;, quæ in ventriculo, ventreque sunt, & quæ è sanguine in plexu retiformi contento, ab eiusq; motu exagitate exhalat euaporatio, benè, si tenues res; & quæ si spiritui immisceantur, & copia ab eo excedantur, exuperentur ab eo, in spiritumq; agantur, cerebri ventriculo assidue sustententurq; quæ magna ipsius in ijs inhabitat portio, portiones reliquas, & se etiam ipsam, vbi opus est, retinere potest. Itaq; (vt dictum est) quod spiritus portio nū, cui reliquarum passionibus, rerumq; omnium vires, & reliquæ percipiendæ sunt conditiones, motusq;, quibus à singulis commotus est; memoria, cognitioq; seruanda, retinendaq; est; & ex ijs reuolatur, & presentium etiam, ac quarum non oēs conditiones manifeste sunt, quæ huc vni intelligenda sunt oēs; & modus in se per; quo quæ spiritus portiones patiuntur mala, rejiciantur, & quibus opus habent, comparentur, motus nimirum inueniendi sunt, quibus illa oia peragantur; & singulæ spiritus portiones ijs commouendæ; deniq; quia reficiendæ sunt omnes: vtiq; spiritus vniuersitas eiusmodi sedi, itaque constructa; cuiusmodi cerebrum est, & quomodo cerebrum constructum videtur; & cerebro omninò indenda sunt. Itaq; quoniã, si qui in animali sit sensus, corporis vniuersi, vel partium, in quibus fieri videtur, aut internarum cuiusuis, ex ijs; quæ paulo crassiores, manifesteque sunt, forma, naturaq; attribuat, si vni omninò non assignetur spiritui, nec modus, quo quæ diuersis in corporis partibus sentiantur, sentiri possint, nec quo, quæ in singulis percipiuntur, vni, eidemq; oia percipiantur, innotescantq; nec quo ita in rerum singularum sensu animal afficiatur, vti affici videtur, nec quo præteritarum passionum, præteritorumq; motuum memoria seruetur; & singulis, vbi libitum est, recollantur; intelligere licet; manifestissimus vetò is sit, si spiritui neruoso in genere contento assignetur; & ita corpus vniuersum constructum est, vt quæ sentienda, intelligendaque sunt, in existens spiritus sentire, intelligereq; optimè possit omnia: vtiq; vel si nūm partium; in quibus motus sit, naturis, an & ipsi spiritui attribuendus sit; quod dum intuitus, motum itidem non corporis vniuersi, singularumue eius partium formam, sed & ipsam spiritui neruoso in genere contento attribuendū esse statuere liceat; & eam ea ipso cõtinue in motu id inquiramus. Conditiones nimirum, quibus substantiam, cui animalis motus attribuendus est, donatam esse oportet, tum & num ij corporis partium moles, an vnus modò spiritus neruoso generi inexistens donatus sit, intueamur.

QVALEM ESSE OPORTET, QVAE ANIMALIS CORPVS

in mundo commouet substantiam, & spiritum omninò eam esse neruoso generi inexistens.

Cap. XIII.



QUONIAM calor, vel si propria natura mobilis est, & summo pere motu gaudeat non subiecto in qualiuis, sed ei modò inexistens, quod tenuissimum proindeq; & leuissimum fuerit, moueri videtur; itaq; entis nulla profus, at ea modò moueri apparent, quæ summa donata sunt tenuitate; & motus, quos externa corporis partes, & internarum etiam quædam addunt, sentientis, intelligentisq;, & huius omninò arbitrio, imperioq; eos addit; quæ

nimirum sibi modo mouentur, ubi sentiens, intelligensue amplexandum quid, reijciendumue, decernit, & quos sentiens summo opere ad appetit, si intelligens non adendos struit, nihil eos adunt; & motus nequaquam simplices, vniiformesque. sed qui mille assidue variandi sine modis; quorum omnino rationem, modumque, nisi vna, eademque, intelligenti sit mouens, ignoret hæc prorsus. Præterea & quoniã parti cuius, cui laboriosus, difficilisue quispiam adendus sit motus, & ad quem adendum partium reliquarum opus habeat ope, promptissimè inseruire videntur oēs; & quapiam molestia affecta, si non reliquæ omnes, ac brachia certè, manusque, statim ad eam conuolant, quod molestiam infert, vt amoliantur; quin, vt ne quædam offendantur, se ipsas aduenientibus obijciunt iudicibus: liquidò utique patet, substantiam, cui motuum adendorum facultas attribuenda est, longè tenuissimam, sibi que ipsi continuam omnem, & non sibi ipsi modo, sed sentienti, intelligentique, vnam, eademque, esse oportere. Neque enim nisi summa donata sit tenuitate, vel si nulla ipsi corporis moles uectanda foret, se ipsam commouere queat: nec nisi sibi ipsi continua, & non sibi modo, sed sentienti, intelligentique, vna, eademque, sit; quos adendos illæ decernunt motus, benè interdum laboriosos, molestosque, & nequaquam (vt dictum est) simplices, vniiformesque, qualibus vnis mobilis entia natura moueri gaudent, & moueri videntur, sed qui assidue immutandi sint, & de re velint, sciantue. Substantiam ergo, cui animalium corpora commouendi facultas tribuenda est, huiusmodi esse cum oporteat; liquidò patet, nec corporis partium, que motus adere videntur, neque ipsi inexistentium nervosi generis portionum, naturam esse. Nam utique, longè corpulentiores sunt, longèque grauiore, quam vt à proprijs naturis moueri queant: & ratiocinandi facultatem ipsi indere cum non liceat, nullos prorsus ipsi motus, ac eos certè minus, qui ratione quadam ad videntur, attribuere ipsi licet. Nervosum præterea genus, (cui omnium consensus motus edendi facultatè attribuit, & necessario attribuenda est; siquidem eorum modo partes moueri videntur, quibus quepiam ipsius portio indita est; & ea abscessa, offensæ, nullo amplius commouentur motu) manifestè sui naturam immobilem esse, demortuumque. Nam cerebrum, à quo manifestè principes ipsius portiones deriuat, & à quo mouendi facultas ipsi indi videtur, sui natura penitus immobile est: & nervi quiuis, si quispiam eos subeat humor, spiritui nimirum, qua in eos illabatur, via obstruatur, se se mouendi facultate spoliatur omni; & ea rursus donantur, si humor discutatur; si scilicet, qua in eos illabatur spiritus, via aperiat. Id quod pulcherrimè Galenus nos docet; dum digito illam restituit, non digito, sed spinalis medullæ portioni, è qua, qui cum fertur in digitum, exoritur nervus, proindeque & nervo ipsi rebus appositis, à quibus nervo inexisteris humor, qui ne spiritus cum subiret obstabat, in statum ageretur omnis. Vt (quod dictum est, substantiam inquirentibus, cui qui animali sit motus, attribuendus esset, vel si nervoso generi spiritus nullus inesse visus foret, à quo ipsius portiones, quæ commoueri videntur, commoueantur, necessario ipsi omnibus indendus foret. At age, num (quod dictum est) si non omnes, ac insignes certè partium motus intelligentis imperio fiant, num scilicet, quos principes nervosi generis portiones adunt motus, iuxta vniuersitatis cerebri ventriculis residentis decreta eos adant, vel satis (vt videtur) conspectum, amplius inspiciamus: tum & modum, quo ad quos, quantosque collibitum ei est, illas agat motus, & quo singulæ spiritus portiones corporis partes, quibus inexisteris, commoueant; siquidem & is declarandus est. Et is amplius, quo è quibusuis in quasuis, & ex inferioribus in superiores vasorum partes succos quosuis ipsi inexisteris agit spiritus, satis quidem (vt existimo) in eo expositum commentario, in quo animal vniuersum ab vnica animæ substantia gubernari declaratum est, quantum præsentem ad inquisitionem pertinet, intueamur.

SPIRI-

SPIRITVS PORTIONES OMNES VNIERSITATIS
arbitrio, & ab ipsa omnino moueri vniuersitate.
Cap. XIII.



SPIRITVS portiones, quæ nervis, musculisque insunt, quos adunt motus, vniuersitatis arbitrio eos adere, & inde (vt dictum est) intelligere licet; quod motus adunt, quos non quæuis spiritus portio, sed ea modo, cui ratiocinandi facultas tributa est, adere sciat; & quod quos illa adendos motus decernit, vel si summis in laboribus, summisque adendi sint molestijs, statim eos portiones, quibus adendi sunt, adunt omnes; & à quibus abstinendum statuit, vel si summa ab ijs voluptate afficiantur, summaue exoluantur molestia, abstineant ab ijs tamen. Præterea, & quod vniuersitate vehementer affecta, vehementer videlicet quid appetente, exhorrenteue, motus portiones adunt, quos nihil illa commota, & proprijs omnino viribus adere nequeant prorsus. Præterea, & quod nauigationis, ciborumque, qui stomachum olim fecere, memoria, & conspectus amplius nauseam, stomachumque facit. Quoniam enim motuum, qui in portionibus fiant, non ipsis in portionibus, sed omnium vna in vniuersitate memoria seruatur: utique quos hæc illorum excitat, in vniuersitate excitet, & ab ea portioni communicentur, quæ illis olim ab ipsa commota fuit, oportet. Quin & quæ venarum, arteriarumque, & reliquorum vasorum fibris insunt spiritus portiones, vel si quod assidue succos, quibus oblectantur, attrahunt, & qui molesti sunt, expellunt, assidueque illas expandunt, contrahuntque, nullo vnquam voluptatis, molestieque, qua impulsæ illa omnia operantur, vniuersitati factæ scosæ, nullamque hæc illarum motus sistendi, immutandive facultatem obtinere videtur, itaque suspicari licet, proprio illas moueri arbitrio; vniuersitatis tamen arbitrio & ipsas moueri existimandum est. Si quidem letitia, timoreque, & affectionibus alijs agitata vniuersitate, summo perepulsus immutari videntur; & perpetuò tales sunt, quales ad præsentia mala amolienda apertissimi sunt, vel si pulsantem portionem nihil eam attingant, & quales ea modo adere sciat spiritus portio, cui & partium singularum mala, & modus insuper, quo propulsanda ea sunt, notus sit: Id verò, & alij multi, & præcipue qui spiritu immunito, aliud malum nullum animali passo sunt, manifestè declarat. Quoniam enim (vt dictum est) propterea frequentiores sunt, vt maior euaporationis copia, qua præcipue spiritus existit, è sanguine in arteria in plexum retiformem complicata contenta, educatur: utique si spiritus ei existens proprio arbitrio frequentius eas agiter, & vniuersitatis imminutionem, & frequentiore arterie agitatione copiosiore euaporationem educi, ex eaque illam nutriti, res omnino intelligat oportet; quæ qui vniuersitati manifestissima sunt, vel ipsis intuemur oculis; ac qui portioni plexui retiformi inexisteris nota sunt, longè ægerrimè imaginari licet. Præterea, & quod ubi necessitas quepiam portionem quampiam certa quapiam ratione pulsare cogit, eadem & reliquæ, vel si nulla & ipsas ita pulsare necessitas impellat, pulsant omnes: vt dicto in pulsu, & in eo itidem, qui pulmone inflammato fit, & in alijs intueri licet. Propterea enim ille frequentior vbique fit, quod se se vt dicto reficiat vniuersitas, sanguinem in plexu retiformi contentum frequentius exagitat; & hic veluti ferrans, quod tumefactus, induratusque pulmo nihil se se expandentibus arterijs cedit; itaque si æquè expandantur vniuersæ, necessario ipsi inexisteris spiritus comprimatur. Id igitur ne fiat, aut vt minus fiat, non æquè arterie vniuersæ, sed alia parte magis, alia minus, quomodo & pulmonem tumefactum esse, existimare licet, amplificari eas oportet. Itaque quoniam & reliquæ eadem expanduntur

R 2 ratio.

ratione; bene rationi congruum est, portiones istem arteriarum fibris inexistentes iuxta vniuersitatis imperium eas expandere. Neque enim si proprio eas expandant arbitrio, cur qua vni modo celeritate, rationeque expandenda sunt, ea & reliqua expandant omnes, à nulla, vt ita expandant, impulsæ necessitate, & iniucundius forte ita expandentes, intueri non licet. Et quæ fibris inexistant portiones, summa & ipsa operantur ratione; quæ nimirum (vt in dicto amplius expositum est commentario) diuersis vasis eiusdem inexistentes fibris, non omnes simul eas intendunt, remittuntue, sed quas oportet tantum. Itaque reliquis quiescentibus vnas modo, modo alteras, interdum & omnes simul intendunt, remittuntue. Quoniam igitur quæ vasorum fibris insunt spiritus portiones quos adunt motus, iuxta vniuersitatis arbitrium eos adunt; & vel si eos sistendi nullam ipsa obtinere videtur facultatem, ipsi tamen eos attribuere licet. Siquidem (vt in dicto amplius declaratum est commentario) eo se ipsam, proindeque & portiones conseruandi, proptereaque & quæ adsunt bona amplectandi, malaque amoliendi appetitu tenetur; vt quin illa assidue attrahat, & hæc amoliat, cohibere se se minime queat. Et motus omnino, quos in lætitia, alijsque affectionibus, à bonis scilicet, malisque impulsæ edit, quæ nihil dum ipsam fouent, oblatuntue, at in posterum alterum fieri sperat, timetue, quos, quia degenerem eam, vilemque, aut furiosam ostendunt, cohibere summo pere appetit, cohibere cum nequeat; cur quibus, quæ modo oblectant, fouentque, attrahit, & molestia, maloque quæ afficiunt, amolitur, quod eos sistendi impotens videtur, non ab ipsa eos ædi existimandum sit? Postremo, & quod si portiones omnes vnius vniuersitatis arbitrio operentur, rectè omnino operentur; & modus, quo huic illarum omnium passiones, & illis omnibus singulis huius motus nullo temporis momento communicentur, satis est, vt existimo, declaratus: vtique quos singule adunt motus, iuxta vniuersitatis decreta eos ædere, & non rationem modo, modumque, quo edendi sunt, ab ea singulis præberi, sed moueri omnino ab ea singulas, existimare licet. Etenim vniuersitatis arbitrio portiones vt moueantur, aut illius hæc intellectionis participes assidue fiant, & quos edendos illa præcipit motus, libenter hæc edant, quod ipsam vt communem omnium parentem, reginamque obseruant, veneranturque, & quæ præcipit omnia, in commune omnium bonum præcipere intelligunt, aut inuitas illas ad quos collibitum est, hæc agar motus, oportet. At qui illud fiat, qui scilicet vniuersitas in cerebri ventriculis residens portionibus, manibus, laringique, & reliquis inexistentibus corporis partibus modum, rationemque, qua motus immutandi assidue sunt, indat, longè obscurissimum est; quomodo verò quos ipsa edit motus, his communicet, clarissimè in motibus aque, aerisque portioni cuius inditis, intueri licet. Nam si à quantulo uis aere, & quantulo uis impulso ui, non subsequenter modo, sed circumsumum aerem vniuersum impellit, iisdemque commoueri motibus, in sonis sentimus omnibus; quos nimirum vehementiores quidem è proximo, eaque è parte, in quam aer impellit, at eosdem prorsus, & è longinquo, & vnde quaque sentimus: vtique & à commota à spiritus vniuersitate contiguas portiones, & multò etiam robustius impelli, iisdemque agitari motibus, arbitrandum est: quæ nimirum, quod densis, rententibusque continentur in rebus, proindeque (quod aeri licet) veluti in latera diuisi, & impellentis motum, vel si languidissimus is sit, præuenire non possunt, quouis ab vniuersitatis impulsu propellantur, eiusque commouentur motibus, oportet.

Quomo-

QVOMODO SPIRITVS CORPVS COMMOVET.

Cap. XV.



MODVM porro, quo portiones singula partes, quibus insunt, quibus collibitum est, agitent motibus, quo uidelicet secum eas gestent, si exponamus; nihilo minus superflui simus, quam si & modum, quo partes ipse circumposita tegumenta, quibus ipsæ commouentur, commoueat motibus, exponamus: idem. n. vterque est. At is fortè inspicendus est, quo tantulus spiritus tantam membrorum molem sustineat, uectetque. Rerum nimirum omnium conditoris Deum sapientia suspicienda est, admirandaque; qui ita animalium corpora construxit; ut eorum partes, uel si graues sint omnes, decorumque omnes vergant, veluti mutuo se ipsas fulciant, sustineantque; itaque singula reliquarum pondus spiritui imminuant, & ad alias commouendas adiumento sint; & alterum modo crus cum uectet, corpus vniuersum quo collibitum est, agat. Nec tamen vel adeo concinnè constructum nactus spiritus tegumentum, diu id uectare, sustinere potest; quod magno omnino labore, & sustinet, & uectat; & è concalescentibus præsertim partibus assidue elabens, ita tandem imminuitur, ut earum oneri sustinendo impar fiat. Itaque quiete, & refectioe opus habens, reliquis è sedibus in eam se se vniuersus recipit, in qua nullum ei sustinendum est onus; & in quæ res adsunt, è quibus refici queat; in cerebri scilicet ventriculos: proindeque quales sui natura illæ sunt, immobiles fiunt, demortueque.

QVOMODO SPIRITVS SVCCOS VASIS INEXISTENTES

è quouis ipsorum parte in quamuis agit. Cap. XVI.



QUONIAM sanguinem, succosque alios, & res omnino omnes, quæ vasis insunt, vel bene graues, corpulentasque ex inferioribus ad superiores corporis partes agi videmus; & non alia id ratione fieri existimare licet, nisi inferioribus vasorum partibus ita assidue constructis; ut nullo præinexistentibus rebus reliquo facto loco, necessario in superiorem adigantur; & cum venis, tum vasis reliquis omnibus fibræ, & (vt Galeno, & nobis etiam in dicto expositum est commentario) bene eæ variè, eaq. intertextæ sunt ratione, ut intense in unum colligantur, proindeque & vasa, quibus intertextæ sunt, intendantur, constringanturque: vtique ubi sanguis superiores ad partes agendus est, inferiores fibrarum, venarumque, quibus affixe sunt, partes constringi, itaque & sanguinem in superiorem agi illarum partem, assidueque idem sanguis, quas ad partes agendus est, agatur, fieri necessario existimandum est. Et quoniam, & sanguis, & succi reliqui eas ad corporis partes agi videntur, quæ ipsis opus habent, & noxij qui sunt, grauesque ex omnibus expelli; & fibrarum naturæ, nec se se intendendi, constringendi; facultas, neque is indi potest sensus, quo circumpositarum partium necessitates ut sentiant, donatas esse oporteat: necessario vtique substantia ijs indenda est; quæ sui natura bene mobilis, & exquisitissimo donata sit sensu; & quæ & vasorum fibris, & neruoso generi inexistat vniuerso. Neque enim nisi partibus insit omnibus, omnium necessitates percipiat; & nisi mobilis sit, nequaquam circumpositas fibræ, vt libet, intendat, remittatue. Intendit porro, remittitque, non pondere eas grauans, leuansque; sed per eas means. Copiosior enim in ipsas illapsus, quam vt qui ipsis in est porus liberum, patentemque spiritui præbeat transitum; itaque ne ulterius progrediatur, fibrarum caro obstat, impellit eam spiritus, secumque agit. Nam et si vasis densiores, durioresque sunt fibræ; cedunt tamen, & se expandi, extendi, sinunt. Itaque, quod dum extenduntur, dum scilicet in longius

R 3 gius

gius protrahuntur spatium, in se ipsas contrahuntur, quæ præsertim vasis intertextæ sunt, quæ angustiori, quam ipsa sunt, appensa sunt rei; & in angustius etiâ desinunt: utiq; & vasa constringantur, inexistentelq; succi in quam spiritus tendit partem protrudatur, oportet. Vbi scilicet è venâ è iecinoze emergente cor versus sanguis mirtèdus est; fibras venæ pari intertextas, quæ iecur versus, sanguinis omnino, qui ducendus est, veluti à tergo est, modò, qui ducendus est, intendens, colligensque, ita & venæ partem intendit, cõstringitque; vt nullus inexistenti sanguini, vel multò quàm opus est, angustior relinquatur locus. Itaq; indeis depulsus, anteriorem in partem, & cor versus, in patentem nimirum adigitur locum; quem postea & ipsum eodẽ modo occludens spiritus, ulterius etiâ agit; nec loco cedentem, fugientemq; sectari cessat vniquam, donec quò decretum est, eum egerit. Itaq; modus, quo & externi, internique animalium motus fiunt, si ab inexistente, & motu spiritu fiant, ipsi (ni fallor) oculis intueri licet. Rationes modò id finant; quibus persuasus Aristoteles, nequaquam à corporea, motaq; anima animalium corpora moueri contendit. Age itaque hæ primam examinentur. Neq; enim, & quæ animam ex se mobilem, & totam ipsam motam, se ipsam totam, & corpus secum mouere negant, eadem illis, quæ celum ab immotis motoribus, & omne, quod mouetur, ab aliquo tandem immobili moueri oportere asserunt, quòd nihil ex se mobile esse possit, quòd totum motum se ipsum moueat totum, satis (r cor) in superioribus reiectæ commentarijs; sed reliquæ, si quidem & ipse in ijsdem explicatæ non sunt; tum & modus, quo ab immota anima Aristoteli mouentur animalia, exponatur, examineturque.

RATIONES, QVIBVS ARISTOTELES MOTIVAM ANIMAM
incorpoream statuit, atque immotam, exponuntur, reijciunturque.

Cap. XVII.

SI anima (inquit) corporea sit, corporum omnino more proprium ipsa motum, & proprium item habeat locum, ad quem natura feratur; & in quo natura quiescat: quin & vi moueri queat, & in nõ naturali esse loco. At violentos animæ motus, vel violentas quietes, ne fugere quidem licet. Vno præterea motu animalia mouerentur, si ab anima corporea, & mota ipsa moucantur. Neque enim (quod elementis omnibus, omnibusq; negatum est corporibus) pluribus illa, contrariisque motibus moueri queat. Tum si corpus mouet, quòd mouetur ipsa, & locali commouet motu; motu & ipsa locali moueatur, necesse est. E corpore igitur egressa, si libet, rursus illud subeat, & demortuum iam rursus vita donet: mortui igitur reuiuiscant. Præterea si se ipsa (inquit) mouet anima, & vt anima itidem moueatur, necesse est. Neque enim secundum aliud mouet, & secundum aliud mouetur. Mouet autem vt anima; & vt anima igitur mouetur. At omne, quod mouetur, & ab eo recedit, à quo mouetur; anima igitur quatenus anima mota à se ipsa, & ab animæ recedit natura. His (vt videtur) rationibus adductus Aristoteles, motiuam animam, & incorpoream statuit, & immotam. Quæ omnes quidem ex ijs, quæ dicta sunt, declarata, reiectaq; videri possunt: at amplius eas tamen explicare, soluereque, ne grauemur. Rectè quidem Aristoteles, si corporea ponatur anima, proprium ipsius est flagitat locum: non si quidem corporea existens nulli è primis similis sit, cognataque. At egressa, vel extincta anima, ad terram decidere, & vel omni estulo sanguine, proprio nimirum onere immutato, grauiora fieri animalium corpora intuitus, substantiam viuus ijs in esse intelligere poterat, celo similem, cognatamque; quæ ad ipsum vt ad proprium locum, propriamq; tendens vniuersitatem, dum inest, sustinet illa, ad celumque agit. Celo porro similis, cognataq; conspecta, & summè mobilis, & omnibus moueri apta motibus,

ibus, videri poterat. Quæ enim natura mobilia sunt, omnibus mobilia sunt motibus; vt in superioribus declaratum est commentarijs; & ignis ipse manifestat, æquè omnibus seruatus, viuificatusq;. Nec è corpore egressa rursus subire id velit; quin recta ad celum, ad propriam nimirum tendat vniuersitatẽ, veluti tenuia entia quæuis. Absurdissima certè ratio, quin sensui, rerumq; naturæ maximè dissentiens, aduersaq; que, si se ipsam moueat anima, & vt anima moueatur, ab animæ eam natura recedere, statuit: quæ nimirum inde Aristoteli pender; quòd alterationi motus secundum locum idem positus est. Non f. communi tantum motus nomine, & alteratio, & latio Aristoteli appellatur, sed sub eadem viraq; continetur ratione. Itaq; quæ alteratis eueniunt, motus itidem quibusuis, vel ijs, quæ natura mouentur, euenire supponit; & perperâ prorsus. Siquidẽ alteratio (vt amplius in superioribus declaratum est commentarijs) quàm longissimè à motu differt; & contraria omnino alteratis, ijsq;, quæ natura mouentur (de quibus sermo est) conueniunt. Alteratio enim ab aliena fit vi, & quæ alterantur, nihil quidem à proprio loco, at à propria omnia dimouentur natura. At motus à propria motorum additur substantia, nihilq; ea dũ mouentur, à propria recedunt natura, sed in ea magis seruantur; quin neq; à proprio fortè dimouentur loco. Neq; enim quæ in se ipsis, & in proprio, & vno, eodemq; circũuoluuntur in loco, locum mutare videntur. Celum certè, corpusq; ei suppositum, æterno, nihilq; cessante vniquam deterru motu, & nihil propterea corrupti, intuenti Aristoteli, nequaquam, nisi se moueat anima, à propria dimoueatur natura, & in continuo lapsu, fluoreq; sit, verendũ erat; sed potius mobilis sui natura conspecta, ne corrumpatur, si à motu cessat vniquam. Nam mobilem ipsi in primis Aristoteli visam fuisse, & aliam omnino à corpore, non suspicari, sed ipsum manifestè id enuntiantem audire licet. Ab anima quidẽ animalium corpus moueri, nihil (inquit) dubitare contingit: manifestè enim ab anima mouetur. At id modò inquirendum, quonã pacto anima mouet. Videretur enim ita mouere, veluti natura nauim; distincta nimirum à corpore, separataq;. Siquidem animalium præcipuè exemplo, caelestes etiã orbès, & quæcunq; mouentur, à separato, distinctoq; moueri contendit. Separata porro à corpore, & corpus mouens, corporea sit necesse est; & mota ipsa corpus moueat. Neq; enim incorporea si sit, immotaque, modus, quo corpus moueat, reperiri potest vllus. Vllus certè si sit; utiq; ab Aristotele inuentus foret, tanto ab eo studio, tâtoq; inquisito labore. Nam qui ab eo ponitur, non abiurditatum modò plenissimus est, sed ridiculus interdum; interdum qui mente concipi nequeat, & quem ne ipsi quidem Aristoteli placuisse, existimare liceat. Verum ne lycophantarum more agere videamur, ipsum Aristotelem illum explicantem audiamus: nec rem paulò altius petere grauemur. Non modus scilicet tantum, quo animalia Aristoteli mouere placet, explicetur, examineturque, sed & quæ illum exponens tradidit omnia, si non ad propositum negotium valdè necessaria, ad vniuersi certè (vt ipse inquit) cõtemplationem, & ad motus etiã ipsius declarationẽ spectantia.

MOBILIA ENTIA OMNIA AD MOTVM AEDENDVM IMMOTO
externo, animalia verò interno etiã Aristoteli opus habent.

Cap. XVIII.

Vò (inquit) aliarum motionum initium id sit, quod se ipsum mouet, huius autem, quod mobile est, propterea, quòd primum moues omni motu vacat, determinatum est prius; cum de sempiterno motu, vtrum sit nec ne, & si sit, quid nam sit, constitutum est. Hoc autem non solum vniuersali ratione accipere oportet; sed in singulis etiã, & sensilibus, quorum gratia vniuersales quærimus rationes, & quibus illa accommodari oportere, existimamus. Etenim & in his manifestum est, nõ posse quicquam moueri, nisi aliud quiescat.

quiescat. Ac primum quidem in animalibus: oportet namque si pars aliqua mouetur, quiescere quippiam. Et hanc ob causam articulorum flexus animalibus insunt. Flexibus enim ut cento quodam vtuntur: quod tamen non ut in mathematicis verè vnũ, & impartibile esse oportet. Quandoquidem in illis nullus fit motus; in animalibus verò, in quibus motus fit, vbi mouetur, ac scilicet, in duas diuidi videtur. Alia enim eius pars mouetur, alia quiescit. Initiũ certè eiusmodi est, vt inferiore parte mota ipsum semper quiescat: vt brachio quidem moto cubitus: toto verò mēbro humerus: & tibia quidem mota genus: toto verò crure, quæ ischia dicitur. Quod igitur vnũquodque in se ipso quiescens, quippiam habere oportet, vnde motus est initium, in quo innixum totum simul, & per partes moueatur, manifestum est. Verum tamen id quiescens, quod in motu est, ad motum peragendum satis non est; sed alio omninò extrinseco quiescente, motuq. omni carente opus est. Et operæpretium esse videtur, accuratè de eo, quod dictum est, perferuntari: contēplationem enim quamdam habet, non solum ad animalium, sed ad ipsius etiam vniuersi motum, ac rationem pertinentem. Quemadmodum enim, vt animal moueatur, non interno tantum immobili, sed externo itidem opus habet; quandoquidem si id super quo mouetur, semper scilicet, velut arena muribus, nihil sanè progredietur, nullusq. profusus progressus fiat, nisi stet: neq. volatus, aut notatus, nisi aer, & mare resistent. Et hoc quidem, quod sic immobile est, aliud ab eo, quod mouetur, necesse est esse; & totum à toto, nullamq. rei motæ portionem esse. Sin secus fuerit, animal non mouebitur. Id quod inde manifestum est, quòd si quis nauigium extrinsecus propellat conũ ad malum, vel ad aliam ipsius partem innixus, paruo negotio illud mouet: contra, si qui id agere contendit, in ipso sit nauigio, minimè illud moueat vnquam: neque si Titius ipse propellat; aut Boreas ex ipso sufflet nauigio: si quidem eo modo quemquam efficiare contingat, quo pictores faciunt, cum ex se ipso quemquam spiritum emittentem fingunt. Siue enim leniter spiritum, siue ita vehementer emittat, vt maximum efficiat ventum; nihil tamen commouebit: quòd nimirum, vt quis aliud propellat, commoueatque, ad suarum quampiam partium primò inniti oportet; tum & hanc ipsam partem ad externum quippiam quiescere. Qui autem nauigium propellit, cum ipse in nauigio sit, nulliq. externo innitatur; rationabiliter nauigium non mouet. Qui verò extrinsecus propellit, aut trahit, sanè mouet: nulla enim nauigij pars est. Vt suspicari quis possit, cælum etiam ipsum, quò moueri possit, immotum quippiam oportere esse, quod omni penitus motu careat; & quod nulla cæli sit pars, neq. in cælo omninò sit. Siue enim motum ipsum cælum mouet, aliquòd sanè non motum attingens mouere ipsum necesse est, & id nullam mouentis partem esse; siue continè immotum est id quod mouet; nulla itidem motæ rei erit pars. Quod igitur ad vniuersam naturam sic se habet, vt terra ad animalia, & ad ea quæ per se mouentur, ex huiusmodi quippiam suspicari poterit. Et nequaquam immobile id, aut Atlas (vt poetæ fabulantur) aut terra omninò, cui ille innititur, videri potest. Nulla enim pars vniuersi ponēda esset terra. Tum præterea mouentis robur, & quiescentis æquabiliter se habere oportet: est enim robur, & vis, qua quod immotum est, manet; sicut qua motor mouet, & quæ æquales sunt vires à se inuicem nõ patiuntur. Sed quod mouet, vel à motu prohibet, quod agit omninò, virium robore exuperet, necesse est. Quamobrem siue Atlas, siue aliud quippiam sit, quod mouet; exijs quæ intra continentur, terræ omninò vis, qua manet, cæli vim, qua mouetur, excedat oportet: sin minus de medio, deque sui ipsius loco dimouebitur terra. Tantum igitur terræ in quiescendo robur esse oportet; quantum cælum vniuersum, & ipsius habet motor. Quòd si hoc fieri non potest; neque vt cælum quopiam, quod intus sit, moueatur, fieri poterit: ita vt extra cælum immotum quippiam esse, & quiescens, quod nulla illius pars sit, existimare liceat. Fortè enim in conuulsis sit, si motio p̄a principium intus sit. Quamobrem ita existimant;

mantibus recedè ab Homero fuisse dictum videri poterit.

„ Sed vobis cælo nunquam deducere ab alto

„ Ad terram dabitur summum, omniſcunq. tonantem,

„ Non si per angli stadio, summoque labore

„ Dij, deaq. omnes pariter trahere inde velitis.

Quod enim immobile est, à nullo moueri contingit. Age verò priusquam modus, quo animalia Aristoteli moueri videntur, exponantur, hæc examinentur. Ita enim veritas magis, minoreque innotescet labore.

MOBILIA ENTIA AD MOTVM AEDENDVM IMMOTO
nullo opus habere. Cap. XIX.



RECTE quidem Aristoteles, vniuersales rationes singularibus rebus conuenire, consentireque, oportere statuit, & nisi in ijs congruat, reiiciendas prius esse: quæ scilicet ex ijs, quæ in singularibus percepta sunt, constituendæ sunt omnes; vt si eius generis rebus omnibus non conueniant, veras esse existimare non liceat. At illud mirari licet, quòd efficiens motus principium (id enim motus æternitatem explicanti Aristoteli inquisitum est) ab immoto motore ijs, quæ natura mouentur, tribui id oportere, inde etiam comprobare velit; quòd animalia vt moueantur, immoto quopiam externo opus habeat. Cur enim (quod euenire verè videtur) non ab anima, vel ab alia quauis re se mouendi facultatem illa concipiant, at quæ satis non sit, sed immota etiam re opus habeant, super qua moueantur, & à qua veluti sustentantur, non adeo ex se mobilia, leuiaque, vt se in sublimi sustinere queant vniuersa? At detur hoc Aristoteli, & num mobilia quæ sunt entia, & cælum etiam ipsum immoto externo, & quod nulla eius pars sit, cui innicatur, opus habere existimandum sit, propterea quòd animalia, & vbi mouentur, & vbi quid propellant, illo opus habere videntur, consideremus. Id porro vt innotescat, & cæli, & animalium, si non conſtitutio, naturaque omnis, at ad motum saltem vis inspicienda omninò est. Et si quidem eadem vtrorumq. visa fuerit, cælum itidem non externo tantum, sed interno etiam immoto, veluti & animalia, indigere, recedè Aristoteli positum sit. Sin secus; incunſandus omninò is sit, qui entia diuersissimis operandi viribus donata, eadem ad operandum ope opus habere velit. At animalia non loco tortè magis à cælo, quæ se se mouendi facultate, & robore distare videntur. Nec propterea, quòd illorũ motus præ huius motu immobilitas videri potest; sed quòd cælum vniuersum simul, & perpetuò, incessanterque mouetur; vt motu summopere oblectari, seruarique existimandum sit: animalia verò magna eorum quiescente parte mouentur; & nõ diu moueri possunt, sed modicum quid commota defatigantur, maximèq. motum auersantur; & nisi moueri cessent, corrumpantur etiam à motu. Non scilicet (quale cælum existit) animal itidem vniuersum mobile est, sed eius modò (vt dictum est) anima, spiritus nimirum neruoso generi inexistent; corpus verò penitus per se est immobile, & ad terram vergens, declinansque: & quod ita: im ad terram delabatur, decidatq., & immotum ibi iaceat, nisi à spiritu subleuetur, sustenteturque, & commoueatur. Perexiguus porro existens spiritui, vel summe ipse mobilis, & ad cælum, vt ad propriam tendens vniuersitatem, longè tamen abest, vt corpus vniuersum, vel eius etiã partes in sublime agere, & diu in sublimi sustinere possit; sed earum oneri cedit, & deorsum ipse non à corpore modò vniuerso, sed à partibus etiam detrahitur. Rebus igitur (vt dictum est) opus habet, quæ ad eas sustentandas adiumento sint; quæ scilicet earum ad inferna delapsum prohibeant: terra nimirum indiget, quæ vniuersum ipsum sustineat; eiusque pondus quoquo modo spiritui imminuat; tum, & ossibus, ac

ligamentis, quibus partes in nitantur, & à quibus delabentes veluti retineantur. Vbi igitur vastum quid, & quod impulsu nostrum exuperet, amouendum est, firma, immotaque, re, magis omnino, quam quod propellendum est, renitente opus habemus; quæ ne aliam in partem retroagatur, retineat nos, & veluti coerceat. Quoniam enim corpore prius contracto, tum eo extenso impulsus sit omnis, & vtramque in partem corpus extendi potest: si quod amoliendum est renitatur, & impelli se repugnet, nisi magis renitens quippiam obstat, in contrariam omnino partem extendatur. Separatum igitur id ab illo, quod propellendum est, sit oportet. Siquidem qui propellit, id agere omnino videtur, quod propellit videlicet à se ipso, & à re, cui innititur, amouere, separareque. Quare qui naui inexistit, nauis inhaeret, vel si Titius sit, minime nauem propellat. Qui enim cuius veluti pars est, pars permanens, & idè omnino, nihilque à se ipso diuisum, à se ipso separatur? At non si Boreas in sit, statumque emittat. Cur non ab ibi inexistente emisus status non aequè nauim propellat, atque ab Hyperboreis vsque spirans? Quin, si hirundo ea prædita sit vi, ut nauim propellere, vel alligatam trahere queat; quantumuis nauis inclusa sit, vel minimum volandi nacta spatium, dubio propellat illam, trahatque. Quid non obstat, quin sibi alligatam, & trahere potens, non secum agat? Corpori certe inclusus, eiusque mole grauatus, ac deorsum detractus spiritus, nulla vsus immoti, retinentisque ope, non partes modò quasuis diu sustinet, commouetque, sed corpus vniuersum, neque in rectum modò, sed in sublimè eleuat, & tantisper sustinet. Quòd si corpore exuatur, nequaquam immoto, vel externo, vel inter no opus habeat vilo; sed se ipsum nullo subleuet negotio, & perpetuò, & quibusuis commoueat motibus, & multo etiam propius per tenuius, quam ipse est, corpus, & cui nihil omnino inniti queat, quam per crassius, renitensque: eaque fortè per illud feratur velocitate; qua caelum ipsum circumuolui videtur, similis ei, cognatusque. Nec verò, si qua mouetur immoto omnia, cui innitatur, firmenturque, opus habent, & curius immobilitas eorum, quæ mouentur, vires exuperet, nihil scilicet contrariam in partem ab ijs se se impelli sinat; quin, & ascendenti igni, & descendenti terræ dandū id sit, dubitare contingit. Aer itaque, & igni, & terræ id præstat, & ignis, & terra, ascendendi ille, hæc verò descendendi vires ab aere, roburque sumat; dum veluti contrariam in partem tendens, vterque ab eo reijcitur. Hoc non pacto animalium motus, impulsusque in partem tendens, vterque ab eo reijcitur. Hoc non pacto animalium motus, impulsusque omnes terra Aristoteli adiuvat. Hæc si absurda Peripateticis, rediculaque visa sint; quæ verè mobilia sunt, ad motum edendum nullo immoto opus habere videantur oportet. At Conditoris nostri bonitas, sapientiaque summè amanda, venerandaque; quæ nimirum entibus quibusuis propriam ex se operandi operationem, se se nimirum conseruandi, oblectandi, facultatem indidit; modumque, & nihil eam aliunde pendentem, sed à propria singulis manantem naturam. At age animæ vires, à quibus animalium corpora Aristoteli mouentur, inquirentem, exponentemque audiamus Aristotelem.

QUOMODO ANIMALIUM CORPORA AB ANIMA ARISTOTELI MOVENTUR. Cap. XX.

De animal.
mot.



A NIMADVERVIMVS (inquit) cogitationem, imaginationem, electionem, voluntatem, & cupiditatem animal mouere, hæc autem omnia ad mentem referuntur, & appetitionem. Imaginatione enim, sensusque eundem habent cum mente locum; cum iudicandi habeant facultatem. Voluntas verò, & ira, & cupiditas appetitiones sunt: electio autem communis est cogitationis, & appetitionis. Quapropter etiam ipsum quod eligi potest. Nō enim omnium, quæ intelliguntur, electio est, sed eorum modò, quæ appetuntur. Mouetur itaque animal appetitione, vel electione, alteratione tamen aliqua per

qua per sensum, aut imaginationem, aut cogitationem facta: sensus scilicet, & imaginatio, & cogitatio animal alterant. Sensus enim statim alteratio quædam est; imaginatio autem, & cogitatio rerum, quarum sunt, habent potestatem. Cogitata enim species calidi, siue frigidi, siue luauis, siue formidabilis, id quodammodo existit, quod vnaqueque res: iccirco sola cogitatione perhorrescunt, & expauescunt. Omnia autem ista perturbationes sunt, alterationesque. Et organicas quidè partes affectiones præparant, appetitio autem affectiones, & appetitionem imaginatio. Hæc autem, vel cogitatione, vel sensu efficitur. Principium igitur in agendi genere ipsum sanè est, quod consecrandū, aut declinandū est. Calor autem, & frigus eorum cogitationem, aut imaginationem necessariò sequuntur. Tristificum namque declinandum, iucundum verò consecrandum: verum isthuc in exiguis valdè obscurū. Sunt autem tristifica, & iucunda ferè oia cum frigore, & calore: quod profecto in affectionibus est manifestum. Confidentia enim, & pauores, & venerci motus, & reliqua in corpore tristifica, & iucunda, alia quidem in partibus cum frigore, & calore sunt, alia verò in vniuerso corpore: memoria autem & spes ijs ipsis tanquam simulacris vtentes alias quidem minus, alias verò magis eorum causa sunt; & ipsæ scilicet calorem efficiunt, & frigus, corpusque alterant. Quapropter recta (inquit) ratione constructa sunt, quæ intrinsecus iacent, & ad initia instrumentaliū partium; vt commutentur, & ex compactis mollia fiant, & ex mollibus compacta, nerui nimirum, qui à corde Aristoteli exoriuntur, indeque ad organicas partes, ad manus, pedesque feruntur; quorum natura & mollescere, & extendi, & durescere, & contrahi apta existit. Animalia præterea spiritum (inquit) conatum habere, & ab eo robur ad motum sumere videntur. Isque ad animalis principium, ad motricem nimirum animæ vim simili modo se habere videtur, vt in stationibus pūctum; quod mouet, & mouetur ad ipsum immobile; & cordi inest ijs, quibus adest cor, alijs verò in parte, quæ cordi proportionem respondet; ibi nimirum singulis, ubi motiua animæ vis. Hic verò & ipse (inquit) per commodè se habet, vt moueri possit, & robur præstare. Motionum namque opera sunt impulsus, & attractio. Iccirco motus instrumentum tum augeri, tum contrahi posse oportet; quod scilicet autum impellat, contractum verò retrahat: talis autem est spiritus natura; excretescere enim, & contrahi potest. Quæ cum hoc contingant modo, & cum actiuum, & patibile talem habeant naturam, qualè sape diximus; quando certè contigerit, ut aliud quidem patibile sit, aliud verò actiuum, neutrique desit aliquid, quod ad eorum definitionem requiratur, confestim aliud quidem agit, aliud verò patitur. Quamobrè simul (vt ita dicatur) intelligit, quòd incedendum est, & incedit, nisi quid obliterit: quemadmodum spontaneæ appellatæ machine parua mutatione facta mouentur, laxatis, se seque mutuò impellentibus uertebis, ita & animalia mouentur. Siquidem eiusmodi habent instrumenta, cum neruorum, tum ossium naturam; & hæc quidem tanquam ibi ligna, & ferrum; neruos autem, vt vertebas; quibus solutis, relaxatisque mouentur. Veruntamen in spontaneis quidem illis nulla sit motus diuersitas, quòd nihil in alterantur; quin si maiores fierent, aut minores, iidem tamen fierent motus, in animalibus autem immutantur. Idem enim in ijs maius, & minus fieri potest, figuræque permutare, auctis partibus ob calorem, rursusque contractis propter frigus, alteratis omnino. Quòd aut parua mutatio in principio facta, magnas in extremis facit differentias, non est obscurū. Siquidem temone paululum translato, magna profectè transpositio. Cum igitur, vel ob calorem, vel ob frigus, vel aliam eiusmodi affectionem alteratio in corde facta fuerit, magna sanè in corpore differentia fiet, cum ruboribus, palloribus, tum horroribus, & tremoribus, aliisque huiusmodi. Vniuersa igitur Aristotelis de animalium motione ratiocinatio huiusmodi videtur (licet enim breuius, quam ab eo factum est, prolixius omnino, minusque distinctè, quam vt facillè intelligi possit, expositam illam colligere, & veluti ante oculos ponere; vt ipsius sententia

tentia magis manifesta fiat, & commodius examinari possit.) Anima, quæ sentit, & quæ intelligit, animal mouet: quod quæ sentit, vel intelligit, ubi vel bona, sectandaq; vel mala, & declinanda ea decernit, imaginationem statim commouet; quæ commota appetitum excitat; ab appetitu verò affectiones fiunt, calor nimirum, & frigus; à quibus spiritus, neruiq; cordi, ubi scilicet affectiones fiunt, inexistentes inalterantur; & spiritus quidem veluti expanditur, amplificaturque, aut constringitur, & in angustius agitur; nerui verò, vel extenduntur, & longiores fiunt, vel contrahuntur, & breuiiores fiunt, his porro immutatis, animal mouearur necesse est. Siquidem amplificationi, extensionique impellunt; imminuti contra, contractionique retrahunt: motus autem omnis, aut impulsus est, aut attractio, aut ex ijs compositus.

SI VERA SIT ARISTOTELIS RATIOCINATIO, ANIMALIUM

motum non animæ, sed calori, frigoriq; vel spiritus potius, neruorumque, incremento, decrementoq; tribuendum esse: at vanam omnino, falsamq; illam esse; utpote quæ neruos à corde exoriri supponat. Cap. XXI.



Idem vera sit Aristotelis ratio cinatio; animalium motus non animæ, sed calori, frigoriq; vel spiritus potius, neruorumque, incremento, decrementoq; tribuendus sit; à quibus nimirum proximè, nulloq; medio animal mouetur. Nā si ab anima illi augentur, imminuunturq; non quidem à propria animæ substantia, naturaq; sed à quapiā eius operatione, quæ nullā quidem ipsa calorem, frigusq; faciendi facultatem habeat, at quā perobscuro quodā modo calor Aristoteli consequitur, frigusq;. Ut si quidem calor ab anima fiat, ex accidente quodam fiat; & si propterea animalium motus principium animæ dandum est; non summe modo remotum id sit, & magis meretricium, quam Medæ malorum abietum Pelio, in nemore incisio; sed ex accidente etiam, & quod pacto nullo in localis motus genere poni possit. Quam longissime igitur ab eo, quod hinc inquiritur, remotum, hoc est à proprio, & efficiente. At vana omnino, falsaq; est; quæ nimirum neruorum principium cor esse, & ab eo ut à proprio fonte eos emanare supponit. Siquidem neruos non à corde, sed à cerebro exoriri, & ex ijs vnum modò, & per exiguum eum ad cor, veluti reliqua ad viscera deferri, cuius inueneri licet; & vel nihil conspectum manifestum est tamen. Siquidem nerui nihil prorsus cordi simile habent rubro, sanguineoq; albi ipsi, penitusque exangues: at cerebro ita similes, ut qui non longius ab eo profecti, ad externa se delati partes paulò aridiores facti sunt, durioresque, nihil prorsus à cerebro differant. At Aristoteli non nerui modò omnes à corde emanent necesse est, sed artetia, venæq; insuper; manifestè & ipsæ moueri conspiciunt, & attrahere, eijcereque. Quæ con quidem subeunt, at summo opere & ipsæ cordis substantiæ dissimiles cum sint; non ab eo exoriri, sed ad eum sanguinis importandi, exportandiq; gratia (id quod reliquis visceribus, reliquisque corporis partibus paulò minus præstant) deferri manifestè apparent. Tum & intestina nihil minus, vesicæq; omnes; quorum nullum cum corde commercium aliquod habere videtur, & quibus omnibus, nec certis earum partibus, sed vniuersis motu indenda est substantia. Siquidem non certis partibus, sed vniuersa, quæ commoda sunt, necessariaque attrahere, superflua verò, noxiaq; eijcere, attrahere nimirum, impellereq; videntur. Quod igitur dictum est; vana omnino, falsaque ratio cinatio Aristotelis omnis iudicanda est, quæ animalia omnia ab anima cordi inexistente moueri astruit; utpote quæ id supponat, quod sensus ipse falsum esse ostendit. Ut ne examinanda quidem positiones, quibus ea innititur, videri possint. At singularum tamen fallacia, infirmitasq; manifesta ut fiat, examinentur singulæ.

AB

AB INCORPOREA, IMMOTAQVE ANIMA, ET IUDICANTE
tantum, appetenteque calorem, & frigus excitari non posse, & si excite-
tur, nec statim, nec ab eius iudicio, vnoque appetitu vtrumq;
excitari posse. Cap. XXII.



ANIMA, ubi quæ sentit, & quæ intelligit bona, amplectendaque, vel mala, declinandaque iudicat, ubi appetit omnino ea, aueraturque, corpus calefieri, & frige fieri, & mille affici modis, ipsis passim intueri licet oculis: & si corporea, mobilisque (qualis nobis posita est) ea sit, & per vniuersum corpus deferri, agitareque id queat, & (quod nobis facere videtur) venis inexistente sanguinem perpetuò secum ferat; oculis etiam ipsis videre liceat, quæ in singulis animæ indicij, singulisque eiusdem appetitionibus animali eueniant; cuius nimirum aduentu statim partes incalescunt, & recessu calore destituuntur. At si (ut Aristoteli placet) incorporea sit, & immota, vnoque in corde residens aliud nihil agat, sed decernat modò quæ sectanda, amplectendaque, & quæ declinanda sint, amoliendaque, & appetat etiam illa, hæc verò aueratur; quomodo eius iudicium, appetitumque calor consequatur, & frigus, est perobscurum, & quod nulla concipi queat imaginatione; quodque non enuntiandum modò Aristoteli erat, sed apertissime explicandum; neque anxie id expectantes perpetuò in alium reiiciendi eramus locum. Vel hic enim aptissimus, ubi adeo obscura, adeoque expectanda res aperiretur; vel in quo animam affectibus obnoxiam corporis partium formam esse contendit. At is utrobique in alium nos locum, in quo aliud reiicit tempus, nec locum, nec tempus his aptius nanciscum posset vllum; à rei scilicet reiiciendi difficultate. Quem enim effingat modum, quo incorporea, atque immota anima, neque igitur calida ipsa, nec motu corpus exagitant calorem illi indar, & nullo temporis momento? Verum enim quidem, quod Aristoteles subdit; ubi actiuum, & passiuum simul sunt, statim quidem illud agere, hoc vero pati; statim nimirum agere illud, & hoc pati quid, & à propria quid dimoueri incipit natura. At non simul actionem illum perficit, & hoc in alienam agitur naturam; quod præsertim agenti substantiæ non proximum sit, cognatumque. Sed si non penitus repugnans, in eius certè, ac contrarij medio collocatum, & veluti à natura media constitutum, æquè nimirum calefieri, & frige fieri aptum (cuiusmodi non nerui modò, sed spiritus etiam ipse Aristoteli videtur) tale quod est, ut inalteretur, tempore opus est: eoque amplius si agens natura vehemens non sit, robustaque; cuiusmodi calor, frigusque, quod anima quid appetente sit, videri non potest. Neque igitur subita hac immutatione summe opus habens Aristoteles (statim enim intelligit, vel sentit anima, & corpus mouet) tam nullo temporis momento fieri illam, absolute proferre est ausus. Sed simul (inquit) ut ita dicatur intelligit, & mouet. At esto detur hoc Aristoteli, & anima quid eligente, & appetente, vel auerfante, calor in corde, & frigus statim fiat; non certè ab vno illius iudicio, vnoque appetitu, & calor fiat, & frigus. Contrariæ enim affectiones à contrarijs fiunt rebus, summa est necessitas. At non in singulis modò animæ indicij, atq; appetitionibus calorem fieri, & frigus, dandum Aristoteli est, sed veluti per vices calorem modò, modò frigus, & vtrumque vehemens modò, modò languidum. Siquidem motus omnis extensis modò Aristoteli sit neruis, modò verò contractis; & modò incitari, modò tardari, & nerui non ab inexistente substantia, neque alia à re, sed à calore extendi, & à frigore contrahi videntur.

S V7

VT CALOR, ET FRIGVS AB VNO ANIMAE
appetitu in corde fiant, & nerui ab ijs extendantur, contrahan-
turque; non tamen propterea animalia moueri posse,
neque verò eorum partes per se neruis solu-
tis, laxatisque. Cap. XXIII.



AT NEQVE si illa etiam omnia dentur Aristoteli; appetente nimirum, aut auersante quid anima calor in corde fiat, & & frigus; & veluti per vices spiritum ille amplificet, neruosque extendat, utrosque hoc imminuat, contrahatque: propterea animalium motus ratio satis explicata videri potest. Siquidem quæ continent, vbi quæ continentur maiora sunt, amplificari quidem ab ijs, ac tumesceri, & propterea ampliore etiam loco donari apparent; non tamen vna modo ex parte, sed vndique, & nequaquam à loco, in quo posita erant, dimoueri, & in anteriorem propelli. Contra, si minora, quæ continentur, fiant, quæ continent, contrahi quidem, & proprii loci parte cedere, at minimè eum totum deserere, videntur. Id quod Thorax declarat; qui pulmone ab inspirato aere dilatato, manifestè intumescere, & ampliore locum occupare, aere verò expirato, & pulmone contracto contrahi, & loco cedere videtur, at nihil anteriorem agi in locum. Id tantum contentia, contentis maioribus, aut minoribus factis, pati possunt, quod & pati videntur, aliud nihil prorsus. Amplificari itaque & ipsa possunt, & maiora fieri vndique, vel vndique contrahi, imminuique; minimè verò locum mutare, & in anteriorem progredi, aut posteriorem. Et quæ itidem extenduntur, contrahunturque, vbi extenduntur, in proximum itidem extendi locum, & vbi contrahuntur, proprii loci parte decedere, minimè verò ex eo demigrare, & eum deserere, inque anteriorem, vel posteriorem ferri videntur vnquam. Eò itaque minus (quod Aristoteli spiritus, neruique facere videntur) quibus indita sunt, vel propellant, vel retrahant. Ut pacto nullo spiritu quantumuis, & quouis aucto modo, & neruis quantumuis extensis, contractisque, vel solutis, laxatisque, animal impelli, aut retrahi, loco omninò dimoueri possit. Eius itaque motus latius oportet, qualis ascendens est ignis, & coeli etiam ipsius; quorum motus neque ipsis vniuersis, neque vlla eorum parte, vel aucta, vel imminuta, nec extensa, aut contracta, nec per impulsu omninò fit, aut attractionem. Minus etiam animal moueri intelligere licet, quod nerui, quibus illius partes veluti vinculis quibusdam alligatae sunt, laxentur, soluanturque; eaque illis solutis; per se, & sponte moueantur sua, machinarum more, quæ spontaneæ dicuntur; quæ laxatis, solutisque, & se se murò impellentibus vertebis moueri videntur. Tantum enim abest, ut neruorum solutione, laxationeque ad motum ædendum partes opus habeant, ut nisi bene ij contenti, beneque robusti sint, nihil prorsus moueri, nec se se sustinere possint partes; graues sui natura, immobilesque cum sint, & manifestè à neruis sustentatae, motusque. Minimè præterea mutuo impulsu, veluti machinarum vertebrae, sic & animalium partes, sed singulae ferè per se reliquis quiescentibus omnibus, extreme præsertim moueri videntur.

N B C

NEC SI AVCTO, IMMINVTOQUE SPIRITV, ET NERVIS
extensis, contractisque animalia moueantur, motus omnis,
eiusque diuersitatis rationem Aristoteli explicatam
esse. Cap. XXIII.



NEC VERÒ si idem detur Aristoteli, & spiritus, neruorumque incrementum animal in anteriorem, eorum verò decrementum in posteriorem agat locum; propterea motus omnis, sed eius modò ratio explicata est; quo partes extenduntur; esto & quo contrahuntur, & simplici quodam, atque vniiformi modò, & veluti natura; & qui nullo voluntatis imperio sisti, variariue possit. Aliorum modus, qui longè plurimi, longèque sunt diuersissimi, & qui assidue, & mille variari modis, & veluti è motibus multis compositi videntur, & qui verè in nostra sunt potestate, & externum nullum prorsus appetente, vel auersante anima, & qui non ab anima quauis fiant, sed ab assuetà tantum, & edocta illis moueri, nequaquam ab Aristotele ostensus videtur. Quin quàm longissimè abest, ut ostendi ab eo possit; qui calori, & trígore spiritum illi amplificanti, neruosque extendenti, utrosque huic per vices contrahenti motum tribuat omnem; temere scilicet agentibus naturis, & quæ nec actionem sistere, nec eam variare aut sciant, aut velint; & tandiù agant, tantumque, tandiù viuunt, & quantum possunt. Si quid enim aliud, motus certè substantia summo sensu, summaque præditæ cognitione committendus est; quæ videlicet, & quæ adiuuant, quæque oblectant sentiat, & quibus ea modis, quibus nimirum motibus, & quantis comparanda sint, reijciendaque intelligat. Non siquidem alia operatione vlla efficere quid animal potest. At neque substantia alia quæ sectanda sunt, vel declinanda, & quibus vtraque motibus, intelligat, alia verò eos ædat. Et manifestè huiusmodi commissus videtur. Is enim perpetuò, tantusque ædi apparet, quali, quantoque opus est; & & vbi noua quædam, & insueta conficienda sunt, manifestè medicari videtur mouens substantia, quibus conficienda sint motibus: ut in artibus, quæ manu fiunt, omnibus, & in cantibus videre est, saltibusque; & motus quosdam non nisi longo vsu, longaque rectè ædit disciplina. Nec quomodo partes mouendæ sint, sciat tantum oportet mouens substantia, sed quocumque visum est modo mouere illas possit. Mille igitur stectere modis sciat oportet, totidemque reflectere, & simul complicare, atque in girum agere, & ceptum, vbi oportet, sistere, aliumque, & longè à priore diuersum auspicari. His enim modis omnibus animalium partes moueri videntur.

MODICAM PRINCIPII IMMVTATIONEM AD MOTVVM DI-
uersitatem satis esse non posse. Cap. XXV.



NEC VERÒ modicam principij immutationem ad tantam motuum diuersitatem, varietatemque satis esse dixerint Peripatetici; & temonis id, proæq; exemplo comprobent; in qua scilicet permagnus fieri videtur, qui perexiguus in temone, in motionis nimirum principio fit motus. Verum enim quidem est, eorum, quæ commouentur, parte, qua primò mota reliquæ mouentur, exiguum quid immutata, summo opere extremam alteram immutari: at nunquam, ut visum est, vel spiritus Aristoteli (qui dubiò procul primò corporeum mouens, primòque corporeum motum ipsi ponitur) locali motu moueri, vel nerui ab eo agitari, commouerique videntur, sed utrosque caleferi, & frigeferi, inalterari omninò. His porrò, quæ inalterantur, secus ac ijs, quæ mouentur, euenire apparet: extrema scilicet sui parte multò minus inalterari, quàm ea, quæ principij lo-

S 2 cum

cum obtinet; utpote quæ ab agente, alteranteque absit magis: ut modica inalteratio in illorum principio facta, nulla, aut perexigua in extremis fiat; & à qua nulla extensio, impulsusque, nec contractio, attractioque fieri possit vlla. Tum ut detur Peripateticis, omnibus spiritum moueri motibus, quibus extremæ animalium partes mouentur, & nerui ab eo emanent, eique appensi commoueantur ab eo; minime tamen, qui tanta motuum diuersitas in extremis fiat, causam explicent vnamquam. Etenim quæ altera sui parte mota mouentur, si quidem rigida sunt, contentaque, nihil vnquam in flexu videntur: mollia autem quæ sunt, flexi; apta, altera eorum parte quouis commota, agitataque modo, vel quiescit altera, vel multo languidius, neque iisdem mouetur motibus, sed alijs, atque alijs confusis omnino, ac remere, non ratione, mensuraque vlla; qua summa extremæ partes moueri videntur. Ut pacto nullo, vel si quibusuis spiritus commoueat motibus, & nerui ab eo, ut à proprio principio agantur, & qualesuis ipsi existant, ijs ab eo flexi modis possint. Extremæ præterea animalium partes nihil vel principio, vel medijs commouis, ipsæ per se commoueri apparent; ut necessariò neruorum portionibus, à quibus singulæ illæ mouentur, mouens principium indendum sit. At age tamen Aristotelè audiamus vno in corde id collocantem. Fortè enim aliquid asserat, quod ibi modò locandum id esse statuatur, & ibi modò residens motus, qui in reliquis sunt partibus, adere possit omnes.

MOTIAM ANIMAE VIM VNO IN CORDE ARISTOTELI
collocari. Cap. XXVI.

De aial.
mot. c. 6



RIMVM, inquit, animal mouens, hoc est motiam animæ vim in aliquo quidem principio esse, necesse est; minimèque ijs in flexibus, qui alterius quidem initium, sed alterius finis videntur: cuiusmodi brachiorum, crurumque flexus visi sunt; qui membris quidem inferioribus motus principium præbere, at idem ipsi à superioribus habere videntur; & quorum nullus prorsus totus immotus, totusque principium videri potest. Brachio enim, & membro quouis commoto, flexus, cui inniti, & à quo motus principium habere videtur, pars quidem quiescit, & pars mouetur; quæ scilicet in commoto est. Ne (quod dictum est) natura eo, ut vno, & ut duobus vti videatur. Verum in eo principio primum mouens omnino locandum est, quod nullius sit finis, sed principium omnium. Quoniam igitur & dextræ, & sinistra animalis partes, & superiores, & inferiores, & anteriores, & posteriores, & harum quæ contrariæ inter se sunt, simul, & nequaquam quòd dextræ, aut superiores quiescant, sinistra, aut inferiores moueri videntur; sed semper in superiori vtraque immotum principium, cui illæ innitantur, inest: necesse est, aliud præter has esse, quod non motum moueat (illæ enim motæ mouent) & cui illæ innitantur; idque in medio illarum omnium esse; in coque animam locari, aliud quidem à dicta magnitudine existens, verum in ea collocatum, hoc est in corde, cui illa omnia euenire videntur. Et rectè hoc, inquit, profectò accidit ratione: siquidem hoc itidem sensitiuum esse asserimus. Idcirco loco, qui circa principium est, alterato, immutatoque, simul & continuè partes, nerui scilicet, qui à corde nasci Aristotelè videntur, cum extenduntur, tum contrahuntur. Et vna hac in parte cum resideat anima, minimèque ijs, quæ alijs in partibus geruntur, interit, rectè tamen fieri omnia. Veluti enim in ciuitate rectè instituta, vbi certus ordo semel est constitutus, nihil singulis, quæ geruntur, adesse principem oportet; vnoquoque, quod mandatum est, quodque ad se pertinet, agente, & aliud post aliud consuetudine efficitur. Sic in animalibus non quidem consuetudine, sed natura singulæ partes suam obeant munus; ut nihil opus sit vniciquæ animam interesse, sed ea certo in corporis principio

cipio consistente, alia quidem viuere, quia sunt annexa; proprium autem opus esse cere per naturam.

ANIMAM E SEMINE EDUCTAM NON VNO IN CORDE, SED
in neruoso genere vniuerso inhabitare. Cap. XXVII.



NEVVISA Aristotelis vno in corde animam locantis ratiocinatio inde pendere videtur; quòd quæcunque mouentur, immoto quopiam, cui innitantur, opus habeant. Et si quidem verum id sit; non inconcinne sanè, partem, cui, quæ mouentur, omnes innixæ moueantur, in medio dextrarum, sinistrarumque, & superiorum, inferiorumque locandam esse, ratiocinatus sit: illæ enim omnes, & contrariæ (ut inquit) quæ sunt, simul interdum moueri videntur. Verum nulla huiusmodi animalis inesse apparet. Nam cor illarum quidem omnium medium, at nequaquam immotum videri potest, assiduo, incessanteque agitato motu. Minus etiã spiritus cordi inexistens; nec si sit, tantulo tantas corporis partes simul inniti Aristotelè placere potest; utpote qui eorum, quæ mouentur, vires ab eius, quod manet, robore exuperari oportere summè contendat. Ut vel hinc intelligere Aristoteles potuerit; vel si quæ mouentur omnia ad motum ædendum immoto opus habeat, minimè id vnum animalibus inesse: neque igitur vno in corporis loco animam ponendam esse, & si non in vniuerso corpore, in singulis saltem flexibus. Id quod in de animalium incesso à re ipsa (ut videtur) quam scilicet proximè ibi attingit, tandem admonitus facere videtur; & quod faciendum omnino esse, animalia multa, exanguia præsertim Aristotelè item declarant; quæ in partes multas incisa, singulis diu viuere, & singulis moueri videntur, iisdemque prorsus motibus, quibus integra mouebantur. Vel ipsi enim Aristotelè propterea id fieri videtur; quòd principium, hoc est motiam animæ vis singulis illis inest. Nam quod positionis tenax subdit, propterea multis eorum in partibus motium inesse principium, quòd illorum quodque perinde constitutum sit, ac si quippiam ex animalibus multis compositum sit, & per absurdum est, & contra proprium etiam dogma. Neque enim animali vni multas inesse animas intelligere licet; & vel ipse animalibus omnibus easdem, aut similes datas esse partes omnes, principes præsertim, contendit; & si quibusdam desint quædam, at quæ ijs proportionè respondeant adesse. Et in viuentibus (ut dictum est) perfectissimisque animalibus partes per se singulæ, seorsumque ab alijs moueri videntur: ut dubitare nō liceat, motiam animæ vim, quin animam ipsam singulis inexistere. Tantumque abest, ut ciuitatis rectè constitutæ, principisq; exemplo anima vna tantum in parte residente partes per se singulas moueri posse edocti simus; ut eo præcipuè partibus, quæ mouentur, singulis animam inesse, admoneamur. Rectè enim Aristotelè ciuitatis more animal gubernari videtur; et verè ciuitati per simile animal est, penè & idem. Etenim veluti ciuitas hominum certus est, iisdem, aut contiguè inhabitans in domibus, & veluti domo in vna è multis composita partibus; sic & animal non aliud videtur, nisi anima corpori vniuerso, cuiusque partibus singulis inexistens. Et veluti in ciuitate princeps est locus, & princeps ibi sedes; quam qui vel per vices obtinet, quæ ad totius ciuitatis salutem spectant, considerat, & quæ geri oportet, mandat; nec verò domibus ea, aut vix, sed, qui in ijs degunt, ciuibus; qui non alia re vlla à principe differunt, nisi quòd huic decernere, mandareque, illis verò parere, & quæ præcepta sunt exequi datum est; at neque ciuibus omnibus, sed ijs modò, qui vbi quid est peragendum, ibi sunt collocati; & qui si satis non sint, & alijs, ut eò accurrant, mandat; & si res vrget, ipse etiam aduolat princeps: sic & in animalibus pars est, in qua quæ residet anima, quæ ad animalis conseruationem necessaria sunt, & prouidet, &

peragi statuit, deeeritque; nō corporis partibus, & nihil percipientibus, & penitus immobilibus, & quę si natura operetur, ad terram delabantur, & perpetuō immobiles ibi iaceant, sed sibi ipsi illis inexistenti, eique sui ipsius portioni, quę parti inest, quę propositus motus xdi optimē potest, & ea, vbi satis non est, alijs opem vt ferant, mandat: & ipsa etiam, quę principem locum obtinet, eō conuolat vniuersa. Vt id modō à ciuitate differre animal videri possit; quōd qui in ea degunt ciues, quique illam constituunt, eodem quidem omnes pręditi ingenio, & homines omninō omnes sunt, & qui vnum omnes videri possint, at separati à se ipsis, disiunctique, & singuli per se existentes: in animalibus vetō quę inest anima nihil verē à se ipsa separata, diuisaque, sed maximē sibi ipsi continua, maximēque vnita, & vna omnino, at quę tamen, quōd diuersis inexistit partibus, in multas diuisa & ipsa videri possit. Rectē igitur (quod dictum est) ciuitati persimile, & illius more gubernari animal Aristotele videtur: at non rectē vna tantum in corporis parte animam vniuersam locandam esse, reliquas exanimas, inanesque faciendas. Neque enim ciuitatis, principisque exemplum id nos admonet, sed in vna quidem parte principem animam, & quę decernit, ac statuit, residere, in reliquis verō, in quibuscunque animę operationes xdi videntur, ipsam quidem eandem animam, at quę principi illi ciuium more pareat, eosque xdat motus, quos xdi decretum illi sit, statutumque. Non ciuibus (inquam) quibus nihil simile habent, cōserendę erant corporis partes, sed domibus, vjsque; quę id ciuibus pręstant, quod animę ille; ciuibus verō, quę illis proportionē respōdent animę portiones diuersis positę in locis. Vel è solo igitur animalium motu intelligere licet, non corporis vniuersi, cordisue formam esse animam, nec substantiā omnino in corde, vt in principe sede residentem, sed aliam à corpore, & in cerebro quidem pręcipuē inhabitare, sed neruoso generi vniuerso inexistere. Huiusmodi enim existens, & externas, & internas corporis partes commouēs, & quę in animam peraguntur, omnia peragens conspicua est, manifesta que. At corporis, aut cordis forma si sit, vel vno si in corde resideat, nē externorum quidem motuum, & summō illorum simplicium opifex videri potest. Nam internos, quibus, quę necessaria sunt, attrahit, & superflua, noxiaque eiicit, quibus scilicet vasa omnia, vt libet, dilatat, constringitque, tantum abest xdere vt possit; vt quęuis docere nos profectus Aristoteles, illorum tamen rationem explicare tentauit nusquā: vt pote qui nisi vasis singularis sentiens, mobilisque inexistat substantia, & organo insuper prędita, quibus dilatare illa queat, contrahereque, modo nullo xdi possint.

SPIRITVM IN CEREBRI VENTRICVLIS, ET IN NERVO SO
 genere contentum animę è semine educę substantiam esse, mors declarat, quę crasso aere ventriculos subeunte, & insignibus neruis
 offensis statim consequitur. Cap. XXVIII.



QUIN & mors, quę crasso aere inspirato, aut insignibus neruis, vel rebus è neruis intertextis offensis, nihil corde ipso, aut vlla alia corporis parte oblata statim consequitur, non corporis vniuersi, vel cordis ipsius formam, sed spiritum in ventriculis, neruosoque genere contentum animę è semine educę substantiam esse apertissime declarat. Cuius nimirum causa, ille si sit anima illa, ijsque inhabitet in rebus, vel nihil quę sita inuenta sit; at quę, si vel corpori vniuerso, vel cordi ipsi, vt propria insit materia, si corporis omninō, aut cordis sit forma, aut etiam substantia cordi inexistens, qualiscunque ea ponatur, nulla inueniri queat ratione. Non scilicet si ex dicta anima, corporeque, vt è forma, & materia compositum sit animal, quod igitur vniuersum vt exitio detur, vniuersa eius corporis substantia eorum.

sumpenda sit: tantulus qui inspiratur aer, seu pulmonem is modō, & cor, seu cerebrum, seu vtrumque subeat, tam nullo temporis momento illorum vllum, vel animal vniuersum perdat. Longē est enim illorum singulorum natura, dispositioque robustior, quā vt ab aere quouis, & quā diuuis agente perdi queat: & quę ab inspirato aere corrumpuntur animalia, nihil prorsus illorum vilo immutato corrumpi videntur. Minus etiam, si alia à cordis substantia anima illa sit, at cordi inexistat, in eoque inhabitet; si pręsertim (qualis Aristoteli ponitur) penitus incorporea sit, nulliq; inherere corpori. Nam quę talia sunt, nulla ea corporea à re corrumpi, immutarique possunt. Tum per pulmonem, & ipsum per cor ad illam delatus aer, benē omninō tenuis ad illam deueniat. Nulla eadem ratio reddi queat, cur integris interdum abscessis membris, modō sine graui insignium neruorum offensione id fiat, nihil terē obledi animal videtur, at neruis quibusdam, musculisque, & ventriculo, rebus scilicet, quibus nerui intertexti sunt, & quę magna ex parte è neruis constant, faucijs, vel cōtulis modō, constrictisq; subito interit animal. Neq; enim neruorum magis, quā carniū, reliquarumq; rerū substantiā animalium vita inherere videri potest. Quin ossi proximum neruosum genus omne cum sit, vitę per se, sensusque, & motus reliquis corporis partibus omnibus minus particeps esse, maximē est rationi congruum. Perobscura igitur, & huius, & illius mortis causa, & quę ratione nulla Aristoteli innotescere possit. At nobis vel nihil quę sita (vt dictum est) manifesta sit. Longē nimirum tenuissimus spiritus, vbi vel ipsius vniuersitas in cerebri ventriculis inhabitans à crassiore inspirato aere, vel quęuis ipsius portio in quouis neruosi generis portione contenta ab externis iectibus, impulsibusque quouis omninō occasione in angustius cogitur, comprimaturque, à propria nimirum tenuitate, propriaque remouetur natura, corrumpitur, inq; aliud abit ens, veluti & flamma angustis inclusa in rebus; quę scilicet propterea nullo extinguuntur temporis momento, quōd quę ex ijs assidue tenuitas elabatur, fumusque nullum inde elabendi aditum nactus ijs immisceatur, itaque eas suffocat. Et vapores in angustius coacti, quacunque id factum sit occasione, corrumpuntur omnes, & in aquas concrefcunt. Nec ea modō corrumpitur perpetuō spiritus portio, quę princeps comprimatur, sed spiritus omninō omnis. Summē enim sibi ipsi vnitus, continuusque, & summa donatus cum sit tenuitate; quę ipsius portioni, cuius passiones induntur, motusque, vniuerso (vt dictum est) communicantur: itaque perpetuō ad laborantem sui portionem statim conuolat vniuersus, quę eam infestant amoliturus. Plurimus igitur interdum; & angustum illapsum in locum, comprimatur ibi, suffocaturque, necesse est. Nec verō summa nobis cognitione pręditi spiritus non se ipsum copiosorem, quā opus est, in laborantes, afflictaq; ingerat partes; aut in ijs, dum quę eum infestant amolitur, vel summopere ab his afflicto, tortusque, non remaneat, & nō ad internitionem vsque cum his depugnet. Non siquidem, vel prudentia, vel moderatione maiore interna, quā externa, aut alio omninō in illis, quā in his agere cum ingenio existimare licet. Nos certē homines, vbi nostrorum quempiam magno quopiam malo opprimi sentimus, non quot commodē id amoliamur, sed omnes aduolamus: nec quisquam quin accurrat, aut ratione ulla retineri, aut vilo coerceri potest malo; nec ut se se inde retrahat, priusquam reiectū illud sit, vel sit tot aduolarint, vt sibi ipsis impedimento sint, & se se mutuo opprimant, adigi potest. Et optima id ratione rerum Conditor spiritui indidit ingenium; vt è partibus, quibus inexistit, quantumuis in ijs diuexetur, nusquam decedat tamen, sed in ijs cum rebus, quę molestiam inferunt, ad internitionem vsque depugnet; & vbi ope is indiget, reliquas ad eum conuolet vniuersus, nihil à malo, quod ibi passurus est, reiectus. Nam si qui afflicto inest partibus, molestiam, qua in his afficitur, pertasus deserat eas, aliusue à malo, quod ibi sustinendum est, deterritus, in eas illabi pigrescat; breui partes omnes corrumpantur. Corde porro faucio statim interit

interit animal; non quod vni ipsi anima insit, & vnum omnino cor vitæ sit fons; vt antiquioribus visum est omnibus. Siquidem vel Galeni testimonio, viuis è victimis eo dempto, arisq. iam imposito, longius ex, tandiùque superuixere, quoad sanguinis profusio commorerentur; & serpentes, testudinesque corde extracto superuixere tamen videtur. Et nuper in Illustris Romani viri corpore, qui à diuturno morbo diuexatus defecerat tandem, nulla profus cordis portio, sed eius tunica tantum reperia fuit; quod nimirum ab immoderato illud calore penitus iam absumptum fuerat vniuersum. Quem igitur corde grauissimè obleso, & magna ex parte, quin & penitus absumpto iam, superuixisse existimandum necessario sit. Quod si cordis opus, huiusq. vsu paulò diligentius intueare; non grauius modò illo obleso, sed (quod dictum est) penitus consumpto, extracto etiam, aliquandiu animal viuere posse, manifestè videas. Quoniam enim (vt suo amplius explicabitur loco) propterea tantum animali adiectum fuit cor; vt sanguinem in iecinore confectum amplius elaboret; calidiorē scilicet, tenuioremque faceret: nec verò vt aliam hic in rem, in quam ille agi non posset, ageretur, sed vt & ipse in carnosum, neruosumque, concreceret genus; & ipso illi commisso genus vtrumque, calidius fieret; præterea & vt spiritus ex ipso educeretur longè, quàm ex illo copiosior, calidiorque, & tenuior; eadem omnino, quæ è sanguine vno in iecinore confecto, at copiosiores, præstantioresque fierent res: vtique (quod dictum est) corde quouis modo obleso, demptoque, modò sine graui id spiritus offensione factum sit, animal aliquandiu viuere posse, liquidò patet. Itaque quin animalis mors, quæ vel leuissimum cordis vulnus consequitur, non cordis ipsius, sed tunice, quæ ipsum ambit, & spiritus omnino, qui longè plurimus ei inest, offensionem cõsequatur, nulli dubium esse potest. Cum præsertim alijs animalis partibus omnibus, quæ & ipse multum continent spiritum, vulneratis (quod, si vni cordi vitæ principium, & ipsa omnino insit anima, minimè eueniat) æquè præfens, ac corde saucio, statim animal commoriatur.

IDEM ET MORS DECLARAT, QUAE DICTA ANIMA VEHEMENTER affecta sequitur, nulla corporis parte oblesâ. Cap. XXIX.



Mors itidem, quæ corpore nihil vsquam obleso, sed vel nimis bonis, ijsque inexpectatis affluentibus, vel malis, & imminentibus etiã vtrisque, nec nobis modò, sed nostris quidem, at à nobis diuisis, distinctisque consequitur, non corporis vniuersi, nec cordis vnus formam, nec separatam à corpore, at incorpoream, sed & separatam, & corpoream, & talè omnino, qualis nobis posita est, è femine educit animam esse, manifestat. Qua enim imaginatione concipias, aut corpus vniuersum, aut ipsum cor ab imminentibus, & ab alienis etiam bonis, malisue corrumpi posse? oportet autem. Neque enim quod è forma, materiaque compositum est, aut vniuersum ipsum, aut sola eius forma corrupta videri potest, subiecto, re nimirum ex vtraque composita incolumi remanente. Idem enim, & corruptum esset, & non corruptum. Minus etiam intelligas, incorpoream substantiam, quod aliena bona, aut mala percipiat, corrumpi, aut eius perceptione corpus, cui inexistit, immutari. At si corporea ea quidem, at longè tenuissima, si spiritus omnino sit neruoso in genere inhabitans, huiusmodi cum sensu, perceptioneque; corrumpi, manifestè intelligas. Propriæ scilicet conseruationis (vt suo amplius explicabitur loco) longè appetentissimus spiritus, & celsus sui natura, gloriosusque, rebus succedentibus, quæ quauis ipsum corruant ratione, summopere tristatur, deijciturque; & nec ipse ea intueri, nec alijs manifesta fieri sustinet. Itaque veluti abdens se se principem vniuersum ad sedem, & ad propriam recipit vniuersitatem; tantusque in illa sit, vt comprimatur, proindeque

& corumpatur tandem. Et vel respirandi interea fortè, pulsandique; & quauis alia quantumuis ad vitæ conseruationem necessaria munera, obire negligit; vt qui esse, operariute amplius nihil curat. Magno contra quopiã bono, inexpectato præsertim adueniente, summopere exhilaratur, attolliturque; & præ letitia gestiens, lasciuensque, & se se beatum ostentandi percupidus, externas ad partes, ad eas præsertim, in quibus maximè conspicuus sit, exilit vniuersus. Itaque copiosior in earum angustijs factus, quàm vt in propria seruari queat tenuitate, comprimitur, corumpiturque tandem. Et promptius (vt videtur) bono, quàm malo rerum successu comprimitur; corumpiturque. Spiritus; quod promptius bono, quæ eueniunt, quàm mala intuetur; proindeque & motibus, qui illorum, quàm qui horum sectantur inruitum, commouetur, & in angustiorem omnino adigitur locum. Eodem scilicet modo, & malis ingruentibus, & bonis affluentibus in internis, quo & in externis operatur spiritus. Nam & nos homines libentissimè quæ eueniunt occultamus mala; ijsque oppressi reliquorum conspectum declinamus, eorum modò consuetudine contenti, quibus illa communia sunt; & vel quæ maximè ad nostri conseruationem bona sunt, necessariaque munera obire negligimus. Bonò contra rerum successu exhilarati, elatique, quæ euenere bona, & nos ipsos ostentandi nullum facimus finem; & ab eorum spectaculo, contemplationeque detenti, officiorum, munerumque obliuiscimur omnium. Quin & obitam perire nonnulli; quod in iuria affectus spiritus, eamque propulsandi desiderio accensus externas ad partes, quibus motus sit, effunditur vniuersus. Itaque tantus in ijs sit, vt se ipsum comprimatur, suffoceturque. Spiritum omnino, & tenuitatem omnem manifestè loci angustia oppressam perpetuò corrumpi intuitis, & aliud nihil profus intuentibus, à quo in tristitia, timoreque, & in letitia, atque iracundia corrumpi spiritus queat, & in illis ad cerebri ventriculos, in his externas ad partes vniuersum effunditur, & in vtrisque propterea corrumpi, quod in vtrisque comprimatur, suffoceturque; existimandum videtur.

TEMPORARIUM IDEM INTERITVS, APOPLEXIA, ANIMAE deliquia, & somnus idem declarant. Cap. XXX.



TEMPORARIUM idem interitus, apoplexia, animæ deliquia, & somnus, animam è femine educit non corporis vniuersi, nec cordis formam, sed spiritum omnino esse in cerebri (vt dictum est) ventriculis, vni in principe sede residentem, tum & reliquis neruosi generis portionibus, proindeque & singulis corporis partibus in existentem, manifestat. Etenim si corporis vniuersi, aut cordis ipsius forma est huiusmodi anima, vel etiam substantia in corde residens, & in corde omnino sensus (vt Aristoteli placet) sit; indeque motus omnis penderet; cur reliquo corpore nihil affecto, nec corde ipso obleso quicquam, sed spinalis medullæ meatu crassitie quapiam occluso eueniat apoplexia, temporaria nimirum mors? Est & ubi mors etiam ipsa. Nam ob id fieri apoplexiam, quod meatus is à crassitie occludatur; & medici consentiunt ead vnum omnes; & eius in primis manifestat curatio; quæ scilicet attenuantibus rebus ibi appositis præcipue fit. Cur item singulis alijs corporis partibus, vel longissime à corde remotis malo quopiã afflicti; animæ deliquia fiunt? Propterea enim euenire animæ deliquia, animæ scilicet sensu omni, omniq; destituti motu, quod laborantem vnam in partem anima dicta confluxit omnis, & medicis placet omnibus, & res ipsa declarat. Præcipue enim insignem partium dolorem deliquia consequi videntur. Cur denique nulla alia corporis parte aliud passa quicquam, sed capite modò multis, vel crassioribus vaporibus oppleto; in somnum delabitur animal? Nam à vaporibus ad cerebri ventriculos sublatis, & nequaquam in fluores coactis, ijsque ad cordelatis

delatis (vt Aristoteli placet) sed spiritum in illis inhabitantem opprimentibus, turbantibusque somnum fieri, satis est (vt existimo) in proprio declaratum commentatio. Non quidem, si qualis Aristoteli videtur anima illa sit, dictis in corporis affectibus veluti demortuum fiat animal, sensu omni, omniq; destitutum motu. At qualis nobis posita est illa si sit, hæc itidem quomodo eueniant, nullo innotescunt labore. Vbi scilicet (vt dictum est) parte in quauis laborat, doletque spiritus, vniuersus ad illam confluit, vt quæ ibi eum infestant amoliatur. Reliquæ igitur sensus, motusque, & vitæ auctore destitutæ, sensu, motuque, & vita tantisper destituuntur, dum ad eas ille redeat. Eò autem amplius, ubi insigni oblesus est in parte; cui scilicet plurimus ipse inest, & quæ spiritui summo est usui. Cuiusmodi uel in primis spinalis medulla, eiusque est cauitas; in qua nimirum paulò minor, atque in cerebri uentriculis inhabitat eius portio; & quæ ad infernas corporis partes defertur omnes. Vnde ea insuper ratione, & apoplexia, & animæ deliquia amplius curantur: qui scilicet alijs in corporis partibus reliquus factus est spiritus, cruciatur in eis, diuexaturque; ut in eis etiam affligi se sentiens, ad eas redeat. Id uero in eo amplius expositum est commentario; in quo animal vniuersum ab vnica animæ substantia gubernari expositum est. Et ubi itidem, vel se ipsum imminutum refecturus, vel elatos, infestantesque vapores inuersurus, reliquis sedibus derelictis in cerebri uentriculos se se colligit spiritus, & (quod dormire dicitur) concidit animal, & veluti demortuum iacet; quòd nimirum quæ ipsum subleuabat substantia, & quæ sentiebat, spiritus nimirum non tantus extremis partibus inest, quantus vt eas subleuet, & vt quasuis rerum actiones sentiat, sit oportet. At è uentriculis quocunq; euocatus modo, & per corpus iterum ditiusus, reuiuiscere animal videtur, sensu restitutum, motuque.

QVAE IN VARIIS ANIMAE AFFECTIIONIBVS ANIMALIBVS
eueniunt, animam è semine educatam aliud à corpore, & corpoream, mobili
lemque esse declarant: & cur quæ in timore, iracundiaque, & vere-
cundia eueniunt, eueniant. Cap. XXXI.

POSTREMÒ & quæ animalibus in varijs animæ affectionibus eueniunt, animam è semine educatam nec corporis vniuersi, nec eius partium formam esse manifestè declarant. Quòd nimirum si talis sit, illorum causa nulla explicari queat ratione. Itaq; (vt dictum est) nusquam eam declarare tentauit Aristoteles; sed perpetuò in alium nos locum, inq; aliud reiecit tempus. At si alia à corpore, & corporea, mobilisq; anima illa, qui nobis omninò posita est, si ponatur spiritus, manifestissima fiat. Propterea scilicet imminens malum intuentes, vel præteritum etiã, remotumue imaginantes tremore corripimur, & oculi minimi, tristesq; fiunt, & veluti trepidantes; quòd perterrefacta spiritus vniuersitas portiones reliquas, ijs se ipsam vt munit, conuocat omnis; vel eæ turbatam, contractamque illam sentientes sponte sua ad illam conuolat. Itaque modica singularum parte in partibus facta, ægrè eas sustinet, & oneri interdum cedit: proindeque, quòd sursum eæ modò à spiritu attolluntur, à propria modò grauitate deorsum detrahuntur, tremere videntur. At quoniam, vel nihil elatae, commotæue partes, quin vel benè firmis in nixæ rebus, huc modò, modò uero illuc ferti, & tremere omninò videntur; huiusmodi partium tremor non inexistens spiritus imbecillitati, sed vniuersitatis trepidationi attribuendus est. Propterea scilicet ita partes contremiscere existimandū est; quòd spiritus vniuersitas ab imminente malo perterrefacta, nec consistere, nec certo moueri potest motu; sed veluti amens facta, huc modò, modò illuc fertur. Et quòd (vt suo amplius declaratum est loco) si non motuum omnium, quibus spiritus portiones mouentur, at plurimorum certè ab ipsa ijs

vniuers-

vniuersitate principium inditur, ipsæ itidem, proindeque & partes, quibus inditæ sunt, huc modò, modò illuc aguntur; tremere nimirum videntur. Externæ porro partes omnes, & eæ præsertim, quæ pluribus, magisq; manifestis abundant venis, albæ, frigidæque, & oculi imminuti, tristesq; fiunt, & trepidare & ipsi videntur; quòd singulis è corporis partibus bona inexistens spiritus portio ad vniuersitatem confluit; & quæ reliqua in oculis facta est, veluti reliquæ, vniuersitatis motu commouetur. Et quibus præsentia mala intuentes, ijsdem & præterita, remotaque imaginantes afficimur modis; quòd res quasuis imaginans, motus recollit, quibus eas sentiens commotus est: vt neusea, qua nauigationis memores, & cibos intuentes, qui illam interdum fecere, afficimur, declarant. Et (vt suo expositum est loco) quæ imaginatur spiritus, non alio modo, aliaue imaginari potest ratione, quam motus recolens, quibus à singulis commotus est. In iracundia contra corpus omne incalescit, atq; adeò accenditur, & oculi turbulenti, rubicundi que, & flammæ apparent, & si Theophrasto credimus, est è quibus flammæ effluxere; quòd nimirum acceptam iniuriam ferre impotens spiritus, vindictæq; ardens cupiditate, & moliens eam, paransque, magno per vniuersum corpus effunditur impetu, & in extremas, quibus motus sit, conuolat partes. Iure igitur (quæ eueniunt) & externæ partes rubent, incalescuntq; omnes; & vniuersum accenditur corpus; & oculi magni, turbulentiq; fiunt, & veluti malum minitantes, qui certè intuentem spiritum valde turbent; siquidem plurimus in eos confluit spiritus, & longè rapidissimo per humores delatus motu, ventorum ritu è mari emergentium, confundit eos, & veluti discerpit, dilaniatque; qui igitur, veluti turbatum mare intuentem spiritum exagitent, molestiaq; afficiant. Motu enim is sumopere quidem oblectatur, at non rapido certè, confusoque, & à quo à se ipso diuidatur, distrahaturque, sed placido, lenique, & à quo sibi ipsi collectus moueatur. Et ubi veluti in flammæ acti, & flammæ omninò, ignei que apparent oculi; propterea huiusmodi apparent, quòd longè copiosissimus, & tantus omninò in eos confluit spiritus, quantum explicatum capere ij nequeant. Itaq; adeò se ipsum colligat, contrahatq; oportet, vt visibilis fiat, lucidusque. In verecundia itidem erubescimur. Eadè enim iracundiæ verecundia, indignatio scilicet & ipsa est, at non in alios, sed in nos ipsos errantes, peccantesque. Itaq; veluti in illa, ita & in hac exagitata, accensa que spiritus vniuersitas portiones exagitat, & quampiam sui ipsius ad eas effundit partem.

CVR CORPORI EVENIUNT, QVAE MAERORE, AVT LAETITIA
affecta huiusmodi anima euenire apparent. Cap. XXXII.

IN sollicitudinibus autem, atq; in mæroribus, veluti & in timore sumopere languet, & vix se se sustinet animal; & externæ partes albæ omninò, frigidæque; & oculi parui, tristesque fiunt. Vna omninò partium trepidatione excepta (quæ, quòd nullum in mæroribus spiritus expectat, pauetq; malum, sed passum modò luget, nulla sit; itaq; non in timore trepidat spūs, & veluti illud vitandi modum inquirat, sed illi succumbens iacet, torpetq;) reliqua quæ in timore, in mærore itidem, at minoræ certè eueniunt omnia. Nā quòd imminet malum multò grauius, quam præteritum spiritum turbat, exagitatque. Siquidè quæ adeò is aestimat, adeoq; cara habet, propriaque, ut sine ijs esse posse desperet, & nolit etiã, atque exhorreat; ijs post demptis, & veluti sine ijs uiuere edoctus, assuetusque, uiuere sustinet, atque appetit etiã. Eueniunt porro illa omnia; quòd celsus sui natura, erectusque, & propriæ conseruationis, propriiq; boni sumopere appetès spiritus, miser, abiectusque, & corruptioni obnoxius videri non sustinet; itaq; retrahit se se, & veluti abdit. Letitia contra affectus, bono nimirum rerum successu exhilaratus, elatusque, & nullum iam timens malum

malum, nulliusque indigens rei, & se se ut oblectet, ostentetque; curas modò, vniuersum in corpus, & in partes præcipuè effunditur, in quibus magis cõspicuum sit. Itaque blandè quidem, leniterque, ac calens, rubentque externæ partes omnes, & os præsertim; quin & amplius id sit, nitidiusque. Et oculi non multò modò grandiores, sed multò etiam splendidiore sunt; & qui, quòd non ut in iracundia tantus in eos illapsus est spiritus, nec adeo rapido, & seipsum, & humores exagitat motu, ut & ueluti flammæ ipse fiat, & humores confundantur, & ueluti discerpantur, sed tantus modò, ut bene visibilis, splendidusque fiat; adeoque placido commouetur motu, nihil ut humores cõfundat qui omninò, quòd quæ ab ijs relucet lux splendore blando, blandoque intuentem spiritum cõmouet motu, summa ipsum afficiunt uoluptate, qui præsertim nitore excellunt, fulgoreque. Itaque (ut unde digressi sumus redeamus) animam è semine educatam corporis formam non esse, sed à corpore separatam, distinctamque, ita declarat existimamus; ut si pluribus id declarem, superflui, ambitiosi; uideri possimus, & simus omninò, cum præsertim in dicto itidem manifestatum id sit commentario. Rationes modò exponendæ sunt, reiiciendæque, quæ corpori uniuerso uniuersam animam, & quæ certas eius portiones, certis corporis partibus, ut propriam formam indendam; tum & quæ formarum aliarum more incorpoream quidem eam omnem, at præter formarum aliarum morem nulli prorsus corpori inherere, sed per se existere Aristoteli declarant. Nam diuersis à rationibus in adeo diuersas sententias distractos fuisse Peripateticos, in ipsorum manifestum fiet dictis. Illud tamen præmonitos lectores volo, quòd & superius; me ab Aristotele in animam è semine educatam dissentire; qui uoluit corporis esse formam: nam de rationali, modò ipse eam corporis formam esse asserat, parum discrepo.

VNAM MODO, EANDEMQUE ANIMAM CORPORIS VNI-
 uersam, diuersas modò animæ partes diuersarum corporis partium
 formas esse, modò uero vni cordi animam inexisterem om-
 nem Aristoteli visum esse. Cap. XXXIII.

q. de ani-
 ma ter.
 3. et seq.



HUIC (inquit Aristoteles) vnum genus substantia est. Huius autem hæc quidem ut materia, quæ secundum se ipsam hoc aliquid videtur, est; altera ut forma, & species, secundum quam hoc aliquid illa sit; tertia uero ex ijs composita. Maxime autem substantia corpora sunt, & horum naturalia. Naturalium porro alia uita sortita sunt, alia minime: uiuere autem ea dicimus, quæ se nutriendi, augendique obtinent facultatem. Itaque corpus naturale uitæ particeps substantia est, & substantia ut composita. Quoniam igitur non simpliciter id corpus, sed tale; uitam enim sortitum est; è corpore nimirum, uitæque, uel ea è substantia compositum, quæ uiuendi facultatem, & ipsam affert uitam; & corpus forma uideri non potest; neque enim quæ formæ cõueniunt, uel subiecto inherere, uel de subiecto dici potest corpus, quin manifestè subiectum est, & materia; necesse est animæ substantiam, ut formam esse corporis naturalis potentia uitam habentis, organici nimirum. Et alibi, Quoniã, inquit, (quod, per se, & à corpore distincta si sit anima, euenire minime queat) quæ uis animalis pars se se nutriendi, & quæ patitur sentiendi, ijs uidelicet facultatibus, quæ maxime animæ propriæ sunt, donata est: utique corpori uniuerso ut propria forma, & formarum aliarum ritu incorporea anima sit oportet. Quin & corporis dissolutione, corruptioque, & animalis operationum cessatio, quæ animæ exitium, extinctionemque; insequitur, animam corpori ut formam inesse Peripateticis declarat. Siquidem eadem quæ uis forma abeunte corrumpi apparent omnia; & quæ entia adunt operationes, si quidem non solius sunt formæ, quæ scilicet nusquam sola adest, sed compositi sunt

nitunt omnes; at inexistentis certè formæ opera aduntur omnes: quas igitur quod adere cessat ens, propria præinexistente forma priuatū id esse existimandum est. Itaque (ut videtur) singulas corporis partes se se nutriendi, propriasque, passiones sentiendi facultate præditas, quin plantarū partes à propria uniuersitate abstractas uiuere tamen, siquæ similes generare, & insectorum diuisorū partem utranque sentire, moueri, singulis omninò animalis partibus substantiã inesse, quæ uitam, sensumque, & motum ijs præstaret, in tui Peripatetici, nihil partiū diuersitatem ueriti (quæ ne unam, eandemque, oibus formam inderet, summe prohibebat) unã prorsus, eandemque, animam ita corpori uniuerso inesse enuntiarunt, ueluti aquæ natura integra uniuersa inest aquæ. Totam itaque animam non corpori modò toti, sed cuilibet eius parti inidere. At alibi diuersis in corporis partibus diuersarum rerum naturam sentiri, & diuersis in animæ affectibus diuersas corporis partes immutari, & diuersis omninò in partibus diuersas quæ operationes, & quæ ab una, eadèque, substantia ad non posse suspicari liceat, fortè & diuersissimis è rebus (qualibet unam, eandèque, substantiam, ut propriam formam inderet ipse in primis prohibet Aristoteles) compositum animalis corpus intuitus, animam (ut videtur) in multas diuidit partes, è multisque, cõponit substantijs; & singulas ijs in dit corporis partibus, quæ proprijs à sensibus pati, uel certis in animæ affectibus præcipuè cõmoueri, immutari, uel proprias quasdam adere apparent operationes. Itaque explicata atque uniuersa ratione, Oportet (inquit) & in partibus, quòd dictum est, speculari. Si quidè oculus animal foret, uisus illius substantia, quæ secundum formam esset, oculus autè uisus materia; & eo deficiente non est amplius oculus, nisi æquinocè, ueluti lapideus, aut picus. Oportet autè quòd in parte in toto uiuentis corpore sumere; *ἀπό τῆς ἑσῆς*, ut pars ad partem, sic sensus totus ad totum sentiens corpus, quatenus tale. Patet igitur, quòd anima à corpore separari non possit, uel eius partes quædam, si partibilis est. Quarundam. n. corporis partium quædam animæ partes manifestè forma sunt, & perfectio. Et alibi cum animæ substantiam, tum quam ad corpus cõmunionem habeat, inquirès, Ut (inquit) animæ substantia manifesta fiat, uel in primis num eius passiones, operationesque, unius sint animæ, an ad corpus itidè pertineant, & animæ, corporisque, communes, itaque; non unius animæ, sed compositi, & animalis omninò sint omnes, considerandum omninò est. Quòd nimirum, si nulla anima solius opera, nullæque, passiones, sed compositi sunt omnes, animam corporis formam esse, ab eoque, separari non posse, siquidè pateat. Quid. n. iners in sit, defes que? At anima (inquit) passiones ad unam omnes corpus itidem pertinere, & cum corpore fieri, manifestum est, ex candelentiam, metum, confidentiam, misericordiam, præterea & gaudiū, & amorè, odiumque. Manifestè. n. in ijs oibus corpus quid patitur. Et corporis omninò affectus hos esse omnes, & substantiæ corpori ut propriæ materiæ inherenti, inde manifestè intelligere licet; quòd uel inuicissimis interdū, manifestissimisque, irascendi, & metuendi incidentibus causis, nihil irascimur, nihil timemus, interdū uero languidissimis, obsecrissimisque, ira inslamur, & timore corripimur; ubi. s. tumet corpus, itaque, se habet, uel in i & ubi irascimur. Et amplius, quòd nullo prorsus formidabili accidente, eadè, quæ timore correpti patimur; ob talem. s. corporis dispositionem, affectionemque. Itaque manifestum est, affectus omnes rationes esse materiales, formas nimirum materiæ inditas; & in singulis eorū rationibus materiam assumendam esse; partium. s. in quibus singuli manifestantur, immutationes afferendas esse; sanguinis uidelicet seruoic in excandescencia definitione. At alibi animam omnem vni in dit cordi, partes reliquas exanimis facit. uiuere aut, quòd cordi annexæ sunt. Id uero uel si in ijs, quæ animalium motionis causam explicanti Aristoteli dicta sunt, satis conspectū est; ne grauemur tū rationes, quibus singulas illius portiones, uitalè, nutritiuam, generatiuam, sensitiuam, imaginatiuam, intellectiuam, præterea & affectibus obnoxiam, motiuamque, cordi Peripatetici induunt, in tueri. Nã ijs, quæ ibi ab Aristotele allata sunt, non cõtenti, alijs etiã, & ab ipso de prompitis Aristotele, & motiuam, & quæ afficitur animam cordi inditam esse, ratiocinantur. Quoniam (inquit) cor reliquarum animalis partium primū constituitur, quin ab iplo forma-

Tex. 9.

Tex. 13.

T to iam

to iam partes reliquæ oēs efformantur; & calor, cuius opera externæ res in sanguinẽ, in nutrimenti scilicet, generationisq. materiã inuertuntur, summus cordi inest; & in corde oĩdõ sanguis conficitur; indeq. uenit, quæ sanguinem cum ad reliquas corporis partes nutriẽdas, tum & ad seminaria uasa, ut amplius quid in ijs agatur in semẽ agatur, exportat, producantur: utiq. uitalem, nutritiuamq., & generatiuam animam cordi inesse summẽ est rationi congruũ. Et quoniam nerui oēs, qui manifestè sensum singulis afferunt partibus, à corde exoriuntur, tũ uerò ijs, qui tactus, gustusq. organa sunt; & ubi ijs sunt sensus, ibi reliquos oēs fieri, & communem, principẽq. sensum, præterea & phantasiã esse oportet; neque. n. siquidem ratione, subiecto itidem alia à sensu uideri potest phantasia; & ubi phantasia, intellectus itidẽ ibi sit necesse est; etenim ueluti quæ imaginatur phantasia, à sensu ea habet oĩa, sic ipsa intellectui, quæ intelligit, omnia subministrat: utiq. & sensitiua, & imaginatiua, ac intellectiua anima cordi indẽda est. Et quoniam uix constitutum cor moueri incipit; & dum aial uiuit, moueri nunquam cessat; quin ex animali detractum, eoq. penitus iam immobili factõ, aliquantisper tũ agitatur: utiq. & motiuam animã cordi inesse existimandum est, summẽ. s. mobili uisceri, summẽq. motu gaudenti. Animam unam modõ, & unius omnem, eiusdemq. faciẽs Aristoteles substantiã, itaq. non toti modõ corpori, sed cuilibet eius parti totam indens, in multas modõ illam dissecans partes, & ueluti è multis cõponens substantijs, & singulas proprijs indens corporis partibus, partes modõ reliquas ex animæ faciẽs, & unũ cordi animam indens omnem; quin animæ is substantiã nihil intuitus sit, nè eius quidẽ amatoribus dubium esse existimo. Ut si rationes, quibus eam corpori, ut propriam formam indendam astruit, quocunq. id faciat modo, nihil reijciamus, nemo fortè nos incuset. Cui enim animæ is sedem, subiectumq. intuitus uideri potest; qui eius substantiam nihil prorsus inspexerit, quique in illo assignando ad eõ sibi ipsi dissentiat; aduersusque sit? At examinentur tamen singula.

ANIMAM E SEMINE EDUCTAM, UNAM, EANDEMQUE CORPORI UNIERSO, & CUILIBET EIUS PARTI UT PROPRIAM FORMAM INDI NON POSSE.
Cap. XXXIIII.



SI quidem entia queuis, uel que è diuersis, difformibusq. rebus mutuõ sibi ipsis unis, conglutinatisq., quocunq. id factum sit modo, cõposita sunt, unum ponenda sunt, & rerum, è quibus cõstant, formæ una uicem obtinere, reliquæ uerò materiæ, & subiecti; itaq. ex anima, corporeq., è multis & ipso, summẽq. inter se dissidentibus rebus cõposito constitutum animal necessariõ unum ponendũ sit: rectè sanè Peripateticis positum sit, animalium animam è semine eductam formam esse. Si quidem eũ corpus uniuersum, tum queuis eius pars quã longissimè abest, forma ut uideri possit. At non modõ illud necessarium, sed ne possibile quidem est. Quĩ enim è diuersis, difformibusq. rebus quod constat ens, unum id sit, & una à substantia cõstitutum, informatũq. Quin summẽ simile, & unius modõ actionis, operationisq. unius potẽs ens sit, oportet, quod unũ, unaq. à substantia actionum, diuersarumq. potens operatio nũ à diuersis id naturis, & à contrarijs insuper, si eius partium actiones, operationesq. contrarij sint, constitutũ sit, summa est necessitas. Quoniã. n. quodcunq. sunt, & quodcunq. operantur entia, à formis id sunt, à formisq. id operatur, que speciẽ, dispositionẽq., & uires diuersas, contrariasq. sortita sunt, quin à diuersis ea formis informata, à diuersis nimirũ naturis cõstituta sunt, dubitare non licet. Aial itaq. non è longè tantũ plurimis, longeq. diuersissimis cõpositum rebus, è summẽ nimirũ mobilibus, summẽq. sentibus, & è summẽ itidẽ immobilibus, summẽq. iuxta Peripateticos stupidis, minimè oĩum una à substantia constitutũ, informatũq. uideri potest. Diuersæ. s. res ubi sibi ipsis cocunt quidẽ, & quouis etiã iunguntur, unianturq. modo; singulæ tũ in propria

pria seruantur natura, nequaquam unum eã cocunt in ens; at ibi tantũ, ubi ab una oēs exuperantur natura, & in summẽ (ut dictum est) simile ens, & nõ eadem modõ specie, sed uiribus etiã ijsdem preditum aguntur omnes. Animal igitur quãtum ad animam pertinet, quæ è semine educitur, eo modo, eaq. ratione ens unũ ponere licet, quo & nauis: quæ. s. è multis cõposita est rebus; at quæ, quod clauis, funibusque sibi ipsis affixæ, unitaq. sunt, ueluti unum in corpus. & ens in unum acta apparent. Et animali omninõ nauis; cui nauis insunt, persimilis est; & si nihil nauis conspiciantur, animal omninõ uideri queat, benè sentiens, benèq. mobile; quæ scilicet animalis ritu, & imminens uitæ malum, & ad remotum fertur bonum. A manifestis porrõ corporis partibus distincta cam sit anima è semine educta, omnes tamen nutriuntur, sentiuntq.; quod nulla prorsus adest corporis pars, cui quapiam neruosi generis portio admixta non sit. Cutis certè, quæ uniuersum contegit corpus, paulõ è neruis minũs, quã è carne constituta est: & uenulas ubiq. adesse, sanguis declarat, qui quauis corporis parte incisa statim erumpit. Iis igitur oĩbus anima cum insit, corpori uniuerso materiam, qua nutrir, reficiq. queat, affert; & in uniuerso ipsa cum sentiat, uniuersum sentire apparet. Et animæ recessu breui corpus uniuersum corrumpitur; non quidem, quod eius forma, substantiaq. abierit; id enim si fiat, nullo temporis momento penitus corruptatur; nusquam certè (quod passim euenire uidetur, benè præcipuè compactis corporibus; & frigido sub calo) diũ idem remanear, aliud nihil passum, nihilq. immutarum, sed uita tantũ, motuq. destitutum; qui scilicet non corporis, sed inexistens erat spiritus: sed quod substantia recesserit, quæ nutrimentum illi, refectio nemque parabat, suggerebatque. Molle enim, calidumque, è quo uidelicet calor omnis, omnisq. statim elabitur tenuitas, reficiendum est, si seruandum; in elapsi uidelicet caloris, elapsæque tenuitatis alius calor, aliaque indenda est tenuitas. Quod corpus per se moliri non potest; languens, atque immobile.

MINUS ETIAM CERTAS ILLIUS ANIMAE PORTIONES CERTIS CORPORIS PARTIBUS; UT EARUM FORMAS INDI POSSE. Cap. XXXV.



MINUS ETIAM INCUSANDUS UIDEATUR ARISTOTELES ANIMAM DIUERSAS IN PARTES DISSECANS, & EARUM SINGULAS CERTIS INDENS CORPORIS PARTIBUS. Nã & sibi ipsi, & sensui amplius dissentire, & iners insuper, ignauusque id agens uideri potest. Cui (inquit) sensus inest, huic uoluptas, & molestia; & iucundum, & molestum insunt, oportet: & cui hæc appetitus; siquidem appetitus iucundi est: eadem. s. sentienti anima quæ appetit, & quæ afficitur. Et alibi, Nisi (inquit) una, eademq. anima sensilia sentiat oĩa, nihil eorũ differẽtias magis disiudicare queat, quã tu, & ego eorũ, que seorsum ab altero cognouit alter. Una scilicet, eadẽq. aia sensilia percipit oĩa. Et que afficitur, uelit, nolit Aristoteles; nõ sibi ipsi tantũ oĩem, ac intelligenti itidem unam, eandẽq. ponat, summẽ est necessariũ: ibi modõ indignari illam intuens, predicansq., ubi contemptã se, & iniuria affectã iudicat, alia nunquam; & ibi timere, ubi malum quippiã imminere intelligit. Nã ut ratio ipsa ipsa, futuraq. preuidere impotens sit, & ab alia substantia que delectada, & que formidanda sunt, edoceatur, itaq. ibi; idq. indignetur, timeatq., ubi & quod intelligens præcipit, quã longissimè Aristoteles abest, modum ut nos, quod id fieri queat, docere possit. Et alibi uel diuersas adentem animã operationes intuens, & quas una à substantia uel non posse suspicari liceret, summẽ tamen in partes illam diuidentes damnat; & unam, eademq. esse oĩem, sensus testimonio declarat. Quoniã (inquit) sentire, intelligere, opinari animæ est, præterea & appetere, & uelle; quin & motus secundu locum animæ opera aialibus sit; præterea & generatio, incrementũq., & decrementũ, diuersæ omninõ operationes ab anima uel uidentur; & quas ab una, T 2 eadem.

1. de ani
ma ter.
27.

eademque substantia ad intelligere non liceat: utique dubitare contingit, utrum singulae uniuersae sint animae; & anima omnino uniuersa intelligamus, sentiamusque, & alia operemur, patiamurque, an alijs eius portionibus alia. Et utrum vivere etiam ipsum in horum aliquo est, an in pluribus, an etiam in omnibus, vel aliud ipsius causa est. At si, ut nonnulli dicunt, partibilis est anima; & alia eius portio intelligit, aperit alia, si diuersis omnino est partibus composita est, quid ipsam continet? Neque enim corpus; nam secus videtur. Ab anima scilicet corpus contineri, non animam a corpore: illa enim egressa diffatur, & corrumpitur corpus. Si igitur aliud ipsam unam facit, id profecto anima sit. At rursus oportebit inquirere, utrum id unum sit, an multarum, & ipsum partium. Et si unum; cur non statim & animam unum esse ponendum est? Si est partibus compositum; iterum quid ipsum continet, inquirendum; & ita in infinitum. Dubitari praeterea aliquis, quam singulae animae partes facultatem in corpore habeant. Nam si tota anima totum corpus continet; utique & a singulis animae partibus singulas corporis partes contineri conueniat. At hoc impossibile est. Quem enim corporis partem intellectus contineat, vel fingere difficile est. Videntur autem, & plantarum partes a propria abscissa uniuersitate, & insectorum etiam animalium partes a se ipsis abscissas vivere; quod nimirum pars utraque eandem speciem habet animam; itaque pars utraque sentit, & iuxta locum quoddam ad tempus mouetur. Et si non diu seruantur, nihil absurdum; siquidem organa caerent, quibus, ut natura seruetur, opus est. At nihilominus in utraque parte omnes insunt animae partes; & sibi ipsis, & animae uniuersae eiusdem sunt speciei. Sibi quidem ipsis, quae diuisis in partibus; uniuersae autem animae corpori uniuerso, priusquam diuideretur, inexistenti. At vel sentientem modo unam, eandemque esse omnem, & unam, eidemque sensilia percipi omnia pulcherrime intuitu, & non ipsis in sensorijs, sed in profundioribus corporis partibus sensum fieri intelligenti interdum Aristoteli, nequaquam diuersas in partes sentiens secanda; & singulis ijs propriarum rerum vires sentiendi facultas assignanda, proprijsque singulae subiectis indenda fuere. Quae enim una quae est substantia, at anima certe amplius, & eadem ab iisdem patitur, & unam omnem, eidemque indatur subiecto Aristoteli in primis oportet. Itaque alijs in corporis partibus ab alijs anima pati, aliasque actiones sentire visa, nequaquam illa propriae sentientis animae portionum materiae, & si quidem in ipsis res sentiri, non certe & earum differentias iudicari, existimandum Aristoteli fuit. Sed vias sensoria esse, atque aditus statuendum; quibus ad vere sentientem substantiam externarum rerum species, viresque, & motus deferantur, & hos per illa omnia deferri, quod sensilia diuersa, & quae diuersis ad animam deferenda sunt vijs. Et sensoriorum omnino constructionem, rerumque, quae sentiuntur, naturam paulo diligentius intuitus (quod nobis visum est) sensoria non amplius sentientis animae materiam, subiectumque, sed vias esse, quibus ad vere sentientem animam sensilia deferantur, & animam unam, eandemque sensilia sentire omnia, intuitus foret. Minus etiam propterea quae afficitur anima dissecanda, eaque ipsius portiones ijs corporis partibus, ut proprijs materijs indenda Aristoteli fuere; quae vel solae, vel praecipue immutari apparent. Id enim agenti, dictarum partium naturis, & ipsis omnino partibus ratiocinandi, seseque commouendi, & sanguinem ad se se alliciendi, & a se ipsis expellendi facultates omnino attribuenda sunt; quibus minime omnium Aristoteli praeditae videri possunt. Quoniam enim falsam quidem interdum, at rationem certe (ut visum est) perpetuo affectus insequitur quibus; si partibus, quae anima affecta immutantur, ut proprijs materijs, quae ibi affici videntur, inexistunt animae portiones; utique partium naturae, & partes ipsae ratiocinentur, oportet. Et quoniam varijs exagitantur motibus, & calore modo, ruboreque, modo vero frigore afficiuntur, palloreque; & sanguinis illa accessu, haec sanguinis recessu fiunt: utique sese agitati, & (quod dictum est)

est) sanguinem alliciendi, expellendique facultatem obtineant, oportet. At & ratio, modusque aperendus omnino Aristoteli erat; quo partium naturis, & partibus ipsis nulla ab externa re contactis, at futuros tantum euentus interdum imaginantibus, uti commouentur, immutanturque, commoueri eas, immutarique oporteat. Cur scilicet, & quomodo huiusmodi inexistens naturae iudiciae partium immutationes, ijs; consequuntur motus, id explicare si (quod suspicari licet) Aristoteles desperat; nequaquam est partium immutationibus animam, quae afficitur, ijs ut proprijs materijs inesse, enuntiandum fuit. Itaque animam multas in partes dissecans, & singulas certis corporis partibus ut proprijs indens formas, nihilque, quae id ponenti declaranda erant, declarans Aristoteles (quod dictum est) & sibi ipsi, sensuique aduersus, & iners insuper, ignauusque videri potest. Alia porro a corpore cum sit anima est semine educta iuxta corporis tamen naturam, dispositionemque perpetuo afficitur; quod & ipsa iisdem ex humoribus, eodemque educta est a sanguine; itaque iuxta propriam ipsius naturam cum operetur, iuxta corporis naturam operari videtur. E crasso nimirum, nigroque sanguine tenuissimus (ut suo declarabitur loco) & exiguus educitur spiritus. Is porro minime propria natura firmus, minimeque sibi ipsi confidens, & ab assidue subeuntibus fuliginibus nigris, tenebricosisque perterrefactus, vel nullo externo imminente malo mala usquequaque pauet omnia: ut Optimus testatur Galenus. Quod atra (inquit) bilis animae arcem occupans timorem, mesitiamque, & mortis expectationem inducat, mirandum non est; cum videamus in rebus externis nihil magis, quam tenebras perhorrescere. Si igitur tenebris simile quippiam rationali parti circumfundatur, hominem semper timere necesse est; ut qui timoris causam semper in corpore seruat: veluti in flatulento illo morbo, quem hypochondriacum nominant, videre licet. Et in omnibus (idem inquit) animae alienationibus, si timor, atque tristitia perseverant, atram bilem in causa esse iudicandum est; e qua scilicet nigra, fuliginosaque ad spiritum ascendit exhalatio. Contra est calidissimo, nec valde crasso sanguine, non valde tenuis, & summe calidus, longaeque copiosissimus educitur spiritus; qualis & summe sibi ipsi confidat, summeque ad motum promptus sit, alacerque; & celsus sui natura, erectusque, & qui a nullo iniuria affici, nullique cedere velit. Non igitur, propterea quod iuxta corporis naturam affici videtur anima, illi ut propria ipsius forma indenda est. Nam vel alia a corpore existens, at (ut dictum est) ex iisdem educta, constitutaque humoribus, variè illo affecto, non modo diuersè & ipsa afficitur, sed sit etiam diuersa.

MINUS ETIAM VNI CORDI, UT PROPRIAM EIVS FORMAM
dictam animam indi posse. Cap. XXXVI.



MINUS etiam vni cordi anima omnis indenda, partes reliquae exanimas ponendae Aristoteli fuere. Et non sensum vllum, sed proprias sectato rationes, & vanas eas, falsasque, id positum fuisse, vel ipsis intueri licet oculis: quibus scilicet non cor, sed neruosum primum constitui genus conspiciamus. Cor etiam, & viscera reliqua, & fetum omnino uniuersum ab uteri calore post efformari, suo apertissime declarabitur loco. Et summus, qui cordi inest, calor, is nihil magis animae subiectum, quam eius organum cor esse declarat. Iteur certe paulo minus, ac cor calidum, & sanguinem in eo confici, e quo nihil amplius a corde elaborato plurimae corporis partes nutriuntur, intuitu Aristoteli, vel utrique vitalis anima indenda fuit, vel neutri potius, sed utrunque animae organum ponendum; quorum opera cibi in sanguinem, & animalis uniuersi nutrimentum agantur: anima autem ipsa vasis inesse; quibus cibi in ventriculum, ventremque, tum in iecur, postremo & in cor deferuntur.

Neque enim à venarum natura è iccinore in cor, & ex vtroque in superiores corporis partes sanguinem efferri, existimare Aristoteli licuit. Et quæ corpus gubernat, quæque ex alijs eius partibus in alias, & ex inferioribus ad superiores, semperque, vt vsus possit, succos agit substantia, ea anima quin sit ambigi certè non potest. Manifestè itidem nervosum genus non à corde, sed si à communi procedit principio, à cerebro deriuat vniuersum; cui scilicet perquam simile est, quin vniuersum (vt dictum est) cerebrum paulò quid durius factum videri potest. Cordi certè nihil simile habet punicco, maximeq; sanguineo, & manifestè è sanguine tenuioribus sui partibus spoliato confecto, album ipsum, penitusque exangue. Et quem assidue motum ædere videtur cor, eum non à cordis natura ædi, sed à spiritu nervosi generis portionibus, quibus & connectum, & adnatum, penitusque immixtum est cor, assidue arteriarum factis manifestat motus; quæ scilicet quavis in corporis parte, veluti & cor, assidue agitantur. Et ex animali detractum aliquantis per tamen mouetur cor; quod (vt dictum est) è carnosioribus, crassioribusque cordis tunicis, arterijsque, & fibris non statim, vt è reliquis, elabicitur inexistens spiritus; sed veluti in insectorum animalium parte quavis aliquantis per retinetur. Is porro, dum inest, moueri nunquam cessat. Quoniam igitur nulla prorsus Aristotelis ratio è semine eductam animam corpori vniuerso, vel cuiuspiam eius parti, vt propriam ipsius formam in esse declarat; nulla omnino, quin à corpore separatam, distinctamque ponere eam liceat, obstat: vtique is ea sit spiritus, qui nervoso generi inexistit vniuerso. Nisi forte Peripatetici quid impediant: quorum rationes, quibus suis positionibus neglectis, animam omnem penitus incorpoream statuunt, nulliq; indere videntur subiecto, expendere ne grauemur.

SENTIENTEM, IMAGINANTEMQUE, ET INTELLIGENTEM
animam prorsus incorporeas, nulliq; inhzere subiecto Peripateticis
visas esse. Cap. XXXVII.

2. de ani
ma. tex.
346.



QUONIAM (inquunt Peripatetici) quæ sentit, & quæ diiudicat sentiens anima, ea suscipiat ipsa oportet, & ipsa omnino ea fiat; & quæ diiudicat, ibi ea diiudicat, vbi ea suscipit, sentitque; nam de absentibus iudicium ferre, non sensus, sed memoriè est; & contrariorum diiudicat differentias. Vtiq; contraria simul suscipiat oportet, & non vno modo, eodemque temporis momento, sed vna prorsus, eadèque sui parte, & indiuidua omnino, impartibiliq; Nam si altera sui parte contrarium alterum, alterum verò altera suscipiat; nihilo magis eorù differentias diiudicare queat, quam ego, & tuorum, quæ seorsum, separatimq; ab altero cognoscit alter. Quamobrem incorporea prorsus, prorsusq; impartibilis, & nulli prorsus inhzereat subiecto sentiens anima oportet. Nam si vlli inhzereat, vtique ad eius extensionem extensa, & ipsa quomodo corporea, partibilis certè & ipsa fiat; & veluti, cui inhzereat, corpus diuersis sui partibus diuersa percipiat, non vna, eademque simul omnia. Phantasia itidem (inquunt) prorsus incorporea sit, nulliq; inhzereat subiecto oportet. Nam si quæ à sensu ad eam accedunt figuræ, vt corporea in se in ea describantur, vtique à nouis superaccedentibus præinexistentibus tandem deleantur. Id verò nunquam euenire apparet; sed quoties superadictis antiquæ nihil delentur tamen: quod nimirum incorporea, impartibilisq; quæ suscipiuntur ab ente (quod nulla eius suscipiuntur in parte, itaque nullum prorsus occupant locum) vel infinita suscipi possunt; nihil à superaccedentibus præinexistentibus passis vnquam. Multò etiam quæ intelligit minus, vel corporea ipsa poni, vel subiecto vlli indi potest: quæ scilicet multò illis nobilior, diuiniorque, & quæ (quod aliarum nulli datum videtur, & quod corporea, aut corpori, inexistenti substantiæ dari non potest) se ipsam nouit; & ad se ipsam conuertitur; &

(quod

(quod nec visus, nec auditus, nec princeps, communisq; facit sensus) qualis sui est natura, inquit, & inuenit, cognoscitq; itaq; eadem inquit inquirens, & inuentæ inueniens, & cognoscenti cognita sit: & quæ in super nequaquam sentientis, appetentisq; & imaginantis ritu marcescente corpore marcescit & ipsa; sed magis viger; & corpus negligit, contemnitque; & non multis modo laboribus virtutis gratia affligit, domatque; sed (quod nequaquam faciat, si ei vt proprio inhzereat subiecto, vnumq; ei sit, itaq; eo corrupto ipsa itidem corrumpatur, & in non ens abeat) est vbi vniuersum id proijcit, mortiq; exponit. Animam prorsus incorpoream, & per se existentem ponentes, nulli scilicet eam subiecto indentes Peripatetici, multò me hercule amplius incusandi videri possunt; quam vnus eam modi, eiusdemq; omnem facientes substantiæ, modo verò è substantijs multis eam componentes; & corpori modo vniuerso omnem, singulis modo eius partibus singulas animæ portiones, & vni modo eam cordi indentes omnem. Nam & magis sibi ipsi contrarij subiecto eam separat omni; & re ponunt, quæ humana quidem ratione minimè omnium comprobari queat. Operationum (inquit Aristoteles) quas animal operatur, nulla prorsus solius animæ est; quæ, si nusquam sola adest, sed corpori itidem communes sunt oēs; cui nimirum vnum, idemq; facta est anima. Nullum præterea apud nos prorsus incorporeum ens, quod scilicet, & incorporeum sit ipsum, & nulli inhzereat corpori, neq; operationes omnino vllas intuiti Peripatetici, quæ à substantia æditæ non sint corpori cuiuspiam inhzereat; vel si animal quædã operari, patiue visum foret, quæ quomodo corporea existente anima operetur, patiaturque, intueri non poterat; non tamen penitus incorporea anima è semine educta ponenda ipsis fuit; sed diligentius res inspicienda; & quiescendum nunquam; donec modus inuentus foret, quo quæ operari, pati; animal videretur, corporea existeret anima operetur, patiaturque. Et conspectus is (vt existimare licet) tandem foret. Quod si perpetuo laquisset; ingenuè rei obscuritati cedendum; & posterioribus, qui eum indagarent relinquendus; non res proferenda erat multò, quam ille obscurior. At age rationes singulas examinemus.

1. de ani
ma. tex.
13.

NIHIL OBSTARE ARISTOTELIS RATIONES, QUIN ANIMA
sensitua corporea poni possit; & vel Peripateticis ipsis, ipsique Aristoteli
corpoream eam videri. Cap. XXXVIII.



RATIO (vt dictum est) quæ Aristotelem impulit, vt sentientem animam nulli inderet subiecto, sed prorsus incorpoream poneret, ea manifestè & corpoream, & benè partibilem esse declarat. Quoniam enim quæ sentit substantia eorum, quæ sentit, actiones, & ea omnia ipsa suscipiat, & ea omnino ipsa fiat Aristoteli oportet; & contraria simul sentit omnia: vtique & contraria simul omnia suscipiat, eaque omnia simul ipsa fiat Aristoteli oportet. At verò quoniam verè incorporea, impartibilisque si sit; ne dum contrariorum omnium vires, & ipsa omnino contraria simul omnia; sed qui eorum vnum modo suscipiat, idque ipsa fiat, imaginari non licet: vtique & corporea, & benè partibilis necessario ponenda est. Corporea quidem vt suscipere queat; benè vero partibilis, vt diuersis sui partibus diuersarum naturarum actiones simul percipere, & diuersarum formarum capax sit. Quæ porro quavis sui parte sentit, vniuersa ea sentire potest anima; quod (vt satis declaratum exitimo) quæ sui sensum animæ induit, ea quendam omnino animæ motum induit. Et motum vel summè languentem quantuleuis animæ parti inditum vniuersæ communicari posse animæ, satis motus declarat aeris, & aquæ etiam parti cuius datus. Nam si nullo propemodum temporis momento aeris vniuerso, & vniuersæ communicatur aquæ; dubitare non licet, quin & multò me hercule proprius qui animæ portioni cuius

cuius inditur motus, vniuersa is communicetur animæ; quæ nimirum vel ære ipso
 multo est tenuior, multoq. ad motum promptior. At verò (quod dictum est) ab in-
 corporea, impartibiliq. anima contrarias simul formas suscipi, neq. ipse (vt videtur)
 imaginari potest Aristoteles. Impossibile est (ipse inquit) quod vnum, atq. idem exi-
 stit, quatenus indiuisibile, & in tempore indiuisibili contrarijs moueri motibus. Si
 enim dulce hoc pacto sensum mouet, & amarum contrario. Si scilicet corpus sit; utiq.
 diuersis sui partibus diuersis motibus moueri possit, & diuersa sentire. Quin etiam im-
 partibilis si sit, at non simul contrarij percipiendi sint motus; diuersis temporibus, di-
 uersis illis, & contrarijs eam moueri, & diuersa, contrariaq. sentire queat. At impar-
 tibilis sensus contrariorum dijudicat differentias: dijudicat autem vbi sentit. Neque
 enim (vt dictum est) de remotis, atque absentibus iudicium proferre potest sensus. Con-
 traria igitur simul sentit. Merito itaque (inquiunt) dubitatur, quando in corporea,
 atque impartibilis est anima sensitiva, & sine tempore operatur, quomodo contraria
 simul suscipit. Quæ dubitatio ad singulos (inquiunt) sensus nihil minus, quam ad com-
 munem pertinet. At de communi dubitat Aristoteles: nã & quæ singuli percipiunt,
 communis itidem percipit, at non è contra. Num (inquit Aristoteles) dicere possu-
 mus & magnitudine, & numero, & tempore indiuisum esse iudicans, sed ratione di-
 uisum? Quatenus igitur vnum, indiuisumq. differentiam dijudicat; at quatenus mul-
 ta, diuisumq. contraria simul percipit. An impossibile est (ipse idem inquit) siquidem
 potentia idem diuisibile, & indiuisibile, at non actu? Idem scilicet potentia diuisibi-
 le, atque indiuisibile, & calidum, & frigidum, & album, & nigrum esse potest; at actu
 vnum quod est, & indiuisum, contraria simul esse, id vero impossibile. Et sensus igi-
 tur, & intellectus indiuisi existentes nequaquam contrarias, repugnantessq. formas
 simul suscipiãt, sed veluti per vices. Vel ipse igitur Aristoteles suis hic distinctionibus
 nihil confidit; at positionis tenax, quod eam labefactat, alia demoliri aggreditur ra-
 tione. Sed veluti, inquit, quem vocant punctum, & vnus existit, & multi; & vnus qui-
 dem, & indiuisibilis, vt circuli centrum, at diuisibilis, pluresq. vt linearum multarũ
 terminus est; qui omnium communis existit, & in ipso est puncto, separatis etiam,
 sciuntisq. lineis. Huiusmodi communis, princepsque apparet sensus. Licet: a vnus
 sit ipse, indiuisibilisque; vt tamen & ipse sensoriorum omnium communis terminus
 est, multa videri potest. Quatenus igitur vnus, indiuisibilisq. iudicium fert; quatenus
 verò multa, contraria suscipit. Si quidem sensoria, veluti lineæ, nec latitudinẽ, nec
 profunditatem habeant vllam; poterat utique communis, princepsq. sensus illorum
 omnium communis Aristoteli visus terminus, veluti circuli centrum, impartibilis vi-
 deri. Sed quoniam sensoria bene lata omnia, benèq. profunda, & benè omninò par-
 tibilis Aristoteli visa sunt; communis eorum terminus partibilis & ipse videri debuit.
 Si quidem terminus rei cum sit pars, cuius est terminus; eiusdem illi naturæ, cõditio-
 nisque vt sit, summè est necessarium. Vt centri, linearumque exemplum corporeum
 omninò, partibilemque sensum Aristoteli declaret. Et ipse idem Aristoteles alibi de
 eodem dubitans, idque, quo dictum est, modo soluens, in eo acquiescere minime vi-
 detur; sed alia id explicare tentat ratione. Vtrum (inquit) vt indiuiduum quoddam
 actu vnum est ipsum sensitium dulcis, & albi; sed cum actu diuisum fuerit, alterum
 est? Centrum sortè inuenis; quod vnum quidem actu, at vt linearum terminus plu-
 ra fieri videtur. Nequaquam verò exemplo contentus subdit; An quemadmodum in
 ipsis contingit rebus; ita & in anima. Vnum enim, atque idem album est, & alia mul-
 ta. Si namque non separabiles à se inuicem sunt passionis; alterum tamen vnique
 est esse. Similiter igitur & in anima ponendum est, vnum numero, atq. idem esse id,
 quod sentit; secundum esse autem aliud, horum quidem genere, illorum verò specie.
 Quamobrem vno sentiet, atque eodem; ratione autem non eadem. Per quæ quod
 dubitatur explicatum non esse, vel ipsi fatentur Peripatetici. Vt enim vnum (inquit
 Aphrodi-

Aphrodisæus) atque idem existens sensitium plura esse possit, secundum rationes
 & potentias suas; non tamen contraria simul recipere iurè censebitur. Nõ siquidem
 pomum ipsum quoniam dulce, & album simul esse potest; idcirco album simul, & ni-
 grum, aut dulce simul, & amarum esse itidem potest. Nec verũ (inquit) videtur, quod
 retro dictum est; magis videlicet eiusdem generis, quam diuersi sensum fieri posse:
 sensitium enim minus contrariorum, quam eorum, quæ nihil commune habent,
 susceptium videtur. Quæ porro non simul percipit sensus, contraria etiam illa diju-
 dicare minimè potest. Si quidem memoriæ est non sensus officium, separatim, seor-
 sumque percipere, & quæ separatim percepta sunt dijudicare. Neq. ipsi igitur Aphro-
 disæo vnum, atq. impartibile quod est, contraria simul suscipere posse videtur. At
 qui se Aristoteli sacramento obstrinxerat, & ne errantem quidem illum deserere, sed
 vel in præcipitium actum sectari decreuerat; quo potest modo cadentem, ruentemq.
 subleuat, sustinetque; & qua potest dirigit ratione. Licet (inquit) sensus per passio-
 nem quandam fieri videatur, ipse tamen iudicium quoddam est, & iudicio constare
 videtur. Aliud porro in passione est contrarium, in iudicio aliud. Nam in passione
 album nigro est contrarium; quæ simul in eodem subiecto esse minimè possunt; iudi-
 cio autem albi, quod est album, & nigri, quod est nigrum, contraria nõ sunt. Simul
 enim huiusmodi iudicia vera existunt: contraria verò iudicia simul esse vera non pos-
 sunt. Iudicio enim albi, quod est album, id contrarium iudicium est, quod album ni-
 grum ponit; quæ certè nunquam in sensus iudicio simul esse possunt; illa autem ple-
 runque sunt simul. Rectè sanè si sensus nõ sui ipsius passionis, sed alterius cuiuspiam
 rei iudicium sit. Quoniam verò non de alijs vllis iudicium profert sensus, at de ijs mo-
 dõ, à quibus ipse patitur, ipseque commouetur; & ibi modò insuper, vbi patitur, com-
 moueturque; si contraria dijudicat, quin à contrarijs simul patiatur, contrarijsque
 simul commoueat motibus, effugere nullo licet pacto. Qui penitus incorporeus,
 penitusq. impartibilis si sit, nè ab altero quidem pati, nec vllò omninò commoueri
 potest motu. In proprio certè Aphrodisæus commentario nequaquam incorporeũ,
 atque impartibilem sensum, nullique inhaerentem, & ad subiecti nullius extensionem
 extensum contraria percipere ponit; sed vt sensorij formam, & sensorio immersum,
 & corporeum, & bene partibilem factum, diuersis sui partibus diuersa percipere. Sen-
 sorium (inquit) per aliam, atque aliam partem simul affectiones, quæ à contrarijs sen-
 sibilibus simul proficiscuntur, excipiet. Quandoquidem nullo pacto fieri potest, vt
 contraria affectiones in eadem parte generentur: sed sensorio per diuersas partes à
 sensilibus patiente, eodemque, quo patitur modo, in postremum sensum affectio-
 nes transmittente, postremoque itidem per partes affectio, vna, eademq. vis ex omni
 sensorio, eiusque partibus contraria simul sentit, dijudicatque. Rectè sanè, vt Peripa-
 tetico licet. Non igitur, quod contraria simul percipiat, incorporea, atque impartibi-
 lis ponenda est anima sensitiva: quæ scilicet sensorio immersa, ad cuius extensio-
 nem extensa multa simul, & diuersa ea inter se, contrariaque sentire potest, diuersis
 sui partibus à diuersis illis passa, commotaque; & quæ quavis sui parte passa est, com-
 motaque, vniuersa patitur, commoueturque. Vt veluti prestigijs captus Aphrodisæus
 videri possit; qui proprium etiam sensum, & veritati illum satis congruentem in ho-
 minis gratiam dimittere non vereatur. Sed quid ego Aphrodisæum affero, sensum
 sensoriorum formam ponentem, & sibi ipsi in re tanta dissentientem; ipse id ante
 omnes tacere videtur Aristoteles. Potentia (inquit) quæ sentit, est quidem in su-
 biecto primo sensorio, vt forma omnis suo in subiecto: at esse alterum organi, alte-
 rum potentia; organum enim magnitudo, & corpus; potentia verò ratio, & for-
 ma ipsius: et sensitium (inquit) potentia est, quale sensibile acta, & ab ipso patitur,
 non simile existens; at vbi passum fuerit, simile factum est; & est quale illud. Hoc nõ
 quam de incorporea, impartibiliq. dixerit anima: neq. enim vel calida ipsa fiat, frigi-
 daque,

daque, vel dulcis, amaraque, vel alba, nigraque. Tum si oculus (inquit) animal esset, visus ipsius esset anima. Etenim ipse est oculi substantia, quæ secundum formam; veluti oculus visus materia. Et illa abeunte non est amplius oculus, nisi æquiuocè, vt lapideus, aut pictus. Oportet autem quod in parte est, & in toto corpore esse; vt pars ad partem, sic vniuersus sensus ad vniuersum corpus sensituum, quatenus tale; & vt oculus, pupilla, & visus, sic animal, corpus, & anima: animam itaque a corpore inseparabilem esse, vel partes saltem ipsius quasdam: siquidem partibilis est. Quarundam enim corporis partium quedam animæ partes manifestè forma sunt, & perfectio; vt visus oculi. Neque est quod diutius immorer in recensendis Aristotelis locis, in quibus sentientem animam singulis in sensorijs vt propriam illorum formam ponit; & vniuersam ipsam, & singulas eius partes in corpore vniuerso, singulisque eius partibus, vt in proprijs collocat subiectis. Passim enim corpori, vt propriæ materiæ animam indit; & vnam corpori facit; operationesque (vt dictum est) omnes, & ipsam etiã intellectio nem compositi communes esse statuit; non animæ videlicet solius (quæ sola nulla est Aristoteli vsquam) sed corporis itidem; cui nimirum anima vt propriæ materiæ coijt; & vnum facta est; formarum omnium more; quæ vbi materiæ coeunt, vnum illi sunt omnes, & vnum illi factæ operantur vt vnum. Animam igitur sensitiuam incorpoream, atque impartibilem Aristoteles faciès multis iacufandus videtur modis. Primum quod rem (vt dictum est) ponit, quæ nulla concipi queat imaginatione; & quam admittere omnino anima non potest. Tum quod, si talis sit, minimè nos doceat, quo sentiat modo. Siquidem per sensilis formæ receptionem, & per passionem; perque assimilationem sensus fieri Aristoteli videtur; quorum nullum profus in incorpoream, impartibileque re fieri potest. Postremò quod sibi ipsi, proprijsque positionibus summè dissentiens, summèque aduersus talem illam ponit.

PRAVE PHANTASIAM INCORPOREAM, IMPARTIBILEMQUE
Peripateticis positam esse. Cap. XXXIX.

PHANTASIAM porro, animæ scilicet portionem, facultatemque, in qua rerum sensu perceptarum memoria seruat, & quæ, vbi libet, imaginari eas potest, propterea incorpoream, impartibilemque Peripatetici ponentes, quod corporea si sit, intueri non liceat, qui tot, tantarumque rerum omnium imagines in ea pingi queant, & nouis assidue superaccidentibus nihil antiquæ deleantur, summopere incusandi videntur. Nam (quod faciendum omnino erat) nequaquam è sensilium viribus, actionibusque, nec è passionibus, quas anima ab illis patitur, sed è dictæ portionis nomine, quomodo eorum, quæ sentiens percipit, memoria in illa seruetur, itaque & illius substantiam colligere videntur. Non scilicet, quod phantasia eorum, quæ cõspeda sunt, stationem, permanentionemque significat, propterea eorum, reliquorumque etiam sensilium imagines in anima pingi, supponendum Peripateticis erat. Sed sensilium omnium actiones, & quas ab ijs passionibus, quasque anima patitur immutationes intuenda erant; tum modus inquirendus, quo earum cognitio, memoriaque seruari, & eas, vbi libet, anima imaginari potest. Id si factum Peripateticis foret; si quidem lucis, colorumque, non certè & reliquorum sensilium memoriam propterea in anima seruari, & quæ ab ijs passa est, vbi liber, eam imaginari, & quodammodo sentire statissent; quod singulorum imagines in ipsa pictæ forent. Cui enim caloris, frigorisque, actiones, vel sapores, odoresque, aut aeris impulsus pingi posse videri potest? Quin vel si ea modo phantasia imaginetur, quæ visu percipiuntur, & quæ pingi omnino apta sunt; & nisi ea in phantasia pingatur, modus, quo imaginari ea anima possit, nullus inueniri queat, itaque necessariò pingenda essent; non tamen propterea incorpo-

corporea, impartibilisque, sed corporea omnino ponenda ea esset. Minus enim sensui repugnat, corporea in ente innumeras pingi imagines, quam in incorporeo vnam modò.

ITIDEM, ET RATIONALEM. Cap. XXXX.



SI quidem rationalis anima ea Aristoteli ponatur, quæ singulis hominibus à Deo creata, infunditur; nihil est, quod cum homine disputemus; nobiscum eam facit, incorpoream, penitusque impartibilem eam statuens: at si illam intelligat, quæ belluis inesse, & à qua duci videntur; nosque eam suo loco commemoratiuam appellandam diximus; ab eo planè dissentimus. Verum quia rationalis anima, dum in corpore inexistit, ab illo pendet quodammodo; idcirco corpoream quadantenus eam nuncupare licet. Siquidem adeò intelligètia hoies inter se, & manifestè iuxta diuersam corporis vniuersi, & capitis perfertim, cerebrique, & spiritus amplius in eius vetriculis contenti naturam, magnitudinemque, & figuram, & vetriculorum etiam positionem cum differant; ratiocinandi facultas substantiæ penitus incorporeæ, nullique in hæretici corpori attribui non potest; quæ scilicet nihil id cum attingat, nullaque profus cum eo cognationem sortita sit; qui ab ipsius incommodis, ne iuxta proprium ingenium rectè operetur, impediri, retardariue queat, intelligere non licet. Itaque, vel si anima, quæ à Deo opt. Max. creata, & hominum corporibus infusa est, cui verè ratiocinandi facultas attribuenda est, incorporea est; quoniam dum corpori ea inest, non sola ipsa, & per se, nullaque spiritus ope, aut misterio vsa, intelligit, ratiocinaturque; itaque non statim, atque infusa est, nec æquè in oibus ratiocinatur; sed spiritus ope, ac ministerio opus habet, qui motus, quibus à rebus sensu perceptis comotus est, proindeque & rerum naturas patefaciat ei oēs; utique (quod Sacrosancta Ecclesiæ visum est, decretumque) corpori ea vniuerso, & spiritui in primis in cerebri vetriculis contento, vt propria forma proprio subiecto indenda est. Nam iuxta ipsius caloris, tenuitatisque, & puritatis diuersitatem, longè diuersissima sit ratiocinandi facultas; & à paulò crasioribus, acrioribusque vaporibus exaginato, summopere ea deprauatur, & penitus etiam corrumpitur. Spiritui porro precipue, reliquoque corpori vt propria forma cum in hæreat rationalis anima; marecescente corpore immutari eam ita posse, vt ad irascendum languidior, ad intelligendum promptior fiat, senilis declarat spiritus. Minus etiam propterea nulli corporis parti, vt proprio subiecto animam in hærare, inde Peripateticis colligendum fuit; quod honesti causa libens multis id assigit laboribus, multisque obiectat periculis, & morti etiam exponit, proijctaque nihil omnino id perdere veretur; quod utique, si vt proprio in hæreat subiecto, itaque & eo corrupto ipsa itidem corrumpatur, summopere auerferetur, summoque habeat odio. Nam corpori non vt proprio subiecto, sed vt proprio organo, proprioque inexistens regimento, quod eo corrupto seruari ipsa non potest, summo id studio, summaque custodia diligètia. Vt nequaquam, quod libens proijciat id interdum; propterea non vt proprio subiecto animam ei in hærare discernendum sit. Cum præsertim non humana tantum id agat anima, quæ corpore dissoluto nihil ipsa corrumpi timeat, aliam & longè beatiorum vitam præfagiens, expectansque; sed serina etiam, quæ neque aliam præfagit vitam, nec rationis vllius particeps Peripateticis videtur, nihilo ferè, quam humana minus dedecora, flagitiaque, vel Aristotelis testimonio morte ipsa exhorret peius; & mori mauult, quam quid se ipsa indignum pati, operariue. Nullum Leo periculum, malum vitæ nullum, quod turpi sit vitandum fuga; sed libens, alacerque mortem etiam appetit, modò ne timidum se, degeneremque ostendat. Nam equus, qui pastoris fraude illectus matrem iniit, ne viuere quidè amplius sustinuit; sed errorem, quæ multi fortè nobis ignouissemus, sui ipsius multauit interitu. Vt nequaquam propterea animam corpori vt proprio subiecto in hærare

herere existimandum nō sit, quōd libens ipsa id morti exponit; sed alia omnino eius rei ratio reddenda est; & suo illa quidem exposita est loco. At quin hic itidem exponatur, nihil obstat. Non scilicet ubi interimitur, ibi modō corrumpitur spiritus, sed nihilominus ubi ea patitur, vel operatur, quæ eius naturæ propria non sunt. Nam & habitus qualis non est, & multo amplius alienas operatus operationes corrumpi videtur; & multo mehercule peius, quam si ferro perdat, aut morbo. Non enim aliena vi, scelereue, nec naturæ lege, viribus nimirum, quibus obistere non possit, sed propria corrumpitur culpa. Itaque qui nobilis est, generosusque, eo modo ne corrumpatur, alio quouis corrumpi sustinet, appetitque. Ut qui id operatur, non illum præter naturam, sed maximè secundum naturam facere, & vel ubi perdere se, ibi seruare se maximè existimare liceat, qui scilicet à propria dimoueri natura, & pro humano ferinus fieri, ibi repugnat, renititurque maximè. Nulla igitur Peripateticorum ratio ob stare videtur, quia corpoream animam è semine eductam ponere liceat.

CORPVS ANIMAE ORGANVM, QVALE ESSE EIVS SPECIES
 declarat, ponendum esse, vel si ad operationes quasdam ædendas inutile animæ sit, & incommodum. Cap. XXXXL



QUONIAM igitur nulla Aristotelis ratio vel incorpoream, vel corporis formam esse animam è semine eductam declarat; animæ organū, quale ipso apparet aspectu, tot, tamque varijs partibus diuisum, distinctumque, & quæ singulæ ad quædam operanda factæ videntur, corpus sit oportet. Nec id obstat, quōd nequaquam (quod organa faciunt omnia) animam ad quasdam edendas operationes nihil adiuuat; quin (quod ab organorum munere summè est alienum) operantem illam impedit interdum, retardatque. Neque enim proprio in loco, atque inter cognatas substantias existenti spiritui, neque ad motum ædendum, rerumque intuitum, cognitionemque, ad proprias scilicet operationes operandas, quōd itaque operantem eum perpetuò adiuuet, datum id est; sed alieno in loco, atque inter contraria genito entia; inter quæ nō retentus, coercitusque, nullo immoretur temporis momento; & à quibus non benè contectus, defensusque, penitus statim extinguitur; è quibusque omnino nusquam satis retentus, assidue elabatur; & à quibus assidue obleditur, nusquam satis defensus; in quibus omnino multis assidue imminuitur modis. Itaque si seruandus, necessario rei includendus fuit benè quidè calidæ, at benè densæ, benèque corpulentæ, multisque insuper onerandus organis; quorū ope res, quibus præcipue nutriri potest, at quas perexiguus ipse, longèque tenuissimus proprijs viribus nunquam exuperet, in propriam agat naturam. Ut si ad motum, rerumque sensum inutile, & impedimento insuper spiritui id sit; non propterea non eius organum ponendum est.



**BERNARDINI TELESII
 CONSENTINI**

**DE RERVM NATVRA IVXTA
 PROPRIA PRINCIPIA
 LIBER SEXTVS.**

ALBAS, EX ANGVESQVE ANIMALIS PARTES PRIVS, QVAM
sanguineas efformari, & illas è masculino, femineque semine, has è feminis sanguinis ab uteri calore immutatis constitui. Cap. I.



QUONIAM quæ in maternis uteris constituuntur aëlia, iisdem prorsus principibus partibus, quibus, quæ ex ouis enascuntur, donata sunt oibus; & in utrisque, partibus singulis eedè agendi, operandique assignata sunt vires; eadèque, conficiunt opera; utique iisdem è rebus; & eodem ab agente, eademque, ratione, & ordine immutatis utraque, constituta esse, existimandum omnino est. Proinde quia res, è quibus, quæ in ouis fiunt, constituuntur aëlia, & quæ illarū, in quas animalis partes, & à quibus viribus, & qua ratione, quoque, ordine aguntur, ipsis intueri licet oculis: liceat in horū efformatione illorum intueri constitutionem. Quæ ex albo, luteoque, composita sunt; & album, per exigua modò eius portione, quæ masculi est semen, excepta, reliquum omnè manifestè femine est opus. Id verò cum à masculino semine id modò differat, quod à virili semine muliebri differre videtur, quod videlicet à robustiore maris calore, tenuioribus sui partibus magis spoliatur, magis conspissatum est, magisque compactum: quin femina semen sit nulli quidem, at Aristoteli omnino minime negare liceat. Ipsi namque, non eandè modò spetiem, dispositionemque, viuiparorum semini, sed naturam etiam eandè oui albū sortitum videtur vniuersum, illius nimirum riu à calore crassescere, & à frigore liquari. Luteū verò quin sanguini benè proximum sit, & quin sanguinis omnino vicem gerat, ambigi etiā non potest: quod nimirum modicū quid ab incubante aëlia concallescet, sanguinis speciem, naturamque, assumit, & in absolutū agitur sanguinè. Incubans porro, à quo ouum in aëlia immutatur, manifestè vnū modò calorem ouis indit, aliud nihil; & solo, at certo à calore oua in pullos agi, satis ij declarant, qui ouis fimo suppositis, & biado, moderatoque, ignis calore admotis, passim enascuntur. Manifestè èt prius, quam sanguine aëlia partes constituatur, albæ, atque ex angues constitui apparent; nec verò in nictæ modo, quibus inuoluitur foetus, sed venulæ, atque, arteriolæ; & nequaquam è luteo hęc (quod immutatur quidem, at integrum etiam apparet, & à cuius spetie, naturaque, longè abest) sed ex albo, cuius spetie, dispositionemque, referunt. E luteo interea in sanguinè perfectum acto, & in constatas iam venulas, & arteriolas illapso, attratone sanguine aëlia partes effici, manifestè apparet. Nec verò, nisi veluti per canales quosdam sanguis ad viscerū constitutionem, sed temerè feratur; certa ratione, certoque, modo (quod fieri videtur) viscera singula constituantur. Itaque aëlia, quæ in uteris fiunt, albas ex anguesque, partes masculino, femineoque, è semine, sanguineas verò è femineo sanguine ab uteri calore immutatis constitui, existimandum omnino est. Quin si in aëlia, quæ ex ouis enascuntur, constitutione id visum non foret, existimandum tamen esset. Quoniam, n. ubi mulier accipit, alię nullę, sed illę utero res insunt omnes, nullamque, aliud agens, sed solus uteri adest calor; & semen utriusque, aptissimū in albas, ex anguesque, aëlia partes agi apparet; quin ea omnes semen videri possunt magis conspissatū, magisque compactū; in sanguineas verò immutari, à languidissimo præsertim uteri calore, à quo liquari quidè amplius, vel magis conspissari, at aliud immutari videri non potest, ineptissimū videtur; cor

utroque & iur, & viscera alia diuerso quidem singula, at manifeste de sanguine constituta sunt oia; quae nimirum sanguinis speciem referunt; & quae vix dum coniecta sanguinem in se ipsis continent, & sanguine perpetuo nutriuntur: vtiq; e sanguine haec oia, illas vno e semine effectas esse, existimandum omnino est. Nam etsi, vbi concipit mulier, non perpetuo proprii seminis emissionem percipit; perpetuo tamen eam fieri suspicari licet; sed nullum eius interdum fieri sensum; quod perexili calore donatum femineum semen, nihil spiritum mordicat. At age rationem amplius, ac modum inquiremus; quo semen in tot res, adeoque differetes agatur, & spiritus in eo ingeneretur, retineaturque, tum & quo sanguis uterque in sua viscera concreseat; & seminis in primis, sanguinisque naturam, dispositionemque, praeterea & uteri vires, ac situm, res nimirum e quibus animalia fiunt, viresque; a quibus ille immutantur, locique situm, vbi veluti efformantur. Neque enim, si horum quid recte perspectum non sit, animalium constitutionis ratio satis vquam innotescat.

QVAE SANGVINIS, QVAE SEMINIS NATURA, DISPOSITIONEQUE, & QUAE UTERI VIRES, AC SITUS. Cap. II.

SANGVIS (quonia ex eo semen conficitur, eius primum natura, dispositioque, intuenda est) manifeste bene calidus est; & spiritu, tenuitateque spiritui proxima plenus. Nam vel ex animali detractus, calorem, fumumque emittit; & non ita multo post praexistente tenuitate elapsa, in grumum, in crassam, s. nigricantemque coit rem. Et nequaquam simplex est, & similis, sed veluti e diuersis compositus rebus; itaque, ad diuersissimas corporis partes delatus, & singulis illis diuersis sui partibus appositus, nullo in singulas agitur negotio. Semen itidem e sanguine in venis, (quae, quod in ijs sanguis albescere, & seminis speciem assumere, & in semine omnino agi incipit, seminariae dicuntur) & in testibus cum ab eorum, tum & a circumstantium partium calore amplius concocto manifeste effectum est. Itaque, manifeste sanguis cum sit amplius elaboratus, & pro fluido, puniceoque, viscosus, albusque factus; quin & ipsum bene calidum, plurimoque spiritu, & tenuitate spiritui proxima, & in ipsum agi aptissima plenum, beneque dissimulare sit, dubitare non licet. Nam etsi dum sanguis amplius concoquitur, inexistens spiritus, ac tenuitatis portionem quampiam ex eo elabi iudicandum est: at maximam certe vtriusque copiam in illo retineri, aliamque interea ingenerari, existimare etiam licet. Quoniam enim non simul, eodemque temporis momento vniuersa sanguinis tenuitas absoluitur, aptaque ad elabendum fit, sed externa omnino prius; eaque elabente statim superficies, e qua educta est, crassescit, densaturque: vtiq; & praexistens, & qui postea ingeneratur ipse nullum elabendi aditum nactus, retineatur in illo necesse est. Itaque (quod & antiquioribus itidem omnibus visum est, placitumque) semen spiritu, tenuitateque spiritui proxima plenum sit oportet: praeterea & bene dissimulare, e bene dissimilari re, & a moderatissimo confectu calore; a quo videlicet diuersae quae sunt res in vnam, eandemque agi minime queant; sed in eas modo singulae, quibus proxime, cognataeque sint. Uterus porro si non valde quidem sui natura calidus, neruosa e substantia confectus; at quia venarum, arteriarumque portionibus multis intertextus est ois, plurimo scilicet, calidissimoque, referus sanguine: quin, vbi praesertim (quod perpetuo fit vbi mulier concipit) uteri ostium ocluditur, nullumque externo frigori aditum praebet, is ei insit calor, a quo illapsus semen, effususque, sanguis (id quod venis, arterijsque, inexistens a circumstantium partium calore uterque, & oui album, luteumque, ab incubantis animalis calore pati videtur) liquefcat primum, mox inexistente tenuitate assidue a calore educta viscosum fiat, tum & compingatur, durefcatque, ambigi non potest. Et interna quidem uteri superficies, quae semen excipit, foetumque continet, si extendatur, plana omnino est; at in se ipsa contracta complicataque; (quo a foetu non distenta perpetuo manet) veluti scobribus, rugisque distincta apparet. Et quod eo plures ex, diuersioresque, & magis sibi ipsis continuas hant oportet,

ter, quod magis uteris contrahitur: ibi plurimas, diuersissimasque, & maxime sibi ipsis continuas fieri existimandum est, vbi semen illum subit. Eius enim contingendi desiderio illectus maxime se se contrahit uteris. Et nequaquam is continuus est, sed venis, arterijsque, quae in ipsum desinunt, veluti intercisus, interruptusque. At continuus plerumque spectatur; quia illorum ostiola ibi tantum referantur, vbi menstruus sanguis effundendus est; alias ita utero illa coeunt, vt vna, eademque, illarum, atque vtericiat superficies.

QVO MODO SEMEN IN ALBAS, EXSANGVESQUE RES agitur, & cerebri ventriculi fiunt. Cap. III.



SEMINE porro in utero coniecto, quod illius contactu is maxime oblectatur, & vniuersus simul eo frui appetit, colligit se se vniuersus; proindeque eius ostium, per quod immissum est, ita ocluditur, vt nullus semini exitus, nullus externo frigori ingressus pateat. Et semine, si quidem ab utero compressum; non in diuersas diffunditur partes, & singulae certas confluxae in uteri rugulas, & in ijs ab uteri calore fusae, in alias, atque alias fluunt, & singulae propriam in his magnitudinem, propriamque naturam figuram, & suore quo in existente fluida erant, in vapores acto, elapsaque, in proprias concrefunt res, sed in vnum colligitur vniuersum; ab uteri certe calore liquatum, fufumque; in longum plurimos distulit riuulos. Et quoniam maxime dissimulare, & veluti e tenuitate, crassitieque, & bene vtraque, diuersa compositum est semen, non simul, neque in eodem vniuersum liquatur suores. Sed e assidue ipsius partes prins fundantur, quae liquidiores sunt: assidueque singulae immisto suore spoliatae, proprias concrefunt in res. Et quia ita rennes feminis partes crassioribus immiste erant, vt vel adeo a se se ipsis se iunctae, separateque, neutrae tamen adhuc pure factae sint, sed tenuioribus crassities adhuc quaedam, & crassioribus quaedam insit tenuitas: amplius uterque, dum funduntur, non quidem in diuersos liquefunt suores; sed quae tenuioribus crassities, & quae crassioribus inerat tenuitas seorsum ab illis sic. Itaque, nec uasa uniformia, nec continua, sibi, ipsis similia vniuersa sunt ossa. Sed vasis quidem fibrae, minutissime, s. res, at paulo, quam illa sunt, densiores, durioresque, intertextae, & ossa multas in partes diuisa sunt; & e quarum singulis res emanent minus, quam ipsa sunt, densae, duraeque; quibus sibi ipsis mutuo colligantur, & aliae, quae inter ipsas posite partes, ne se se mutuo conterant, praestant. Propria porro res, quae e semine constituantur, magnitudinem, propriamque, singulae fortitum figuram; quod ita paratum, eocinnatumque, tenuitates nimirum, crassitiesque, e quibus compositum erat semen, tanta singulae, eaque sibi ipsis immiste erant ratione, vt certo a calore fusae singulae a reliquis seorsum fierent; & inexistente suore spoliatae, in tantas singulae, talesque, concrefcerent res. Nec (vt nobis videtur) amplius quicquam homini inquirendum est: at rerum omnium conditoris Dei sapientia admiranda, qui cum animalibus calorem, easque, calorem, terreeque, indidit vires, vt ab ijs effectas res in sanguine ille, semenque, ageret; quod ab uteri calore fufum, in tot, talesque, liquefceret suores; & qui liquidioribus sui partibus elapsis in tantas, talesque, concrefcerent res. Et quia non vniuersi suores simul, eodemque, temporis momento inexistente tenuitate spoliatur, concrefuntque, sed (quod sanguini dum in semen agitur, carnibusque, quae assantur euenire passim apparet) internis partibus mollibus etiam nunc, tenuitateque, plenis, externa superficies tenuitate omni, omni, exuta mollitie, adeo densa facta est, vt nullus praexistenti tenuitati, nec ei, quae interea ingenerata est, elabendi exitus pateat: vtiq; vnus ossibus, ijsque, similibus rebus exceptis (quae corporis mole sustetatura, tenuitate omni, omni, mollitie spolianda fuere; & quibus duris, densisque, & necesse non est, repugnantibusque, & nutrimento apposito abundantibus, neque, indi potuit spiritus, neque, indendus omnino fuit; vt qui, nec seruati in ijs, neque vllum adcre queat motum) reliquis, quae e semine fiunt, cerebro, spinali me-

dulle, neruis, arterijs, venis, œsophago, ventriculo, vesicis, intestinis, viscerum tunicis vel vniuersis, vel si in mollissimis, laxissimisque retineri non potest, earum certè fibris spiritus inest omnibus. Et quia qui ingeneratur spiritus multò, quàm res, è qua constituitur, amplior sit, proindeque maiori indiget loco (id quod in aqua, alijsque in rebus quibusuis ingenita facit tenuitas) sibi vt is patentem locum faciat, molem, in qua ingenitus est, attollit, eleuatque: qui presertim multus est, & non durissimè inclusus rei; cuiusmodi est, qui cerebro, & spinali medulla inest. Cerebri igitur ventriculi non (vt Galeno placet) à spiritu effecti sunt sese abdente, dum bullæ, quibus inclusus est, in masculini, foeminiæque feminis permissione rumpuntur, quasi latebras, in quibus delitescat, quærente; qui & effodere sibi illas profus impotens sit, & qui nihil expetat magis, quàm è latebris euolare: sed à spiritu facti sunt, ampliorem sibi locum parante, proptereaque cerebrum attollente. Eo sermè pacto, quò bullæ in aqua feruente fieri videntur, quæ manifestè à spiritu in ea ingenito fiunt, ampliorem sibi locum, egressumque, si liceat, moliente; proptereaque superpositam aquam eleuante, attollenteque. Statim igitur ea residet, si pacto quouis ingenito spiritui egressus patefiat.

QVO MODO VISCERA, ET CARNOSVM CONSTI-
tuatur genus. Cap. III.



QUANTO portò feminis portio ad venarum, arteriarumque, quæ ad vterum pertinent, orificia deferretur (ibi enim modò concipit mulier, vbi ad aperta ostiola sunt) illis ea affixa, in venas, arteriasque agitur. Itaque, quòd hæc illis vniuntur, vnumque sunt, & ne ostiola occludantur prohibent; non amplius temere ex illis in vterum, & certis modò temporibus defluit sanguis; sed assidue, certaque ratione, & modo in dudum factas in fluit venulas, à spiritu (vt extimare licet) ijs ingenito attractus. Et vniuersus simul in locum delatus, vbi iecur constituendus erat, & à robustiore vteri calore magis interea, ibique amplius suffus, liquatusque, in diuersos seceratur fluores. Et tenuissima quidem illius portio in liquidissimum, & qui aquæ ritu nullo à calore concrefcatur vnquam; paulò crassior tenuitate, qua commista fluida videri poterat, elapsa in iecur, quæ hæc crassior est (quòd si qualis à iecinore effluit, concrefcatur, in viscus concrefcatur nimis corpulentum, graueque) in locum delata plurimis refertum arterijs, & à sanguinis ijs inexistens calore tenuior, calidiorque; facta, tum tenuitate & ipsa, cuius commistione fluebat, spoliata omni, in lienem concrefcatur mollem, laxumque. Crassissima nullum (vt videtur) in fluorem liquatur, nec in vnã omnino, continuamque rem; sed terræ more inexistente aqua, à qua continebatur, in halitum acta, effluxaque, omni, in longè & ipsa minutissima dissipatur frustrula. Hæc portò à multa tenuissimi liquoris portione vnum in locum collata, in renes ibi cogitur vniuersa. Modo eodem, quo dicta viscera è sanguine in venis contento, cor itidem, & pulmo ex eo constituuntur, qui in arterijs continetur, è maternis arterijs in foetus arteriolas in fluxu. Et cor (vt extimare licet) è crassiore eius portione gignitur, nec sola (fortè. n. vna ex ea consecuta, plus iusto calidum factum foret) sed sanguini è iecinore effluxo commista. Pulmo verò è tenuiore constituitur, & sola, vt videtur. At carnosum genus è liquidissima sit sanguinis portione; quæ è venarum tunicis elapsa, & inexistente tenuitate spoliata statim concrefcatur: nec in vnã tantam, eandemque vniuersam rem, benè & ipsa sibi ipsi dissimilis; sed tenuiore sui portione in pinguedinè, crassiore in carnes. Et è quibus quidè rebus, quibusque à viribus, & quo etiã modo cum animal vniuersum, tum ex ipsius partes, quæ principes videri possunt, & quarum constitutio ne conspecta reliquarum omnium generatio manifesta sit, his in presentia explicasse satis sit. Superest modò, vt cur corpori è tot, adeoque differētibus rebus composito indendus spiritus fuerit, inquiramus. Quod. n. (vt in superiore declaratum est commentario)

mentario) animal spiritus est, corpori vt proprio tegumento, proprioque organo inclusus; quin non corpus modò vniuersum, sed quæuis eius pars spiritus retinendi, conseruandique gratia constituta sit, quin nulla omnino temerè, casuue, aut frustra, sed quæuis quempiam in vsum adiecta sit, dubitare non licet. Absit enim, vt quæ aliorum opificum cuiuis euenire passim videntur, rerum omnium conditori Deo vllis in ipsius operibus euenisse suspicari liceat: vt scilicet, vel ab agentium naturarum viribus, vel à materiæ prauitate victus, eorum, quæ enti cuiuis ad sui ipsorum conseruationem, bonumque necessaria sunt, commodouè, quicquam elargitus non fuerit; aut quicquam vlli adiecerit, quod inutile ei sit, incommodumue. At partes quasuis bonas, necessariasque spiritui esse existimantibus, nequaquam tamen omnium vsum nobis explicandus est; qui & satis, vt videtur, alijs expositus est, & presenti labori non prepositus; sed earum tantum, quarum & constitutio inquisita nobis est. Nam modus, quo eformatus iam, & in lucem æditus foetus nutriatur, augeaturque, magis manifestus fiet; si cur spiritus corpori indendus fuit, è tot, adeoque differētibus composito rebus, si scilicet quem viscera singula præbeant vsum, conspectum fuerit.

CVR SPIRITVS NERVOSO GENERI INDENDVS, CARNOSVM
huic circumponendum, & venæ huic, arteriaque intertextendæ, & sanguine ex replendæ, & osseum genus omnibus subijciendum fuit.

Cap. V.



QUONIAM spiritus, si non copioso, at integro certè calore, summaque donatus est tenuitate; proindeque immobilitatem, compressionemque summo habet odio, summo perèque exhorret; & motus ædendi, angustisque, & corpulentis è rebus elabendi summo tenetur appetitu, summaque donatus est facultate; & quantulumuis nactus exitum promptissimè ex omnibus elabatur, & ad cognata, similiaque, ad tenuissima scilicet euolat entia: vtique si in loco terræ proximo retinendus, ab eiusque viribus defendendus erat; benè densæ, benèque corpulentæ, & benè etiam calidæ indendus erat rei; quæ nullum ei elabendi aditum, nullamque terræ viribus eum attingendi facultatem præberet. At huiusmodi inclusus si foret rei; vel si amplius in ea nactus locum nihil comprimatur, & quosdam etiam ædere queat motus; breui omnino corrumpatur, elabaturue. Nam si summa ipse donatus tenuitate, nihil à proprio calore immutetur amplius; & benè corpulentæ, benèque calidæ inclusus rei nihil externis à viribus obledatur; itaque nihil imminutus, nihilque immutatus, vel nulla illapsa re, à qua resciciatur, seruari possit: at ipsius tegumentum, si quidem ab externis naturis nihil obledatur, à proprio certe calore tenuiores partes in summam assidue agente tenuitatem, & cum ea assidue elabente, breui omnino corrumpitur. Itaque si conseruandum, rescicendum assidue erit. Et nequaquam plantarum ritu, à re, cui affixum id est, vel quæ præstò vbi que adsit, & è terra omnino à sole emollita, vel quasuis acta in plantas resciciendum. Neque enim rei spiritum contenturæ is indi potuit calor; à quo ens adeò ab ipsius natura dimotum exuperetur, in ipsamque agatur. Ex aliorum itaque animalium carnibus restaurandum illud fuit, vel è plantarum foetibus, & ipsis etiam è plantis, at benè mollibus, è rebus omnino multò amplius concoctis, multòque proximioribus factis. Et nequaquam ex harum quasuis cuiusuis spiritus tegumentum, sed singula è certis quibusdã rebus: quæ igitur diuersis in locis, & labore multo, multaque industria, multis nimirum, diuersisque comparandæ essent motibus; & quos ædere non nisi benè leui, benèque flexibili tegumento, quod. f. & euehere, & flectere vt libet, & quibuslibet comouere possit motibus, inexistens queat spiritus. Quamobrem quòd ne elabatur, nequè à terræ viribus extinguitur

guatur spiritus, benè corpulento, benèque denso includendus erat regimento; & nutrimentum ei comparare ut posset, benè id leue, beneque flexibile esse oportebat: utique (quod factum videtur) densa quidem, renitentique rei, at benè gracili indendus, & rebus illa obuoluenda fuit, à quibus assidue emollietur, & ab ambientis viribus protegeretur, & reficeretur etiam, fouereturque. Nervoso itaque generi denso, renitentique, & graui, at veluti in minutissima scisso fila, indendus spiritus fuit. At quòd & ipse, & perexiguus, qui ipsis indi potuit spiritus, quantulouis onere succumberet; multa in vnum colligenda. Tum quòd non tot omnino in vnum colligi potuere, quot, ut magnas corporis partes sustinere, commouereque possent, colligenda erant (nam quæ ipsorum à rebus, à quibus emollienda, reficiendaque sunt, & à carnibus omnino longius absunt, rigida, inflexibiliaque fiant) carnibus immiscenda fuere; & ex vtrisque sibi ipsis commistis musculi componendum fuit genus; à quo illud, illique inexistentem spiritus ab ambientis viribus protegeretur, defendereturque; & venæ huic, arteriæque intertextendæ; sanguisque assidue in vtrasque immittendus; qui ab ipsarum motu, circumpositique carnosum generis calore liquetur; & in vtrumque effusus, genus vtrumque emolliet, reficeretque; & vtramque, & spiritum etiam nervoso inexistentem foueret. Siquidem illorum nutritio magnus, & qui ambientis vires satis rejiceret, indi potuit calor. Nam si nervoso in sit; permodicam, quæ ei inest, mollitiem nullo propemodum temporis momento, & prius omnino, quàm res, è qua reficiendum est, conficiatur, ipsumque subeat, in ipsumque inuertatur, in summam agat tenuitatem, eamque educat omnem. Itaque crassius assidue, duriusque, & breui inflexibile prorsus fiat. Et carnosum, si quidè, quòd mollius est, laxiusque, fluorem, è quo reficiendum est, promptius admittat; tantusque is assidue in rebus, in quibus conficiendus est, conficiatur, quanto quæ ipsius assidue corrumpitur portio reficienda est: si & ipsi tamen robustus in sit calor; nequaquam is forte tenuioribus ex illo educatis partibus crassiores in carnes compingat; sed illum fortè vniuersum, aut longè maximam illius portionem amplius fundat, liqueturque, & magnam in tenuitatem, reliquam siquidem in carnes, at benè certè densas, benèque duras agat; & vel molles si fiant, assidue tamen duriores fiant. Neque enim sanguinem in vasis contentum in tantos assidue soluat fluores; ut carnes, in quas conerescent, portionem, quæ corrupta est, præexistentibus veluti restituant. At languidus si vtrique in sit; malorum, quæ dicta sunt, si quidem vllum eueniat, ferius omnino eueniat. Et (ut suo amplius declarabitur loco) non nisi calidiore è sanguine (qualis ingrauescente iam ætate fit) refecto vtroque, proindeque & calidiore factò id accidit. Nam dum proprius vtriusque calor exilis est, blandusque, & propterea inexistentem lentè educit tenuitatem, multus interea in vasa insuit sanguis; & spiritus eorum fibris insidens, illum agitando, & pinguisimam illius portionem in semen agendi, & vtrumque in fluores liquandi, & horum vterque suum in genus subeundi, tempus nactus, priusquam alterius portio vlla penitus corrumpatur, alia ex illapsis fluoribus conficitur. Quod porro dicendum est, è fluoribus, in quos sanguis in venis, arteriisque funditur, genus vtrumque emolliit, reficique, & foueri etiam vtrumque, & spiritum insuper vasis inexistentem, venæ, arteriæque, quæ per carnosum genus vniuersum disseminatæ sunt, & vena, arteriæque, quæ singulis nervosi generis portionibus, & ijs præcipue apposita est, quæ & duriores factæ, & ambientis viribus magis expositæ sunt, declarat. Quoniam verò non carnosum modò, sed ipsum etiam nervosum genus (cuiusmodi factum est) mollius omnino, flexibiliusque fieri oportuit, quàm ut se ipsum sustinere queat vtriusque, & musculi amplius ex vtroque compositi; qui scilicet, quòd magnæ ipsi corporis partes, magnaque interdum pondera sustinenda, vectandaque, & cum renitentibus rebus oblectandum erat, itaque nisi firmo cuiusdam affixa sint, ab eoque retineantur

tur, è propria dimoueantur sede; utique (quod factum videtur) osseum constitutum fuit genus; & si non genus vtrumque vniuersum, at nerui certè omnes assigendi si tuere.

CVR CORPORI IE CVR INDENDVM, ET E SANGVINE CONSTITUENDVM EST. Cap. VI.



VONTIAM verò (ut dictum est) non durum, densumque constituendum fuit, proindeque nec constitutum est nervosum genus; nec adeò languidus inditus est ei calor, qui à paulo robustioribus, diurnioribusque motibus concalescendum, laxatumque, amplum in existenti spiritui egressum præbeat; & carnosum genus benè molle, eoque donatum est calore, à quo molliores ipsius partes à motu præsertim concalescunt, in fluores, magnumque agantur in tenuitatem; itaque & corrumpatur tandem vniuersum: utique si seruandum animal fuit; & spiritus, & carnosum etiam genus reficiendum fuit; & sanguis vterque amplius, multo illis mollior, laxiorque, & calidior: è quo igitur multo, quàm ex illis promptius inexistentem mollitiem omnem in tenuitatem agat, seculumque eam omnem proprius efferat calor. Itaque facultate, modoque illa omnia reficiendi donandus spiritus fuit; vel illorum quædam saltem, si quibusdam (quod fieri videtur) reliqua refici possunt; & sanguinem omnino; è quo (ut suo amplius declaratum est loco) carnosum, nervosumque genus, & ipse etiam reficitur spiritus. Sanguis porro animalium multorum ex aliorum multorum sanguine, & ex eo omnino refici poterat, quem viribus, copiaque exuperaret. At neque semper præstò ille adest; & ut natura animantia alia alijs vesci velit, quàm minimo certè aliorum in còmodo fieri id velit, proindeque ex integro, quod morti datur, animali, non ex exigua modo ipsius parte. Quod igitur reliquum fuit, aliorum animantium carnes in proprium alimentum sumenda; nonnullis tributa sunt: at quibus ea non solæ, vel dari omnino non potuere, plantæ ijs, plantarumque; foetus dati sunt; nec proximius quicquam dari potuit. At quòd nec horum quicquam à se ipso, & proprijs viribus, vel in sanguine, vel in se ipsum agat spiritus, longè (ut dictum est) tenuissimus, proindeque & calore donatus longè exilissimo: itaque organis donandus fuit, quibus & in sanguinem, & in se ipsum res agat, adeò à sanguine, à propriaque dimotas natura; iecur nimium, & cor, ex eodem quidem vtrumque sanguine, quem confecturum erat, confectum, at compactum, conspissatumque; eodem nimirum, quo & sanguis, quem confecturum erat, donatum calore, at magis in se ipsum collecto, & propterea robustiore quid factò; qualis omnino visceri, quod sanguinem confecturum est, calor in se oportet. Nàm si multo in se sit vehementior; tenuior em inditarum rerum portionem in vapores, flabresque, crassiores, siquidem in sanguinem, in multo certè crassiorem agat: si idem, qui è sanguine, & sanguinis omnino veluti vniuersitas quædam corpori indita sit; quæ quævis res propria donet natura, & in se ipsam agat; si quidem diu in propria ipsa seruetur natura, & non statim in existente tenuitate elapsa omni in genus concalescat; quoniam quæ in eam immittuntur res, assidue fluunt; itaque eius actionem præterfugiant; & quòd eius calor immittarum rerum calorem non valde viribus exuperet; si quidem integer eas subeat, & in proprium ens, in sanguinem scilicet, è quo effusus est, agat, longè certè agerimè, & non nisi diu agens agat; proindeque ob nutrimenti inopiam breui animal deficiat: utique (quale factum videtur) sanguinem confecturum viscus è sanguine omnino constituendum fuit, at bene in se ipsum coacto, conspissatoque; & in quo propria vires copiosiores, robustioresque, quid factæ sint.

ET CUR VENTRICVLVS, VENTERQUE, ET QVALIS
vterque est, faciendus. Cap. VII.



L E C T I O N I porro is inditus cum sit calor, qui sanguinis calore nō valdè robustior sit; qui igitur res modò in sanguinem agat, quæ sanguini benè proximæ sint: nequaquã quæ assumuntur res, nihil prius tenuiores, & sanguini proximiores factæ in sanguinem agat; quæ præsertim (quales pleræque sunt) si non & naturæ robore, at dispositione certè summoperè à sanguine dissident; & quæ insuper è partibus constant longè diuersissimis; quarum oīnò aliæ ita liquidæ, tenuesq. exillat, ita aliæ densæ, crassæque, vt hæ in fluores sanguini similes solui, in eosdem illæ crassescere maximè repugnent, maximèque renitantur; & hæ illis adeò commistæ sint, vt puncto ferè in nullo ab illis hæ seorsum sint. Itaque priusquam in iecur deferantur, concoquendæ, & quoad fieri potest, vnum, idemque in ens, & sanguini proximi vniuersæ agendæ suere; & ibi omninò, vnde vapores, in quos tenuissimæ ipsarum partes quiduis concalescunt soluantur, rectà ad spiritus vniuersitatem efferri, eique immisceri, & in spiritum agi ab ea queant. Nam in iecinore educiti nullum prorsus spiritui commodum afferant, priusquam sanguis conficiatur, elapsis. Quamobrè (quod factum videtur) oris, iecinorisque in medio ventriculus constituendus fuit, in quo huiusmodi agantur in ens; & è quo vapores, qui interea è cibus educiti sunt, rectà ad cerebri efferantur ventriculos. Ventriculus porro (quod res, è quibus & ipse, & reliquæ corporis partes, & spiritus etiam ipse nutriendus erat, primus excepturus erat; in ipsoque primùm inuertendæ, & si non in perfectum, absolutumque illarum omnium nutrimentum, at proximam certè in rem agendæ itaque nullæ si ventriculo insint, aut nimix, aut contrarijs, præpotentibusque donatæ viribus, quarum omninò copia, aut robur exuperari in eo non possit, magno animal incommodo, magnoque afficiatur malo, nihil, aut præuè nutriturus) exquisitissimo donandus fuit sensu: magna scilicet spiritus copia indenda ei fuit; & quæ vel leuissimas eius passiones, molestiasque omnes, & eas in primis persentiret, quas nullis, vel nimijs, vel præuis inexistens cibus patitur; & vniuersitati in cerebro residenti integras, nulloq. communicaret temporis momento. Siquidem (vt alibi amplius expositum est) si non & quæ minutissimis, longèq. à cerebro dimotis nervosi generis portionibus spiritus insunt portiones, reliquæ certe omnes, quos ædunt motus, vniuersitatis arbitrio, & ab ipsa omninò commotæ vniuersitate eos ædunt omnes. Nec verò nisi quæ singulæ patiuntur mala, vniuersitati ea communicent; vel si non quos ipsa decernit, & quibus ipsa illas commouet, ijs singulæ moueantur motibus (quod passim fieri videtur) vna modò laborante, multæ, exque omninò omnes, à quibus quod illam diuexat rejci potest, ijsque singulæ commoueantur motibus, quibus rejciendum id est, vel si bene laboriosius sint, molestique; sed ijs singulæ tantum, quibus propria rejciant mala, propriaque sibi comparent bona; aliarum labores nihil alijs curæ sint: non adeò certè sibi ipsis concordēs sint, & sibi ipsis (quod perpetuò facere videntur) veluti concinnet. At hæc alibi (vt dictum est) amplius. Quoniam igitur magna spiritus copia uentriculo indenda est; nequaquam carnosus è genere, cui scilicet nullus inest, nullusque indit potest spiritus, nec ea vtroque sibi ipsis commixtis, sed vno è nervoso genere constituendus fuit, & omni fibrarū genere donandus: præterea & œsophago (qui, quod calore ad uentriculum fertur, nec alium in usum constructus est, nisi vt inexistens spiritus per ipsum exire ad uentriculum quæ ibi concoquenda sunt, & quæ e uentriculo in os, & foras eijcienda sunt, inferat, efferatque, veluti uentriculi portio quopiam videri potest) intertextendus fuit; vt (quod fieri videtur) illarum, illisq. inexistens spiritus ministerio illorum vtriusque, & quemlibet vtriusque portionem, prout

opus

opus est, relaxare, aperireque, & constringere, occludereque, proindeque & quæ in uentriculum immittenda sunt, immittere, & quæ ex eo eijcienda sunt, eijcere vniuersitas possit. Manifestè enim (vt suo amplius declarabitur loco) superiore œsophagi parte constricta, qui in eum coniecti sunt cibi in uentriculum deferuntur; & uentriculo constricto, quæ ei insunt, exprimuntur omnia, quod omninò molestiam inexistenti portioni infert, propulsare vt possit. Nam & quæ eijcit, propterea eijcit, quod ab ijs diuexari illam sentit; & quæ immittit, propterea immittit; quod non à re uentriculo inexistente, & si quidem inexistente, at adeò certè minuta, vt a uentriculo quantumuis constricto propelli nequeat, vel quam eijci nolit vniuersitas, quod minimè eā inexistenti spiritui molestiam, quin iucundam esse sentiat, & molestiam, qua ab ea afficitur, veluti ex accidente quopiam affici, & externis quibusdā immixtis rebus exolui tam posse intelligat; proindeque immittendas eas decernit. Ab inexistens scilicet rerum copiam, vel viribus in uentriculo inhabitantem portionē obladi sentiens vniuersitas, portionem in eius, œsophagique fibris insidentes ijs commouet motibus, quibus vehementissime illas intendat; itaque & valentissime uentriculū primū, mox eam assidue œsophagi portionem, in quam illæ actæ sunt, constringat; proindeque exprimantur illæ, & veluti eiaculentur. At molestiam, quam famem, sitimque appellamus, quod illam non ab inexistens uentriculo rebus, sed ab acido succo fieri sentit vniuersitas; qui inani eo, nihilque suppositam venam, quæ à splene ad eum fertur, comprimente, pates ad eum natus iter (quod acida faciunt) constringit eū, proindeque & inexistens comprimit spiritum; & cuius forte portio quopiam eum subit, & quæ quantumuis constricto uentriculo extrudi tamē non possit: quod omninò à re molestiam illam fieri sentit vniuersitas, quam motu nullo amoliri queat; exterum quippiam, & corpulentum id (à quo scilicet, quod molestiam infert, propellatur) & calidum libentius, quam frigidum (quod cōstrictionis sensus frigoris sensum infert) assumendum, & in uentriculum immittendum decernit vniuersitas; & portiones, quibus id assumendum, immittendumque est, ijs commouet motibus, quibus operandum id est. Et cuius molem deglutiri, & duritiem emolliri, exuperarique desperat, & portionibus ori inexistens iniucundum non esse senserit; mandū id primū, tum deglutiri decernit. Sitim etiam externis à rebus in uentriculum immixtis, at frigidis, liquidisq. sedandā decernit; quod etū non vno ab ambientis aestu, vniq. à vehementibus, diurnisq. motibus, sed ab immixtis etiam sit cibus, calidis præsertim, siccisque; à quibus scilicet nimius uentriculo calor, humiditas nulla inditur, quia præinexistens educitur omnis: quoniam nihil hos spiritui molestos, quin iucundos esse sentit; nequaquam rejciendos eos, at eorum, uentriculique calorem, quem molestum spiritui esse sentit, imminuendum, præterea & ne inexistens spiritus amplius comprimatur, uentriculum emolliendum, relaxandumque, humiditatem scilicet, quæ educit constrictus is est, durusque, & renitens factus, ei restituendam, frigidam liquidamque res in eum immittendas esse, decernit vniuersitas. Itaque liquor nullus, nisi frigidus sit, satis firmi sedat. At cibi calidi quidem amplius (qui scilicet non acidum modò succum repellunt, & ne amplius constringant, prohibent; sed cōstrictionem iam factam soluant, laxantque) sed frigidi etiam, corpulenti modò sint, grauesque, & qui venam, per quam acidus succus ad uentriculum fertur, ita comprimat, vt nullus ei in illa remaneat locus. Itaque famem vnius cōstrictionis, sitis concalescentis etiam sensus videri potest. Quoniam verò è semine confectus uentriculus minimè eo calore donari potuit, qui inditas res exuperet, & in sanguini proximum ens, in quale agendæ sunt, agat (quod itidem factum videtur) venæ ei, arteriæque multæ intertextendæ; multus nimirum sanguis ei veluti immiscendus, omentumque multis & ipsum venis, arterijsque distinctum, & benè omninò calidum superponendum. Præterea & alia viscera, & ipsum in primis apponendum fuit iecur; quod nihil interea

succum

induratum succum in sanguinem agere cessans, res ventriculo inexistentes immutat, concoquatque. At quod maxime ex dissimilares sunt, & quaedam omnino ipsius portio non adeo emolliiri, attenuarique potuit, ut in sanguinem agi possit; quæ igitur à reliquis discernenda prorsus sit, & nequaquam in ventriculo; quem scilicet assumptis cibis quamprimum exonerari oportebat, ut vacuus alios assumat, concoquatque: utique ventriculo venter supponendus fuit; & ventriculo in iecur angustissimus meatus fabricandus, & per quem tenuissimi modò succi in ventriculo confecti portionem ad iecur deferre spiritus queat. At quod reliquam eijciat, bene amplius, nec rectus tamen, sed maxime flexuosus construendus fuit; ut diu in eo immoretur; itaque tenuitas seceratur omnis, omnisque exprimitur, & ad iecur deferatur. Et talis uterque constructus est.

CVR COR ETIAM, PVLMOQVE CORPORI INDENDVS; ET qualis est, uterque constituendus; & cur aer inspirandus.

Cap. VIII.



Et quoniam sanguis in iecinore confectus, non eo adhuc calore, eaque donatus est tenuitate, nec in se adeo densa continetur; ut in quem ipse soluitur fluat, si solus ipse in carnes concreseat, ita et calidæ, mollesque fiant, ut nervosum genus, eique inexistens spiritum satis foueant, nimisque non opprimant: minus etiam, ut euaporatione ex ipsa elaboratur; à qua satis & illa, & hoc foueatur, fouendum omnino amplius; & à qua non spiritus modò arteriarum fibris inexistens, si eas illa subit, sed spiritus vniuersitas, quæ in cerebri ventriculis ut in principe sede continetur, indeque & in spinalem medullam, & in nervosum genus effunditur vniuersum, refici queat: cor etiam corpori indendum fuit, in quo longè, quam iecur est, cum robustiore, tum verò & copiosiore donato calore sanguis in iecinore confectus multò calidior, multoque fiat tenuior; & qui densiore in re continendus, contentusque, & vehementiore in ea agitatus motu, in longè calidiores, longèque tenuiores soluitur fluores, & è quibus, ijs, qui è venis effluxere, commistis, simulque in carnosum, nervosumque genus concretis, calidius utrumque fiat, molliusque; & euaporatione emittat, cum longè copiosiore, tum verò & calidior, tenuiorque; & quæ cum dictam genus utrumque magis foueat, tum non spiritum modò arteriarum fibris (si quidem eas subit) sed ipsius vniuersitatem, portionesque omnes, quo videbitur modo, nutriat, reficiatque. At verò quoniam si tanto cor donatum sit calore, quanto sanguinem à iecinore confectum in adeo ardentem rem agat, proximas corporis partes colliquet, exuratur omnes: utique minus quidem calidum, & mobile faciendum fuit; ut quem proprijs viribus sanguini calorem indere non poterat, motu eum inderet. Quia verò spiritus, à quo solo mobile fieri poterat, sanguineo, mollique, & laxo omnino visceri indere non poterat; si quidem iecinoris more non alia id è re, sed ex eodem, similique sanguine, quem confecturum erat, constituendum fuit; rebus spiritui plebis intertextendum fuit, obtegendumque; ut ab ijs assidue dilatatum, constrictumque, attractum, illapsumue sanguinem assidue eo calore, eaque donet tenuitate, ut amplius quid in arterijs agitatus, in eos, qui dicti sunt, fluores, dictamque vniuersum prope modum soluat in tenuitatem. Et quoniam insuper ex adeo elaborato sanguine quæ elabitur tenuitas ad tanti spiritus refectioem satis non sit; fortè & nimis calidus è sola ea spiritus fiat, præcepsque, & furiosus; fortè & sanguis in iecinore confectus per se crassior sit, quam ut ea in corde tenuitate donari possit, qua ut vniuersus, vel maiore sui portione in spiritu agatur, donari oportebat: res itaque immiscenda fuit eo tenuior, aer nimirum, qui præsertim tenuior quid factus, calidiorque, spiritus assumat naturam; & qui (ut in proprio declaratum est commentario) nisi inspiretur, elabentemque è corde, eque corpore vniuerso calorem, veluti exitium si exiliat minitans, reijciat, retundatque; spiritumque ipsum angusto in loco quasi immobilem factum commoueat, agitetque: dubio procul pereat, quodcumque in aere degit animal; calore è corpore omni, è mollioribus præsertim, calidioribusque, eius partibus elapso; tum verò & spiritu à loci angustia moueri prohibito. Aer itaque inspirandus omnino fuit; & ad cerebri quidem ventriculos eius portio (quod factum videtur) iter dandum; quæ spiritum commoueat, & euaporationi è sanguine elapsæ adiectus eius ardorem imminuat, & quantitatem augeat; & qui maiore sui copia ad cor delatus, elabentem ex eo calorem rapinat; & in sinistram etiam eius ventriculum illapsus, sanguinique ibi contento immixtus, tenuiorem eum faciat. At non statim, nihilque immutatus, nihilque debilitatus ad cor ac radiendus fuit. Nihil enim frigore exutus, non contingens modò cor, sed vel illud subiens non (quod faciendum est) eius calorem reprimat, introque agat, & vniat, augeatque; sed imminuat, debilitetque. Caput itaque fistulosumque viscus, & magno præditum calore, pulmo nimirum cordi veluti circumponendum fuit; quod aerem excipiens nullo illum temporis momento veluti temperet; & cor circumplectens elabentem eius calorem reijciat, coerceatque, quod vel laquidissimum faciat frigus; & aeris portiunculam in cor etiam ipsum immittat.

CVR VESICA FELLEA, ET LIEN, RENESQVE CORPORI indendi fuere.

Cap. IX.



Et quoniam chili partes, quæ ad iecur delatæ sunt, non eadem omnes dispositione, nec eodem donatæ sunt calore; sed & hoc, & illa quam longissime à se ipsis dissident; non omnes vnum, probumque, liquidum scilicet, dulcemque, & puniceum in sanguinem agi potuerunt: is enim ex ijs modo confici potest, quæ veluti mediam dispositionem, mediumque naturæ sunt calorem. Reliquæ chili partes si quidem in sanguinem, at non probum certè aguntur, sed vel plusquam par est, calidior, crassiorque, vel minus, & alios in fluores sanguine calidiores, crassioresque, vel horum alterum, vel minus; prout chili partes, è quibus ille conficitur, robustiore, languidioreue donatæ calore, & crassiores sint, tenuioresue. Quæ scilicet calidiores, & crassiores etiam sunt, in sanguinem quidem aguntur & ipsæ, at non dulcè certè, sed subamarum, crassumque, & nigrum. Quæ verò multò ijs calidiores, at non eque crassæ sunt, atram, acidamque in bilem, & in flauam, acidamque abeunt. Quæ his modicum quid minus calidæ, minusque crassæ, at quæ calidiores quidem sunt, quam ut dulcem agi in fluorem, & tenuiores sunt, quam ut in sanguinem crassescere queant, in urinam liquantur, salisam, subamaramque, & albam, nihil in uenis ab immixtis humoribus intinctam. Quæ tandem crassissimæ sunt, & è quibus inexistens quidem molliem, tenuitatemque iecinoris calor educere potuit omnem, at non certe & duriores partes amollire, proindeque nec alias alijs affigere, agglutinareque: hæc nullum in humorem, nec in ens prorsus ullum fusæ, coactæ sunt; sed cinerum ritu tenuitate exuta omni, seorsum à reliquis singulæ sanguini & ipsæ immixtæ in iecinore remanere. At verò bilis utrauis, si præsertim quanta est, cum sanguine vniuersum in corpus inluat, magnum animali inferat incommodum. Siquidem amara, & quæ assidue ex ea elabitur tenuitas spiritum uenis inexistens diuexet, crucietque, ignis instar illum pungens; & carnes erodat, uratque; & in quas concrevit, qualis ipsa est, amara ea fiant, flauæque; & euaporatio ex ea elapsa præcipitem spiritum faciat, furiosumque. Acida etiam, ex eaque elapsa tenuitas spiritum & ipsa mordeat; & carnes erodat, pungatque; & quas constituat, propria eas ipse, propriaque donet natura: nigras nimirum eas faciat, acidasque: ex euaporatione uerò ex ea elapsa minime nitidus

adus conficiatur spiritus, minimèq. purus; sed & per se obscurus, & nigra assidue subeunti euaporationi immixtus, semper tristis, semperq. veluti meru examinatus, timoris causam in se ipso habens. Et quæ dictæ sunt fuligines, cineresue, si in venas à sanguine inferantur, si quidem ex ijs elabantur, nullum certè rebus, quibus admiscerentur, bonum, commodumue afferant; quin summo perè impurent eas, oblaquantque; quæ scilicet si retineantur, longè plurimè tandem facte, si venas non obstruât omnes, duram certè in rem, & in lapidem omnino in ijs concrecant. Itaq. (quod dictum est) vel ipso in iecinore amara bili, & cineribus, fuliginibusq. sanguis expurgandus fuit. Vesica igitur ob id ipsum fellea dicta, quod fel; amarum nimirum, fluamq. bilim attrahit, iecinori indenda fuit; quæ illam veluti emulgeat. Non siquidem viscus amara è bili constituendum fuit (quod nimirum si corpori insit, non contiguas modò, proximasque partes, sed vniuersum corrumpat corpus) sed vesica, eaque perexigua, quæ illam statim eiciat. Et licet eadem, qui acidam emulgeat, non longè à iecinore locandus; & renes etiam ipsi, in quos dicta frustula, fuliginesq. conferendæ erant; vt ab ijs recerent, ab vrina, à qua ad illos delata sunt, in vesicam non deferantur. Nam aquæ similis suor (quod sanguis immixtus nihil eum fædet, neq. elapsus carnes erodat, aut ipse ens constituat vllum, in vapores, & languentes eos statim solutus omnis) non vllum proprium in viscus cogendus, ineptus alioquin cõcrefcere; sed proprium in vas demittendus; in quo aliquantisper retineri possit. Neque enim sine magno animalis incommodo assidue emitti poterat. At prius tamen dictis fuliginibus, cineribusque expurgandus fuit; quæ nimirum in vesicam delata, quod bona earum pars ibi subsideret, breui in lapidem concrecant. Itaq. (quod dictum est) renes etiam non longè à iecinore, & sub eo omnino locandi fuere; vt ad eos maxima dicti humoris portio delata, & per eorum angustias veluti colata, immistaque crassitie omni, aut plurima certè, crassissimaq. eius parte exuta, in vesicam ipsa deflueret; illæ autem renibus affixæ in renes concrecant, nihil vllam aliam corporis partem malo afficientes vllò. At reliqua sui portione in venas cum sanguine illabi oportuit. Neque enim grauem, corpulentamque rem nullo immixtam suor in superiores etiam corporis partes agere queat spiritus: fortè & sanguis tenuissimis sui partibus assidue spoliatus veluti in grumum concrecat, nullo suore madefactus.

CVR ETIAM ET VASA, ET VARIIS EA INTERTEXTA
fibris. Cap. X.



AD cibos itaque in sui ipsius, & in carnosius, neruosi que generis vniuersi, & ipsorum in primis in viscerum substantiam inuertendos, satis, quæ dicta sunt, organa spiritui esse videntur. At nullum hæc præbeat vsum, nisi alia adsint; quibus & quæ opus sunt attrahat; & si quæpiam attracta sint, quæ oblaquant, grauentue, reijciat ea; & quibus bona, quæ sunt, & retenta commodam agi in rem queant, dum in eam agantur, retineat; tû & quibus, quæ inuerti non potuerit, vel superflua sunt, eiciat, expellatque; vasa nimirum, & veluti canales quidam, quibus inditi succi non aliam, nisi in quam illi tendunt partem, deferri possint; & quibus oclusis retineantur, confriq. expellantur. Neque enim vel spiritus ipse per se quouis succis immixtus modo secum eos agat; & ex inferioribus ad superiores euehat partes; & retineat, vbi opus est, crassos, graues, fluitantesque; vel visceribus inexistens à se ipsis separatis, disiunctisque, ex alijs in alia trahat; vel ipsa per se illa operentur viscera. Vasa itaque (vt dictum est) & veluti canales quidam continui sibi ipsis, & quibus viscera etiam sibi ipsis ita colligantur, vnianturque, vt è quouis in quoduis succi attrahi possint, corpori inden-

indenda fuere. Et quoniam ex alijs in alias vasorum partes, ex inferioribus præsertim in superiores non alia ratione res agi possunt, nisi quæ quæ sacco vniuerso insunt res in alteram eius partem agi videmus; parte nimirum, è qua attrahendæ eæ sunt, assidue constricta, & veluti manu pressa, proindeque inexistentibus rebus in subsequentes assidue protrusis; vasa autem ipsa nullam se se constringendi, dilatandiue obrinent facultatem, immobilia sui natura: vtique spiritus ijs indendus fuit, qui pro vt vsus polceret, constringeret ea, dilatareret. Et nullo vtrumque labore operari ve posset spiritus, mollissima, benèque laxa, & vt quæ ipsis indenda erant, indi possent omnia, benè etiam ampla facta sunt vasa. At quia in illis spiritus retineri non poterat, hæc verò longè ægerimè contrahat, expandatue; fibræ ijs omnibus intertextendæ fuere densæ, subtilesque; in quibus scilicet inditus spiritus coerceri, & quas intendere, remittereue, & secum vt libet ferre is queat: eaque intertextendæ fuere ratione; vt in vnum collecte ipsa etiam vasa in vnum colligerent, & à se ipsis diductæ, explicatæque, vasa etiam diducerent, explicarentque sui ipsarum omnino situm omnem, omnemque vasis darent positionem. Et quia si vnæ insint fibræ, eodemque vasis intertextæ sint modo; quauis ex ratione ab inexistente spiritu incenduntur, remittanturue, & in se ipsas cogantur, vel à se ipsis diducantur, nequaquam quæ operanda sunt, & attrahant, & reijciant, & retineant; vasa nimirum modò ex parte vtrauis, modò verò vndique constringant: diuersæ vasis intertextendæ fuere fibræ; in rectum scilicet aliæ, & per vniuersum vasorum longitudinem, per trãuersum aliæ, aliæ etiam per obliquum ducendæ; ijsque quæ operanda sunt, & qua operanda sunt ratione, optimè spiritus operatur omnia. Quoniam enim cum quæuis corporis pars, tum & ipse assidue reficiendus est spiritus; proindeque & assidue res assumendæ, & ex alijs in alias partes attrahendæ, reijciendæ verò, euomendæque eæ tantum, quæ vel noxiæ, vel nimis assumptæ sunt: vtique ijs attractio committenda fuit fibris, quæ celerimè, valentissimèque vasa constringerent, rectis nimirum. Per vniuersam enim vasorum longitudinem productæ, si in vniuersa ea simul contrahantur, vasa etiam vniuersa simul contrahant: & contrahant se se, si (quæ facta videntur) vasorum orificia firmo, stabiliq. & benè angusto, seu quod in angustum agi possit, affixa sint principio; à quo scilicet quauis attracta ui, abstrahi non possint; & in quo & vasa, & fibræ in vnum cogantur. Siquidem angusto, firmoque facto vasorum orificio, vbi ab ingestis rebus, quæ subsequitur illorum pars distenditur, amplificaturque; si fibrarum ei intertextæ partes, & subsequentes amplius (quæ vasis, aut nihil dum, aut non adeò distentis, nihil profusus, aut non adeò à se ipsis diductæ sunt) valenter ab inexistente spiritu in longum, rectamque protrahantur, se se illæ contrahant, in eademque omnino à se ipsis hiant distantia, in qua in principio, & subsequentes à se ipsis distant; itaque & tumefactam vasis partem constringant, inexistentesque ei res comprimant, protrudantque oportet. At verò, quia rectis vt attrahat spiritus fibris, firmo (vt visum est) angustoque assignda sunt principio; tum & vltra vas, in quod attractio faciendæ est, si non fibræ, locus certè, in quem spiritus progrediatur, præterea & facultas secum fibras protrahendi spiritui ad sit; oportet: vbi horum quid abest, vtramque in partem rectis attractio fieri non potest. Quæ igitur quoniam faciendæ omnino est; & quia insuper maximè necessaria attractio cum sit, nequaquam vnus modò committenda fuit fibris; nesi quando fieri ijs nequeat, nutrimenti inopia pereat animal: transuersæ etiam vasis intertextendæ fuere; quæ veluti circulo constringentes vtramque propellant in partem, in eamque omnino assidue; quam inter, fibræque partem, quæ contrahitur, detrudendæ res interpositæ sunt. Languidè porò hæ protrudunt. Neque enim, vt alteram in partem propellant, omnes simul, sed certæ earum portiones assidue, eæque tantum constringendæ sunt; quibus propellendæ res ea ex parte adherent, in quam abigendæ sunt. Nam si omnes simul contra-

hantur; proindeque & vasa vniuersa simul constringantur; vel vtranque, vel nullam in partem fiat extrusio. Et quia (vt dictum est) quæ assumuntur, attrahunturque, tamdiu retinenda sunt, dum in rem commodam agantur; partesque, à quibus confectæ sunt, ipsæ exaturentur: obliquæ insuper intertextæ fuerit fibræ, quæ, quod vndique vasa ambiunt, & vndique ea constringunt, occluduntque, vel solæ quæ inexistunt retinent; at eò certè arctius, robustiusque, rectis etiam, transuersisque opem ferentibus; vasa nimirum & ipsis constringentibus, occludentibusque. Agè verò, quò res in aperto magis ponatur, non satis fortè vniuersali explicatione manifestata, & digna omnino, quæ manifestissima fiat; spiritum vasorum quorundam fibris insidentem, & cum quæ diximus munera obeuntem, tum & corporis partes omnes & se etiam ipsum reficientem, generantemque intueamur.

QVOMODO SPIRITVS OESOPHAGI, VENTRICVLIVQE,
& ventris fibris inexistens cibos in ventriculum attrahit; & in chilum
ibi actos in ventrem demittit; & tenuiorem chili partem
in iecur attrahit, crassiorem foras eijcit.

Cap. XI.



QUESOPHAGVS duplici constat tunica, rectis altera, atque obliquis fibris intertextis, solis altera transuersis; & rectis, transuersisque in ventriculum attrahit; è ventriculo contra transuersis modò eijcit. Quoniam enim circulo (vt diximus) hæc constringunt, vtranque in partem propellunt: at non rectæ itidem. Siquidem quòd ad extremam gulam delatus spiritus quò vterius progrediatur non habet; vti que nec fibræ è ventriculo gulam versus trahere potest: veluti neque nos filum, quòd nobis motis trahendum sit, si spatium, quò progrediamur, desit. At è gula in ventriculum valentissimè attrahit spiritus: si quidem & fibræ, per quas vterius feratur, supersunt; & breui è gula ad ventriculum tractæ spatio vehementer intenduntur. Nam quæ è longinquo trahuntur, & longè omnino ipsæ sunt, non valdè intendi ex possunt; quòd spiritus earum pondere grauatæ languidè eas trahit; veluti & homines funes, quas è longinquo attrahunt. Ventriculo itaque inexistens spiritus, & attrax bilis morsus sensiens, (quæ ventriculo inani, & nihil suppositam venam, quæ à splene ad illius os detertur, grauante, quasi per apertum iter ad illud fertur) fortè & ventriculi ipsius arefactionem principiens, nimis ipse in eo constrictus cibos appetit; quia scilicet internum nullum adest, quo quæ molesta sunt rejiciat, externum quid, quò id operetur, expetere, atque inquirere videtur. Ad cibos itaque comparandos se ipsum accingit; comparatos assumit, conteritque. Tum ore toto occluso, constrictoque, & in extremam gulam vndique retracto, in eam illos conijcit. Denique rectis ea, transuersisque fibris intensis constricta deorsum illos in ventriculum detrudit; & ne in ventrem desuuant, infernum ventriculi os occludit; & fibris simul omnibus intensis vniuersum vndique ventriculum constringit: quò, si eorum contactu gaudet, vniuersus eo oblectetur; si molestiam quampiam in se fert, quàm citissimè eius vim exsuperet. Et iecinoris quidem præcipuè (vt dictum est) splenisque, & pulmonis, & sanguinis præterea, qui venis, arterijsque ventriculo intertextis inest, eorumque motus ope cibos conficit; at & ipse etiam maximè opus adiuvat spiritus, copiosior post assumptos cibos in ventriculum vniuersum, tum verò in intertextas venas, arteriasque influens; copiosiorque secum adducens sanguinem, & validius eas commouens. Itaque

Itaque ventriculo cibis oppresso frequentiores sunt pulsus: est & vbi reliquæ algent partes; libensque ab operationibus alijs cessat spiritus omnibus, quòd si quid aliud operari cogatur, minus bellè concoquit. Confectos in ventriculo cibos, & in chilum (vt dictum est) actos, quòd ventriculi superest nutritioni, idem ipse spiritus obliquis fibris, quibus intensis ventriculi os occluserat, remissis id aperit; & rectis, transuersisque amplius intensis. Itaque ventriculo ipso multò in angustis coacto, constrictoque in intestina detrudit; è quibus quòd chili in sanguinem verti est aptum, tenuissimas nimirum partes, miscraicas dictas venas, quæ ex intestinis in iecur feruntur, modo, qui expositus est, constringens, in iecur attrahit. Neque enim (vt itidem dictum est) benè crassi, maximèque dissimilares cibi adeò verti in ventriculo potuerunt; vt à iecinoris calore in sanguinem agi possint omnes. Neque igitur patens ex intestinis ad iecur facta est via, sed longè angustissima; & per quam tenuissimæ tantum res deferri queant. Crassius quòd superest, & quòd in commodam inuertere desperet rem, eius pondere oppressus, & morsus etiam acrimonia ipse idem eijcit, expellitque spiritus; non intestinis tantum, quo dictum est modo constrictis, sed musculis etiam multis intestinis suppetias ferentibus; impellentibus nimirum, detrudentibusque omnibus, ipso eos omnes commouente, atque impellente spiritu.

QVOMODO E IECINORE SPIRITVS LIENIS VENIS, VESICÆQUE FELLEÆ FIBRIS INEXISTENS BILEM HIC AMARAM, ILLE VERÒ ACIDAM
attrahit; & cur vterque hos attrahit succos; quibusue reijciatur rebus.

Cap. XII.



ATRACTVM in iecur chilum, & in sanguinem ibi actum, bilemque, & amaram, & acidam, ipse idem spiritus splenis venis, & vesicæ felleæ fibris inexistens hanc in splenem, in felleam illam vesicam attrahit; secretis (vt existimare licet) seperatisque à se ipsis in iecinore succis, & acido ad splenis venam, amaro ad vesicam felleam confluxo. Felli porro spiritum inesse, & bilem non à vesica ipsa similitudinis ratione, sed à spiritu vesicæ inexistente atrahi, satis fibræ declarant vesicæ intertextæ; quibus scilicet nullis, si per se attrahere satis sit, vesica donanda erat. Amarum autem succum vesicæ inexistens spiritus attrahit; quòd in longè ardentissima seminis parte ingenitus (ex huiusmodi enim constituta videtur vesica vniuersa) & ardens ipse, amarusque, amaritie oblectatur, & amara omnino reficiendus est euaporatione. Et qui etiam splenis inest venis acidum attrahit; quòd è seminis calida & ipse portione, & cuius sapor si gustetur acidus sit, eductus est spiritus, & venæ confectæ sunt; proindeque huiusmodi oblectetur, reficiaturque rebus oportet. Et è vaporibus vtrumque refici è proprijs elapsis succis existimandum omnino est. Nam & è felle, & quouis è sanguine vapores elabi, & elapsos vesicam felleam, & arterias etiam ipsas subire, existimare optimè licet; è tepidis suoribus quibusuis vapores euolare, & vel densissimis in rebus factos ex ijs elabi intuentibus.

X 2 QVOMO

QUOMODO SPIRITVS VENARVM FIBRIS INEXISTENS

sanguinem in illas attrahit omnes, & in res agit, è quibus & ipse, & carnosum, neruosumque, & osseum genus reficitur, foueturque. Cap. XIII.



ANGVINEM bili vtraque expurgatum iccinoris venis inexistens spiritus, & in eam, quæ per iecur diffusa est, & in reliquas attrahit omnes, nusquam à se ipsis diuisas, disunctasque, sed ita sibi ipsi continuas, vt vna videri queant; & amplior quidem alibi, angustior alibi, at vna omnino sunt omnes. Et nihilo in superiores, quam in inferiores portiones segnius attrahit; has, si in illas agendus est, cōstrin- gens, comprimensque, proindeque his in existentem sanguinem veluti extrudens, & in illas propellens. Attrahit autem, quod summopere eius contactu oblectatur. Itaque quod venis incausit vniuersis, in vniuersis eo frui vult. Præinexistente igitur assidue singulis in portionibus in tenuiores actio res, iisque elapsis, nouus assidue in singulas agendus est. In venam porro, quæ per iecur (vt dictum est) veluti disseminata est, tum & in reliquas omnes, proindeque in singulas corporis partes sanguis agendus fuit, quod tenuiores iccinoris, singularumque partium in summam assidue cum agatur tenuitatem, eaque elabatur omnis; & crassiores vel in fluore liquentur, vel in minutissima frustula, & veluti in fuligines crassescant; assidue omnino, & iecur, & singula corporis partes cum immutentur, corrumpanturque: si animal seruandum, assidue illæ omnes reuoluentur, & veluti nouæ faciendæ, & fouendæ etiam. Præterea & quod augendæ sunt partes omnes: neque enim tantæ maternis in vteris confici potuerunt, vt quæ singulis conficienda sunt, operandaque, conficere, operarique possint. Vno verò è sanguine refici, auerique, & foueri, & illæ omnes, & ipse etiam fibræ inexistens potest spiritus; si (quod existimandum est) qui è sanguine elabuntur vapores illas subeunt. Per similes enim iccinoris, carnisque sapor, proindeque & natura cum sit; & iecur manifestè (vt dictum est) è sanguine à principio constitutum cum sit, assidueque è sanguine reficiatur; & modicum quid is in venis concoctus in semen cum agatur, & venis omnino in quibusuis quæpiam ipsius portio in semen acta cum spectetur (etenim albæ, viscosæque res, quas sanguini immistas videmus, manifestè semè sunt) quin amplius in venis ab earum motu, proximarumque partium calore concoctus, & in tenuitatem, è qua (si venarum fibræ ea subit) ijs inexistens reficiatur spiritus, & quæ partes, quas attingit, foueat omnes, agi, & in fluore liquari possit, quin in carnosum, neruosumque, & osseum genus illapsi in ea singula concrecant, ambigere non licet prorsus. Minus etiam ne tenuissimi, at benè tamen dissimilares ijs cū sint, ne vel in osseum concrecant genus; liquidissimas aquas, fluoresque alios densissimas in res, & ipsos etiam in lapides concrecere passim cum intueamur. Venas porro (quod dictum est) languidiùs quidem, at & ipsas arteriarum ritu per vices attolli, comprimique, & Galenus, & ipse etiam sensus paulò diligentius intuentes nos docet; & vel à nullo edoctis, nec intuitis id vnquam, existimare omnino liceat. Siquidem maximè mobilis, maximèque tenuis spiritus cum sit; & qui si moueri cesset, vel modicum quid comprimatur, molestia magna, magnoque afficiatur malo; venarum cum fibræ (angustis nimirum, grauibusque rebus, & quæ nullum ei spatium, in quo moueri queat, præbeant, penè & opprimant) inexistens desiderem in ijs torpore existimare non licet; sed (quod in arterijs manifestè facere videtur) in illis etiam quem licet moliri motum, & quatenus licet quæ, opprimant amoliri. Fibræ itaque & venas eum amplificare, subleuareque, maximè est rationi congruum. Minus autem huius, quam illarum amplificatio, elatioque manifesta est; quod ille ita in se ipsas dilatæ, vnaque, & duræ omnino, rigidæque sunt, vt quauis sui parte elatæ, vniuer-

se simul eleuentur; venæ verò ita laxæ, mollesque, vt singulæ ipsarum partes ab alijs veluti se iungi, & in diuerso fieri situ queant: vt, si quidem & ipse fibrarum elationem sectentur, longè certè pigriùs, longèque sectentur languidiùs. Vtraque porro veluti per vices amplificantur, contrahunturque; quod inexistens spiritus nec à contractis comprimi, nec amplificatas, elatasque diu sustinere potest.

SANGVIS AD COR DELATVS, AMPLIVSQUE IBI CONCOCTVS,

& in easdem, in quas in venis agi visus est, in arterijs eadem actus res, eodem præstat vsus; & spiritus amplius vniuersitatem in cerebri ventriculis inhabitantem reficit. Cap. XIII.



ANGVINEM porro ad cor delatū, & à copiosiore, robustioreque ipsius calore, motuque, insuper multò calidiore, multoque factum tenuiorem, & qui non venis amplius, simplicibus, laxisque, sed arterijs continendus sit duplicibus, beneque densis, ipse idem spiritus illarum inexistens fibræ in eâ, quæ in cor veluti retrofleuitur, in eamque, quæ in pulmonem fertur, tum & in reliquas agit oēs, nusquam à se ipsis diuisas, disinctasque, sed vnâ existentes oēs. Assidue porro in vniuersis arterijs sanguinem exagitantem spiritus in calidiores quidem, tenuioresque, at in easdem (vt existimare licet) in quas in venis agere visus est, agit res, diuersos scilicet in fluore, & in tenuitatem spiritus naturæ benè proximæ. Fluores verò singuli, & tenuitas etiam ipsa eisdem, quos fluores, tenuitasque in sanguine in venis cōcreto ingenita præstare visa est, præstat vsus; hæc. si spiritum fibræ inexistente, si quidem eâ subit, reficit, & carnosum, neruosumque, genus fouet omne; storum verò cor aliud, pulmonemque, & reliquum carnosum, neruosumque, & osseum aliud reficit genus. At tenuitas, quæ è plexu retiformi, è longissima nimirum, angustissimaque, & in se ipsam in retis formam complicata arteria elabatur, cerebri ventriculos, quibus supposita ea est, subiens in ijs inhabitantem spiritum vniuersitatem reficit, nutritque. Itaque imminuto spiritu, aliud nihil animalis spiritus frequentius eam arteriæ portionem, proindeque, & reliquas commouet oēs; vt qua refici se sentit, copiosior eâ elabatur euaporatio: sibi ipsi omnino timens, trepidansque, spūs, qua licet ratione sibi ipsi afferat opem. Lōgam porro, & in se ipsam complicatam, angustissimamque, eam arteriæ portionem (cuiusmodi facta est) oportuit. Neque enim euaporatio quanta, qualique, ad tantam, talisque spiritus refectioem opus est, è breui, amplaque. (è qua. si sanguis non satis exagitetur) educi, neque in angusto, breuique, loco, vel longa extendi, vel locari ampla queat. Itaque (quod factum est) cōstringi eam, & in se ipsam complicari oportuit. At verò, quoniam assidue carnosum, neruosumque, fore & osseum etiam genus vniuersum (vt dictum est) corrumpitur, itaque ex vniuersis corruptarum partium reliquiæ, quæ in summam tenuitatem, cui ex vniuersis fortè egressus pateat, agi non potuerunt, extrudendæ; & vniuersa vt reficiantur, non supremas modò ipsorum partes fluores attingant, sed vniuersa penitus subeant necesse est. Et osseum genus foraminibus quidè distinctum apparet, at benè densum, durumque est; vt partes, quæ foramina cōtinent, ab illapsis fluoribus attingi, minimè verò & reliquas, quæ ab ijs absunt, existimare liceat. Carnosum verò, neruosumque genus molle quidem, laxumque, at pori nulli ijs inesse apparent; vel si insint, quod magna omnino ipsorum portio continua sit, necesse est. Itaque modus, quo tenues quidem, at corporei fluores in illa omnia illabantur, obscurus omnino est. Rectè enim Aristoteles corpus à corpore penetrari non posse decernere videtur. Age illum inquiramus.

QUOMODO FLVORES, IN QVOS SANGVLS, SEMENQVE IN
venis, arterijsq. liquatur, ex ijs elapsi in carnosum, nervosumque,
& osseum etiam genus illabuntur. Cap. XV.



OSSIFERA, quæ continua, duraque, itaque densa sunt, vt quoduis
si se se comprimant, nihil amplius in se densari, proindeque nihil al-
terum alteri cedere, nec vllum ei præbere queat locum, rectè ab hõrũ
altero penetrari, permearique alterum Aristoteles pernegat. At si ho-
rum alterũ molli, laxarique, & aperiri omninõ quid possit; & emol-
liendi, laxandi que & aperiendi facultate donatum sit alterum, præ-
tereaque & tenue, minutumque; vt quos in illo meatu assidue facit, subire eos
queat, quin hoc illud subeat, permeetque tandem, nunquam (reor) Aristoteles ne-
get, ipsæ præsertim carnes, nervosque ipsos, & animalium etiam pelles, beneq; eas
crassas, densasque, & ligna etiam aquis tepidiusculis præsertim indita penitus ma-
desieri vniuersa, & in ampliorem expandi molem, inuitus. Itaque quoniam carno-
sum, nervosumque genus, si quidem continuum, non certè adeo densum, durumque
est, vt nihil amplius in se ipsum densari possit, & lapidum, ferri que ritu ingruenti-
bus rebus quibusuis renitatur, nihilque ijs cedat, nec laxari quid, aperi que ab ijs
se sinat; sed sui natura molle est, laxumque, & in angustius cogi, proindeque subeu-
ntibus rebus locum præbere potest; & fluores, qui è venis, arterijsque elabuntur
(quod aqua scilicet, vt existimare licet, tenuiores, calidioresque, & magis etiam vi-
scosi, gllicerique sunt; proindeque rebus, quas attingunt, magis inhaerent, magisque
affiguntur) molli, laxari que, & aperiri omninõ magis, & porum quemuis subire
magis, quam aqua, apti sunt; & excrementa, quæ è genere vtroque excernenda sunt,
vel liquida & ipsa, vel longè minutissima sunt; & fluores ab alijs assidue è valis efflu-
entibus impelluntur, & illa à rebus, quibus insunt, adhaerent assidue extruduntur;
ambigere vti que non licet, quin illi non carnosum modò, nervosumque, sed osseum
etiam genus penitus subeant, permeentque vniuersum, & hæc vtroque è genere ex-
trudantur vniuersa. Nam etsi osseum genus densius, duriusque apparet, quam vt
vllis à fluoribus molli, laxari que, proindeque & permeari possit; quoniam (vt exi-
stimare licet) non perpetuò, sed dum mollius est nutritur; & internæ ossium par-
tes, quæ fluoribus subeunda, permeanda que sunt (è pinguedine enim, qua cavitatis,
quæ in eorum medio est, referta apparet, nutriti videntur) non adeo, atque exter-
næ duræ, densæ que sunt; sed ea dispositione donata videri possunt, quam fluor quif-
piam permeet tandem; nulla que ipsorum portio longè foraminibus, quibus distin-
cta est, procul abest, proindeque brevis ipsorum portio fluoribus permeanda est;
vtri que & ipsum vniuersum à fluore subiri existimare licet. Itaque (quod dictum est)
vno è sanguine, at quæpiam eius portione in semen acto, tum vtroque diuersos in
fluores iulo, & modo, qui dictus est, in carnosum ijs, nervosumque, & osseum illapsis
genus, ea singula nutriti, augeri que liquidò patet. Etenim eodem prorsus modo,
quo partes nutriuntur, augentur etiam, vbi copiosius nutriuntur, quam corrupun-
tur; vbi scilicet quod apponitur nutrimentum portionem, quæ ex ijs interea deflu-
xit, exuperat. At age, quoniam non perpetuò augetur animal, nec dum augetur
æquè perpetuò augetur, incrementi discrimina ante oculos ponamus; tum horum,
& illius cessationis causam inquiramus.

CVR NON PERPETVO, ET DVM AVGETVR NON AEQVE
animal augetur. Cap. XVI.



VONIAM foetus dum ytero inest longè maximum, & nuper in lucem
æditus magnum omninõ, at mox minus assidue, & nullum tandem su-
scipit incrementum; itaque tantulus conceptus nouem mensium spa-
tio in bene grandem excrescit foetus; & in lucem is æditus, magnitu-
dinis, quæ ei debetur, medietatem alteram annorum trium, alteram
verò quindecim, aut plurium etiam spatio adipiscitur, tum nihil amplius augetur,
quin imminui tandem videtur; & discriminum horum omnium causa diuersa sangui-
nis, è quo scilicet partes singula nutriuntur, natura, dispositionique, & harum di-
uersitas diuersis iecinoris, à quo sanguis conficitur, proprijsque conditionibus do-
natur omnibus, necessario attribuenda est viribus: vti que illa vt innotescat, infan-
tilis, puerilisq., & senilis iecinoris natura, & sanguinis conditiones inspicienda sunt
omnes. Neque enim ambigere licet, quia eas omnes iecinoris illi indiderit natura,
minus etiam ne incrementi excessus ijs, quæ infantili, puerilique, defectus verò ijs
attribuendus sit conditionibus, quæ senili sanguini inesse visa sint. At eò certè mi-
nus, si sanguinem, è quo copiosissime animal nutriti rationi congruum visum fuerit,
ijs, quæ infantili, puerilique insunt sanguini, donatum esse oportere visum sit; & quæ
senili insunt, contrariæ his, diuersæ que appareant. Age igitur quæ dicta sunt in tueamur
omnia. Infantile, puerile que iecur quoniam molliissimum, eiusque sapor dulcis, aut
subpinguis, parum omninõ à carnis sapore differens; & color puniceus quidem, at
ad album magis, quam ad nigrum vergens; & importatum chilum in sanguinem agit
bene liquidum, beneque purum (vt videtur) proindeque & bene similem, & eodè,
quo iecur, sapore donatum, coloreque; senile contra, quod crassum est, durumque,
& salum, amarumque, & nigrum; chilumq. in huiusmodi agit sanguinem: vti que exili
illud, blandoque; hoc verò copiosum, vehementiq. calore donatum esse existimandũ
est. Propterea enim molle illud est, & ipsius color non longè ab albo diffidet; quod
calor languidior est, quam vt molliores, tenuioresque propriæ molis, importatique
chili partes in tenuitatem agat, quam euehere queat. Et propterea dulcis est ipsius, &
sanguinis, quem conficit, sapor; quod qualis dictum est, vtri que inest calor. Senile verò
crassum est, durumque, & nigrum, salumque, & chilum in huiusmodi agit sangui-
nem; quod copiosum, vehemensque ipsius calor molliores, tenuioresque propriæ mol-
lis, & importati chili partes in summam agit tenuitatem, eamque educit oem; & qua-
lis, quantusque propriæ inest moli, talem, tantumque se se sanguini, quem conficit,
copiosum scilicet, vehementemque indit. Neque enim, quod inexistens calor portio
quæpiam facta in tenuitate assidue elabitur, imminuitur is; quin assidue augetur. Sui
enim ipsius ferax calor, & summo se se amplificandi, & in materiam omnem effundè
di appetitu incensus, & facultate donatus, assidue se se generat, amplificatque, & in
proximam effundit molem. Itaque quam nihil explicare, expandereque potest, co-
piosus in ea fiat oportet. Eiusmodi porrò sanguinem, cuiusmodi infantilis est, pue-
rilisque, bene scilicet liquidum, & non quidem vniuersum penitus similem (si qui-
dem carnosum quidem præcipue, at non vnum ipsum, sed nervosum etiam, osseum-
que nutriendum est genus) sed singulas eius portiones, quæ singula in genera agen-
da sunt, bene sibi ipsis similes, & singulas, & eam præsertim, quæ in carnem agenda
est, calore perblando, & carnis calori persimili donatum oportere esse summe est ra-
tioni congruum. Nisi etiam bene liquidæ ea sint omnes, nequaquam in fluores liquen-
tur, quibus è venis, arterijsque exitus, & in res, in quas agendi ijsunt, ingressus pa-
teat: etsi dissimilares sint, nequaquam vniuersæ in vnum, eumque omninõ liquentur
fluorem, qui in rem, in quam agendus est, concresecat; sed in longe diuersos, & quo-
rum

rum reliqui inutiles sint, molestique. Et si quæ præsertim in carnes agenda est, paulò robustiore, & à carnisum dimerfo donata sit calore; si quidem in carnes concrefcac, longè ægrius concrefcac; quidpiis certè eas viribus si exuperet, in alias omninò concrefcac res; & quæ illis molesta sũt, noxiaque. Itaque quoniam & sensus, & ratio iudem manifestat, propterea infantilem, puerilemque sanguinem ad animal nutriendum aptissimum; senile verò ineptissimum esse; quòd bene ille liquidus, beneque similis, & moderate calidus est, hic verò crassus, dissimilatisque, & longè calidior; & propterea talem vtrumque esse; quòd infantile, puerileque iectur exili, blandoque, senile verò copioso, vehementique donatum est calore: statuerè utique licet, propterea conceptum adeò breui temporis spatio tantum in ytero extrescere in foetu, quòd menstruus sanguis, quo foetus nutritur, assatum in dudum efformatum cõstitutus, & exilissimus, blandissimusque huius calor nihil magis liquidior; quàm corpulentiores illius fundens partes, in vnum, beneque eum liquidum, beneque similem vtràsque agit suorem. Et propterea foetus in lucem editus, si non tantum, at magis omninò suscipit incrementum, quòd nulla dum; aut permodicè spoliatum iecur tenuitate, mollissimum adhuc, proindeque & exilissimus est ipsius calor, & qui nec lassus, nec aliorum (si qui alijs assumpti sunt cibi) nec chili etiam ipsius, dum in ventriculo illor, & hunc in sanguinem agit; molliores partes in tenuitate agere possit, sed vtràsque illos, & hunc fundens, vniuersum in chilum illos omnes, & vniuersum hunc in sanguinem agit bene liquidum, beneque similem, qui omninò vniuersos carnosos, nervosque, & ossi generis nutritioni bonus sit, commodusque. Et propterea iuniorum corpora minus assidue, & nihil tandem augetur; quòd ampliore assidue molliciei copia spoliatum, quam auctum iecur, proindeque densius ipsum assidue, duriusque, & copiosior, vehementiorque ipsius calor factus; ciborum is, & chili amplius ex ijs confecti copiosiorum molliciei portionem in summam agit tenuitatem, itaq; non liquidum, purumque in sanguinem, & qui vniuersus dicta in genera agi possit, sed in impurum omninò; & cuius portio quæ priam crassior sit, calidiorque, quam vt ex ea restici illa queant. Itaque corpora nihil copiosius refecta, quam corrupta, nihil amplius augetur. Et extrema in senectute imminui etiam videntur; quòd iecinore densissimo tandem, proindeque eius calore copiosissimo factio, crassissimus, impurissimusque sit sanguis; & cuius permodica portio partium nutritioni bona sit: quæ igitur parcius nutritæ, quam corruptæ, imminuantur oportet. Et vt dictum est, ita euenire omnia; non scilicet sanguinem quemuis, sed liquidum modò, dulcemque animalis nutritioni aptum esse; proindeque eò magis, minusque id augeri, quò iecur mollius, laxiusque, vel durius, densiusque, & eius calor exilior, languidiorque, vel copiosior, robustiorque, proindeque magis, minusque molliores is chili, sanguinisque partes attenuat, in summamque agit tenuitatem; quò scilicet liquidior, minusque calidior, crassiorque, & calidior fiat sanguis; & omninò copiosius animal nutrirì, proindeque maius suscipere incrementum, quò mollius, & minus calidum sortitù sit iecur, & quò liquidiorum conficiat sanguinem; eòque vtrumque minus, quò crassius, calidiusque sit iecur, crassiorumque, & calidiorum conficiat sanguinem; & crassius assidue fieri iecur: si in ijs quæ dicta sunt, satis conspectum non est, in animalibus quibusuis passim intueri licet. Iuniorum enim, carnosiorumque iecur molle, laxumque, & minus ad nigrum vergens, dulceque, aut pingue, seniorum contra, macilentorumque crassum, durumque, & nigrum, salsumque, vel amarum etiam intuearis, gustesque. Et Galeni testimonio senum corpora biliosis, salisque repleta sunt excrementis, ijs nimirum sanguinis partibus; quæ, quòd nimis crassa, calidæque sunt, nullam in corporis partium agi potuerit. E manifeste propterea hominum corpora, qui boreales incolunt terras, magna, albaque, & mollia sunt, parua contra, nigraque, & duriora eorù, qui in meridionalibus degunt regionibus; quòd languidissimus, breuissimusque ambiciens

biens calor permodicam in illis, in his contra diuturnus, robustusque molliem omnem in summam agit tenuitatem. Nec verò quoniam senum pleriq; deterius concoquere videtur, propterea imminutum in ijs iecinoris calorem existimet quis: nihilò enim minus, quin magis fortè plus iusto eo aucto, quam imminuto praux in ventriculo concoctiones fiunt. Nam vehemens calor veluti entia reliqua, vel quæ non valde dissimili donata sunt dispositione, sic & cibos non eadem vniuersos immutat ratione. Non scilicet ille vniuersos in ens agit, quòd ita à se ipso diffideat, veluti & cibi è quibus conficitur; sed molliores partes nullo propemodum temporis momento, multoque omnino prius in fluores, & in summam etiam agit tenuitatem, quam duriores emolliat; itaq; quo temporis spatio longè illas molliores, nihil duriores minus duras, quin duriores interdum facit, inexistente mollicie spolians omni; quas proinmulto ægrius in chilum, in mollè scilicet, fluidaq; agat re. At imminutus calor, quòd paulatim, lenteque agit, simul propemodum molliores in fluores, & duriores si non fluidas & ipsas, ita certè molles, laxasque, facit; vt facti fluores penitus illas subeant, penitusque illis immisceantur; itaq; ens ex vtrisque fiat, parum à se ipso diuersum, & bene omnino molle, quale longè promptius in chilum agatur vniuersum, & bene eum vniuniformem, & qui in liquidum, dulcemque vniuersus agatur sanguinem. Nam quia è cibis fit, quorum partes alia duræ, densæque, molles alia, laxæque; in sanguinem illæ quidem concrefcunt, at crassum, salsumque, & nigrum; hæ verò in bene liquidos, beneque calidos, proindeque & salfos liquantur fluores; & qui nullam in corporis partem concrefcere queant: quales hydropicis inesse videntur. Etenim ab exuperante calore, & qui (quò dictum est) molliores ciborum partes in aquas fundat, illos fieri, inde intelligere licet; quòd hydropicorum nulla alij medicorum ope, at ij modo curantur, qui crassos, durosque, & quos vel vehemens calor in aquam fundere nequeat, liquidas verò res, à quibus illi emolliantur nullas prorsus, cibos oinò assumunt; qui, quòd iecinoribus viribus repugnant, renitunturque, illas veluti moderantur, imminuuntque. Itaq; (quò dictum est) plus iusto auctus iecinoris calor citius fortè, at deterius certè, quam imminutus cibos concoquit; & senilis cõcoctionis vitium magis caloris excessui, quam defectui attribuendum videtur. Quòd si quidè & huic, nò certè eius, qui à iecinore aduenit, sed eius calor is imbecillitati tribuendus est, quem pinguedo iecinori superposita in ipsum effundit, à quo summopere ciborum concoctio adiunatur (quæ scilicet arefacta iam penè, & absorpta, multo exiliorem, multoque languidiorum in ventriculum immitit calorem) & ventriculi insuper gracilitati. Neque enim bene iam arefacto, beneque gracili factio, quantus corpulento, ab appositis visceribus indi potest calor. At vnde digressi sumus redeamus: suo enim hæc, si licuerit, amplius explicabuntur loco.

CVR EADEM PARTIVM SINGVLARVM, ITAQ; ET ANIMALIS
 vniuersi remanet forma; & illarum nullam eandem remanere, augetique.
 Itaque partium incrementum in similes, at grandiores immitationem videri posse. **Cap. XVII.**



QUANTVMVIS porro magnæ, dissimilaresque corporis partes, è quibus animal constare videtur, caput, brachia, manusque, & reliquæ, corpusque ipsum vniuersum incrementum capiat; nihil tamè nec illarum, nec huius figura immutari videtur, sed eadem perpetuò remanet; quòd fluores singuli res, in quas concrefcunt, è quibus illæ componuntur, qua in ipsas primùm cõcreuere ratione, eadem perpetuò ipsas subeunt, & in ipsas concrefcunt. Itaque eadem ea, qua confectæ sunt, auctæ etiam ratione, proptereaque eandem cum retineant figuram; & quæ ex ipsis

componuntur partes, proindeq; & corpus vniuersum, quam à principio sortitum est, eandem perpetuò figuram retineat oportet. Itaq; si (vt Aristoteli placet) ea modò animalis pars augetur, quæ nunquam corrumpitur, sed eadem perpetuò remanet, si non & osseum etiam genus, quin crassior modò eius portio, externa tantùm forma augetur. Nam interna, & propria corporis substantia assidue cum materia, cui insidet, corrumpitur; assidueq; alia in corruptæ locum succedit: quin ipsa partium singularũ, corporisq; vniuersi forma, naturaq; proprius nimirum illarum, huiusq; calor assidue & singulas illas, & vniuersum hoc immutat, in aliudq; assidue agit ens. Nec immobilitas scilicet (vt superius expositum est) torpere, nec comprimi sustinens calor materiã, cui insidet, quam euehere nequeat, & à qua quiduis comprimatur, quam omninò nõ summa donauit tenuitate, leuem vt eam faciat, laxamq; assidue attenuat; nullaq; eam attenuandi finem facit, donec adeò tenuem, leuemque fecerit, nihil vt ab ea comprimatur, nulloq; eam euehat labore. Itaque (quod dictum est) proprius entium calor (nisi adeo ea densa, duraq; sint, adeoq; ipse langueat, nihil vt illa ipse emolliat, attenuareq; possit) assidue ea immutat omnia, & si non vniuersa, at quam licet ipsorum portio nem in summã agit tenuitatem, in eaq; è singulis ipse euolat. Itaq; (vt dictum est) crassior fortè osseum portio, reliquarum animalis partium nulla prorsus eadem remanet: vt si rem in animali augeri statuendum sit, quæ eadem perpetuò remaneat, osseum eam genus, aut externam formam esse statuendum sit omnino. At verò, quòd pars, qua aucta partes reliquæ augeantur omnes, (id enim, qui quòd augetur, id perpetuò remanere oportere ponunt, manifestè ponunt) reliquarum omnium princeps ea, & veluti vniuersitas quædam sit, & reliquas omnes contineat, ab ea omninò omnes dependeat oportet: utiq; nec osseum eam genus, minus etiam externam formam esse statuere licet. Siquidem hæc veluti ex accidente quòdam partibus corporis accidere, & veluti accidens quoddam esse videtur: illud nec idem prorsus, quòd à principio constitutum est, permanet, sed certum vsq; ad tempus ipsius dispositio, proindeque & naturæ robur, naturaq; ipsa assidue immutatur: & longè ignobilissimum est, & veluti demortuum; nihilq; aliud præstat omnino, nisi quòd res, quæ animal constituit, veluti sustinet, fulcitq;. Quoniam igitur res, quæ eadem permanens augetur, ab eiusq; incremento partium reliquarum incrementum dependeat, nulla animalis corpori inest: utiq; si eius incrementum vniuersi ipsius immutationem, at non aliam in naturam, aliudue in ens, sed maiorem modò in molem esse statuamus, inculandi fortè non sumus. Nam si (vt dictum est) assidue partes singulæ corrumpuntur, in aliasq; aguntur res; quoniam dum ex corrumpuntur, ex illapsis suoribus aliæ, adeoq; ipsi similes fiunt, vt ipsæ eadem videri queant: licet utiq; partes, quæ assidue in corruptarum locum succedunt, easdem ipsi ponere: id quòd & flammis, quæ assidue fiunt, tribuimus. Flammæ enim nullo propemodum temporis momento eadem cum seruentur, sed quæuis vix facta in summam, proindeq; & inuisibilem tenuitatem cum agatur, sursumq; efferatur; quòd priusquam in illam agatur accedentem materiam in sui similem agit, eadem perpetuò remanere videtur.

CVR ANIMAL IN MASCVLVM, FOEMINAMQVE
diuidendum sit. Cap. XVIII.

AT QUONIAM nullis naturæ artibus adeò seruari animal potuit, vt æternum, vel ætuum saltem fieret, assidue & ab ambientis, & à proprio amplius calore imminutum: si seruandam, organis, facultateq; seipsum generandi, & veluti nouum faciendi, donandum fuit; longeq; vtriusq; dissimillimis, & quæ animali vni dari non possunt. Neque enim animal idem (quæ ad sortum constituendum maximè necessaria videntur) semen conficiat spiritu, aut re spiri-

re spiritui proxima plenum, adeoque viscosum, compactumque; vt ingenitum spiritum reuere, & veluti coercere, & in bene duos, beneque densos neruos, osaque compingi queat, & foetum etiam gerat, atque alat. Illud enim vt possit, magno opus habet calore; qui vbi adest, superfluitas, humiditasque ibi adeste multa nõ potest, maximè ad sortum nutriendum necessaria. Non siquidem è proprio parentis alimèto nutriendus is erat: pereat enim, aut summo certe animal quòdque afficiatur in còmodo, proprio nutrimento ablato. Et quoniam in super tum gestationis tempore, tum partus, tum etiam educationis, plurimi labores, plurimæque perferendæ erant molestiæ; & quæ ne victui, rebusque alijs, quæ ad vitam conseruandam necessariae sunt, comparandis vacare prohibeat: utique veluti in duo animal quòdque (quo factum videtur modo) secundum fuit; & propria vtrique assignanda munera, & ad illa obeunda vis danda, atque organa, & ea omnino, quæ data videntur. Liceat verò in hominibus intueri ea, non multò modò nobis magis manifesta, sed per se etiam distincta magis. Masculo igitur, (cui semen quale dictum est conficiendum erat, & in foeminam emittendum; alimenta que & sibi, & foeminæ etiam in gerenda, nutriendaque prole occupatæ, & proli ipsi comparanda; & propterea labores multi, multa que sustinenda erant incommoda; nec cæterorum modò animalium, sed prauorum in primis hominum propulsandæ erant iniuriæ) magnus est datus calor; qui & membram genitale foras propellat; & sanguinem multum, beneque omnem compactum conficiat; & è quo semen, corpusque vniuersum bene densum, beneque firmum constitui, & plurimum, beneque calidas spiritus educi queat. Corpus nimirum ad labores omnes, omnesque ambientis vires perferendas aptum dandum illi fuit, & inuictus, intrepidusque animus, alacerque ad pericula omnia subeunda; ne damno, iniuriæ afficiatur. Foeminæ autem, (cui masculinum semen suscipiendum erat, & spiritus quidem in eo absoluendus, cito & ingenerandus, at nequaquam educendus tamen, & gerenda, nutriendaque proles, & vita sub recto agenda, rerumque à masculo importatarum cura habenda, & oblectandus, reficiendusq; omnino masculus externis laboribus, molestijsque, & contemplatione defatigatus) languens, inditus est calor; qui neque genitale vas foras propellere, nec è semine spiritum educere queat; & qui appositos cibos in fluidum, aquosumque sanguinem inuertat, & cuius etiam pars eicienda omnino sit, inepta in carnes crassoficere; qua igitur nullo, aut perexiguo foeminæ incommodo sortus nutrirî possit; è proba verò, vtriusque corpus constituatur molle, humidumque, & læne, grabumque; & spiritus perexiguus, minimeque ardens educatur. Infirmum scilicet, inutilique succo redundans, at politum, elegantique corpus tribuendum fuit, & mitis, timidusque animus; qualis ad rerum, prolisque conseruationem, & masculi obsequium, oblectamentumque aptus est. Cocundi autem appetitus, stimulusque ingens vtriusque, qualis datus videtur, dandus omnino fuit, & voluptas coeuntibus illa omnium, quas animal percipit, longè maxima, tum erga prolem vt proprium opus, propriamque conseruationem incredibilis amor. Nisi enim tanto, tamque assiduo stimulo, tantisque voluptatum illecebris vtrumque ad generationem tractum foret; animalium omnium genera defecissent, opus alioquin laboriosum, molestumque negligentibus, & fugientibus etiam omnibus.

CVR MEMBRVM GENITALE, ET MASCULO, ET FOEMINAE,
quale datum videtur, dandum fuit; quoue modo semen, & tanta cum
voluptate, tantaque emittuntur. **Cap. XIX.**



NISTIMUM porro vterum semen immisurum masculinum pudendum (in quo scilicet foetus gerendus, seruandusque erat; & ex vtero insuper foemineum extracturum, vterum itaque valenter confricaturum) non totas modò producendum fuit, sed benè longum, crassumque, & durum, renitensque faciendum: non adeò tamen, vt nihil omninò ipsum cedat vnquam. Huiusmodi enim si sit, si vterum non distrumpat, summa certè afficiat molestia, nihil certè oblectet. Contrectari enim, confricarique vterus vult, veluti & masculinum pudendum, at non à durissima, nihilque cedente re, veluti neque masculinum pudendum. Non itaque ex osse constituendum fuit: còque etiam minus; quòd nullus ossi spiritus, nec res spiritum continens indi poterat, indenda omninò. Nam & semen emittendum (quod à mobili omninò substantia faciendum est) & summa emittendum cum voluptate. Molestum etiam, incommodumque; onus pudendum sit prominens, semperque erectum, & durum. Quòd igitur quale factum est, tale omninò faciendum fuit; ibi videlicet modò vt intumesceret, erigereturque, & durum fieret, renitensque, vbi coeundum erat, nihil aliàs porrectum, at demissum, humileque penè & nihil prominens: è neruoso scilicet constituendum fuit corpore; quod è pubis ossibus enascitur, & seminis meatui incumbit, omniq. vacuum est humore; & alijs neruis intertextendum, arterijsque, & venis; quæ spiritu, sanguineque vacuè jaceant, concidantque; tumescant, eriganturque, & duriores etiam fiant, benè illis refertæ: veluti vtres multo immisso aere. Insuper verò in pudendum spiritus, secumque (quo dictum est modo) sanguinem importat, & ad excernendum semen accingitur, vel eius copia grauat, vel acrimonia stimulat, vel à voluptate potius, qua ab eius morfu afficitur, vehementiorem ad morsum illectus. Siquidem testibus, astilibusque nimio semine refertis, stimulo certè quodam, at incundo eo spiritus agitari videtur, vel rem intuens, aut còspectam iam recoleus; cuius contactu, confricationeq. valdè oblectetur. Semen autem emittit, & in longum etiam, summaque cum voluptate ei aculatur; quòd spiritus vas, quibus semen inest, inexistens à voluptate illectus, quæ in pudendo vniuerso vterum confricante, simulque ab eodem confricato, at extrema præcipuè in parte plurimo spiritu, minimèque oblectio referta percipitur, vniuersus in eam conuolat, voluptate vt vniuersus fruatur. Vasa igitur, per quæ eò fertur, & per quæ meat, quo dictum est modo constringit; & lentè quidem primùm; is modò expellens, qui vas semen continetibus inest, & à dicta modò tractus voluptate. At mox copiosior assiduè factus, spiritui vas, per quæ semen fertur, in existenti committit, maximèque vniuersus seminis morfu oblectatus, & morderi amplius appetens, veluti fugiens illud insectatur, vasque multò constringit arctius. Semen itaque magna exprimit vi (veluti nos aquam vire valenter compresso, constrictoque) & summa (vt diximus) cum voluptate, plurimus ipse, & nulla ferè intermedia re à semine benè iam concalescente commorsus. Immobile porro, & veluti demortuum in seminis emissionè fit animal; quòd à voluptate, quæ summa in extremo pudendo sit, & percipitur, illectus spiritus è reliquis corporis partibus in illam conluit vniuersus: itaque spiritu reliquæ destituta, motu etiam, vitæque destituitur. Et crebro à coitu animalium omnium immittitur robur; quòd è concalescente, ad apertoque pudendo plurimus elabatur spiritus. Eodem & vterus modo semen emittit; & minore quidem à minus eo calido, minusque mordaci voluptate afficitur.

Cvz

CVR NON MYLIER QVAEVIS, ET CVIVIS COMMISTA VIRO,
nec vsquequaque concipit; & igneum calorem ab animalium, solisque
calore diuersum non esse. **Cap. XX.**



NON igitur mulier quæuis concipit; & quæ concipit, non viro cuius còmissa, nec vsquequaque concipit, sed ibi tantum; vbi spiritus semini ingeneratur, minimèque, inde educitur; & vbi is vnde sanguinè hauriat habet. Non igitur vbi nimia confricatione, nimiaque seminis admissione veluti exaturatus est vterus, aliove incommodo affectus; aut vbi quod immisum est semen aque instar nullum sui sensum vtero facit; vbi omninò vterus, quacunq. id conueniat occasione, semen non còplectitur, retinetque seu scilicet, quòd nimis fluxile, nimisque liquidum id est, vel quòd nimis leuis, nimisque lubricus est vterus; seu quòd iam diu effluxit menstruis, venarum, arteriarumque ad vterum pertinentium ostiola, quibus præcipuè semen affigi videtur, penitus occlusa sunt; itaque vna, eademque vteri totius facta est superficies, & leuissima omnis: quacunq. demum occasione vtero semen adherere, affigi, non potest, vel si affigatur, at venarum, arteriarumque ostioli occlusis, sanguis ex illis nullus educi queat; neque vbi adeò languet vteri calor, & spiritum in semine ingenerare impotens sit; aut non adeò còpingitur, crassescitque semen, vt ingenitum spiritum retineat, coerceatque, seu seminis id seu vteri vitio eueniat; & minus etiam, vbi nimius vteri calor, quem semini ingenerat spiritum, nimia donat tenuitate, vel elabenti exitum patefacit, educit omninò eum. Non igitur ad animalium, plantarumque generationem ineptus est ignis, quòd eius calor ab animalium, & à còelesti calore diuersus sit; sed quòd nimis est vehemens, & qui è quacunq. re spiritum, quem ingenerat, educit omnem, & minus tenuè eum faciens, & latum ei egressum aperiens, patefaciensque: quæ vbi vel animalium vteri, vel ipse facit sol, & ipsi animalia generant nulla. At ignis contra moderatis vbi agit viribus, quibus videlicet spiritum, quem ingenerat, non educit; & ipse animalia generat, veluti & sol. Itaque quantumuis seuientibus frigoribus, & sole amoto quantumuis, in locis blande ab igne calefactis nihilò ferè minus animalia spontè enascuntur, quam vbi ipse agit sol; & ex ouis etiam pulli oriuntur, si leuiter, blandeque caleant; tantummodò videlicet, vt spiritus ingeneretur, at nullus elabenti egressus fiat, sed retineatur ibi, & coerceatur. Et cypris in fornacibus, à longè scilicet ardentissimo igne pyræstæ constitui videntur; summus videlicet modò, diurnusque calor in delissimo ære spiritum ingeneret, at neque is è crassissima, maximèque viscosa re educat illum. Interecunt autem illa ab igne amota; quòd non amplius calefactum as durefcit, densaturque, & inexistenti spiritum comprimit. Insecta certè aquæ immersa, penitusque demortua spiritu scilicet interempto, at nequaquam corpore etiam corrupto, deprauatoque, si igni admoueas, vel calidiorè obtegas cinere, rursus reuiuiscere videas; in elapsi nimium, interemptique locum alio ab ignis, cinerisque calore ingenico spiritum. Quin & alijs etiam animalibus idem euenire passim intueri licet. Quoniam igitur igneus etiam, vbi moderatus est, animalia & ipse, veluti solis, animaliumque calor, generat, & quæ ab hoc còstituta sunt seruat ille, fouetque, ac viuificat; & immoderatus animalium, solisque calor ad animalium generationem nihilò minus, quam igneus, ineptus apparet: quin hic illi cognatus, similisque, & idem omninò sit, & quin propterea, vt ille, animalia non generet, quòd è proximo agens uehementius agit, quam ut animal constituatur, agendum foret, & quin, si qua oportet ratione ipsius actio moderetur, animalia & ipse, plantasque, & alia, quæ à sole sunt, generet omnia, nulli quidem, at Aristoteli omninò minime dubitare licet: cui (vt uisum est) spiritus in humido ingenitus, retentusque in eo, animal videtur; neque enim sole minus in humido quouis ignis illum generat; sed uehementius agens educit illum, retinendum omninò, coercedendumque, si constitutum est animal: & cui insuper qui à còelo, & ab ipso sit calor sole, nequaquam à còeli, Y solis.

solisq. emanat substantia; at id modò præstat sol, quòd ignem, aeremq. cõmouet, cõteritq., & illius partes disgregat, detruditq. Quin. commoto in igne fieri, & ab ipso huc igne deferri visus calor, ab igneo is, atq. elementari diuersus videri potest? At eò redeamus, vnde digressi sumus; & modus, quo aialia, quæ non è semine, neq. à simili, sed è terra ipsa oriri videtur, vel satis ex ijs, quæ dicta sunt, patefactus, amplius etiã manifestetur.

QUOMODO ANIMALIA, QVAE SPONTE ORIVNTUR, CONSTITUANTUR. Cap. XXI.

VONTIAM longè robustissimus sol terrã non in entia modò, quæ terre, foliq. media, sed in ea itidè, quæ soli benè proxima, cognataque, & quæ eadem quæ sol natura, eademq. donata sunt specie, in tenuissimos nimirum, calidissimosq. vapores, & in ipsum etiã inuertit ignem, & supremæ terræ partes, vel quæ benè similes apparent, summopere sibi ipsi dissimiles sunt, & diuersa è tenuitate, diuersaq. è crassitie cõpositq.; vt entia declarant, quæ suprema præsertim in terra sunt; quæ omnia diuersis è partibus cõstant, quin & partes ipsæ diuersa donatæ sunt dispositione; ambigere utiq. non licet, quin sol è terra animalia constituere queat; vel si longè diuersissimis ea è partibus, & sibi ipsi penitus commixtis composita sint. At neq. modus, quo constituantur, amplius inquirendus videri possit, satis, vt existimo, superius cõspectus. Neque. n. dubium esse potest, quin ea rone, eaq.; & ipsa hant modo, quo quæ è semine maternis in utero constituuntur. At quòd è quibus fiunt res non æquæ, ac aialium semè, & sanguis, nec vires, à quibus cõstituuntur, æquæ ac vteri natura manifestè nobis sunt; seorsum ipsorũ constitutionè intueri ne grauemur. Vbi igitur quampiam terræ portionè, aut aliud ens quoduis ita sol concinnauit, ijsq. in id ipse agit viribus; vt alias eius partes viscosum in fluore, & qui animalium semini, in paulò liquidiorè alias, & qui sanguini similis sit, agat; neq. horum alterum in altera materiæ parte, in altera alterũ, & neutrum verò vnum, eundèq. vniuersum; sed vtrumq. materia in vniuersa, benèq. vtrumq. dissimilare, & quorũ uterq. fusus, liquatusq. amplius in diuersos soluat fluores; & qui in existente tenuitate spoliati proprias singuli concrescant in res: ubi inquam huiusmodi parata est materia, eumq. ei indidit, assidueq. indit calorè sol; qui (quod uterus facit) è molliore viscosi fluoris portione inexistente tenuitatem educat oem, itaq. uelut in fistulã, canalèq. quempiam eam agat, in crassiore spiritum ingeneret quidem, & nequaquam ex vniuersa cum educat, sed ex extrema modò ipsius superficie; itaq. ea cõstricta, qui in reliqua ingeneratur mole, nullum elabendi nactus egressum in ea retineatur, coercetur que; & qui liquidiorè magis fundat, liquetque, & singulas eius partes ab alijs fecernat, tũ & constringat etiã, compingatque, tenuitatè, qua immista fluidi erant, educens oem: ubi omninò uteri caloris, quem materiæ sol indidit, assidueq. indit calor, seminis, sanguinisque uicem ipsa præbet materia; si rectè congruant oia; si. f. ea, tantaq. materia ex ita ubiq. cõcinnata adsit, quanta, qualiq. ad singulas animalis partes constituendas est opus; tandiuq. dictus solis adest calor, quandiu, ut singulæ materiæ partes proprias in animalis partes agantur, adeste oportet; perfectum, diuturniq. constituitur animal. At si horum quid desit, aut etiã supersit, uelut abortus sit; aut mancum, mutilumq., vel superfluis donatum partibus aial sit. Iurè igitur vere præcipuè, atq. autumnò, & in mollibus, humidisq. terris animalia exoriri apparent. Nam per hyemem, si viget frigus, spiritus ingenerari non potest; & si quidem ingeneratur, viuittque, at organis carens (quæ scilicet, quia mollia, flexibiliaq. esse oportet, rigida, duraque è re fieri non possunt) statim percat: si uerò pluuie; qui ingeneratur spiritus statim è laxissima elabatur re. Per æstatem autem plurimus quidem ingeneratur spiritus, at retineri minimè potest, summo à calore lögè factus tenuissimus, & terra ab eodem passim scissa, ad aperta que; & qui retinetur spiritus, organis is carens (quæ, vt dictum

dictũ est, molliore omninò constituenda sunt è re) animal videri non potest; at statim animal fiat; si re, cui inest, emollita, organis donetur. Est itaque vbi cadentibus pluuijs nullo temporis momento rana exoriri videtur, vt cum pluuijs deferri videri possint; Neq. igitur crassa quæ sunt, densæque terre, emolli nimirum, lenæque, & flexiles ficti inæptæ, ad animalium, mollium præsertim, carnosorumque constitutionem apte apparent. Minus etiã aquæ ipse, liquidè præsertim, tenuelque; quæ scilicet à calore nulla crassitiem assumere, & ingenitum spiritum retinere apte sunt. Animal omninò vt constituatur, spiritus ingenerandus est, retinendusque; nec is in maximè densa, rigidaque, nec maximè laxa, liquidaque, sed veluti harum, illarumque media; & molli oinò, flexibiliaque in re. Iure igitur non passim, & rara omninò sunt animalia. Vt enim spiritus cõmoda, aptaq. ingeneretur, retineaturq. in re, & in tot; aialaq. agatur organa, quot, qualibusq. indiget, vt se ipsum, & ipsa etiã conseruet, reficiatq. organa; multa simul conueniant, congruantq. oportet: & si quid desit, vel non absoluitur (vt dictũ est) sed uelut abortu facto interit animal; vel perficitur quidem, at non ita multò post interit, spiritu. f. vel non satis retento, defensoq., vel aptis carere organis.

QVAE CONSTITUTA SVNT ANIMALIA, OPTIME CONSTITUTA ESSE OMNIA, & QUAE MATERIÆ NECESSITATE EUCIUNT, MELIORIS GRATIA FACTA VIDERI POSSE. Cap. XXII.



A quæ constituta sunt, ita sunt constituta omnia, vt melius cõstitui nulla potuerint ratione. Nihil, quod ad proprias ædendas operationes, eaque, quæ ad propriam spectant cõseruationem, operanda, comparandaue necessarium sit, aut etiã cõmodum, cuiuspiam desit. At neq. superest quicquã alicui, quod uelut opus non necessarium grauet; vt nunquam satis mirari queas conditoris nostri sapientiam, vel amare, aut colere bonitatem. Illud cerè & in alijs quidè eius operibus quibusuis, at in animalium præcipue constructio ne omnem exuperat admirationè; quòd vbiuis quæ materiæ, vt aiunt, necessitate fiunt (quæ scilicet agentibus naturis iuxta proprium ingenium, propriasq. vires res immutantibus, proindeq. necessariò fiunt, & mala, incõmodaq. apparent) cõsultò, & melioris gratia facta videantur, & sint omninò. Quod si forte in ijs, quæ ab arte fiunt, interdũ euenit; tum verò artificem non laudibus, sed admiratione dignũ censemus, & uelut diuinum excolimus, veneramurque: quippe qui sui ipsius sapientia adeò materiæ incõmoda, ac mala superarit, vt in cõmoda etiã ea & in bona verterit, mutaritq.;. Flexibile. f. (vt dictum est) molleq. animalis corpus constituendũ fuit, & partibus multis diuisum, distinctumq.; vt moribus multis moueri, & uelut in se ipsum circũuolui, & vel min utissima queq., & durissima apprehendere, retinereq. possit. At hæc molle factum minime molliri, quin neq. sibi ipsi coire, nec se se continere queat; sed distuat, dilabaturq., grauatum præsertim quid, aut renitès quid premenis. Durum igitur quid singulis aialium partibus, & animali omninò vniuerso indendum fuit; cui partes oes, & vniuersum omninò animal alligetur, firmereturque: nec cõtinuum id tũ, sed passim à se ipso diuisum; vt (quod maxime opus est) passim & ipsum, & quæ ipsi adnexa sunt, secti possint: ossa nimirum, & qualia facta sunt, indenda. Diuisa porò à se ipsi; seiuetaq. ossa, nisi bene robustis vinculis sibi ipsis alligentur, vnianturq., à se ipsis, cõmota præsertim, agitataq., separentur, diuellanturq.; quin & si super se ipsis moueantur, dura iam facta, aridaq., & agrè moueantur, & mutuo attritu maxime atterantur. Re igitur flexibili ea quidem, at bene crassa opus fuit; qua sibi inuicem colligata, vel valentissime agitata, commotaque, & in oppõlitas acta partes, nihil tam è se ipsis disseludantur vnquam, sed perpetuò sibi ipsis coherant: & vinctuoso in super quopiam, lubricoq. inter ea locato, super quo facillè moueantur, &

quod utriusque idus extipiens, ne sese mutuo atterant, impedimento sit. Talia porro (qualia esse oportere dictum est) ut fierent, dura nimirum, & in multa diuisa; & que in terra indurata fuerit, ut inderentur; & ligamentis, que dicta sunt, ut sibi ipsis vincantur, necessario factum est, & quin fieret vitari non poterat. Neque enim summe dissimulare, summeque viscosum semen semel, aut iterum solutum, & tenuioribus a crassioribus partibus diuisis, & in nervosas, membra nosasque concretis res, ita tenuitate omni spoliari potuit, ut que relicta esset crassities penitus fundi amplius inepta, in dura omnis rem simul compingere, & crasseceret que. Sed diuersis illa etiamnum predata partibus, multaque omnino in existet viscositate, mollitieque, & que a foetus, atque uteri calore fundi amplius, separarique posset, & necessario funderetur, separareturque, ac non tanta tamen, que & ipsa in conuulsum quid simul omnis coire, aut longe ab ossibus ferri posset, paulatim itaque ex ossibus vniuersis emuncta, que a profundioribus eorum ducta est, in certis (ut existimare licet) eorum partes simul confluit; ibique citius, quam crassities, e quaeducta est, compingere, tenuioribus sui partibus spoliata foris ab ossibus in rem multo, quam ossa sunt, minus duram concreuit. Itaque non continua permansere ossa, sed passim diuisa; & inter ipsa viscosum id, vinctuolumque confectum. Que vero ex externis ossibus effluxit, in res & ipsa concreuit firmas quidem, & bene crassas, ac molles, flexibilesque; quibus sibi ipsis connectuntur, colliganturque ossa. Neque vero in singulis animalium partibus hec conditoris nostri sapientia patefacienda est; singulas si intueare, in singulis illam elucere videas. Is nimirum soli datus est calor, qui terram huiusmodi in cibos, isque animalibus; qui cibos in tot, tanque dissidentes inuere possit, & necessario inuertat res; & que singule ad vniuersi corporis constructionem, conseruationemque maxime necessaria sunt.

PERFECTIORA ANIMALIA E TERRA A SOLE IMMVTATA
constitui non posse. Cap. XXIII.

PERFECTIORA autem animalia, & ipsi presertim homines (quibus nimirum (ut sacre nos docent littere, & humana etiam satis admonet ratio) diuina substantia, & Dei ipsius opus ut propria forma indeda erat; quorum omnino corpus, & ipse amplius spiritus, quod substantie a Deo create ut proprium subiectum subeundum erat, multo omnino perfectius construendum fuit) nequaquam a terra, & sub dio a sole constitui potuerunt. Ut enim tot, tamque diuersa, adeoque molles, delicatque; res, & in quarum constitutione ne tantillum quidem peccandum sit, absoluantur, seruenturque; & multo etiam magis ut spiritus ingeneretur, minimeque educatur, aut perdat, & materia opus est bene, diuque parata, & certo & perblado eo, perque moderato, & diuturno, summeque vniiformi calore. Nam paulo vehementior factus molliores corporis partes colliquet, aut summe arefaciat, & spiritum dubio procul educat; imminutus, languidusque; frigori & corpus, & spiritum perdendum relinquit: ut abortus, qui uteri calore vel aucto, vel imminuto passim fiunt, declarant. Per breui igitur idem, blandusque, & temperatus permanens sol, sed assidue vel robustior factus, vehementiorque, vel languidior, debilioreque; & dum permanet, non perpetuo lucens, calefaciensque, sed aequali ferè tempore se se abdens, occultansque; ea modo is animalia absoluere aptus videri potest, que ab eo constitui videntur; que. scilicet neque tam varijs, neque tam mollibus, delicatisque constant partibus; & ad que absoluenda non adeo diuturno opus est calore. Neque vel im perfectiora que sunt animalia, profundiore in terra, cui idem propemodum perpetuo inest calor, constitui videntur; quod ipsa itidem terra, quin eadem vniuersa sit, parum abest; itaque que in ea sunt entia bene sibi ipsis similia apparent. At ad animalium constitutionem re opus est bene sibi ipsi dissimili, & que veluti a tenuitate, crassitieque, & bene utraque diuersa composita sit.

V T

VT PLANTARVM CONSTITVTIO INNOTESCAT; NVM IPSARVM corpori ut propria materia, an ut tegumento, organoque anima inest, inquirendum: & quibus inquirendum est in rebus.

Cap. XXIII.



PLANTARVM constitutionem inspecturis (id quod animalium generationem inquirentibus factum est) num que vel omnium consensu illis etiam anima inest, eo inest pacto, quo formae omnes proprijs materijs, an diuersa, distinctaque a corpore, corpori & ipsa ut prio tegumento; proprioque inest organo, inspiciendum. Fortè enim non adeo diuersis partibus, nec tot organis distinctae plantae, nec adeo varias, adeoque manifestas adentes operationes, non satis ex ijs, quibus animalium animam a corpore distinctam esse declaratum est, ex anima, corporeque & ipsa, ut è diuersis, distinctisque rebus compositae videri possunt. Et ignotum id si sit, si scilicet rerum, è quibus compositae sunt, natura manifesta non sit; nequaquam earum vel generatio, vel ingenium innotescat unquam. Id porro non aliunde, ac è plantarum compositione, earumque actionibus, & passionibus, tum è sole, a quo, & è terra, a qua constituentur, postremo & ex operationibus, quas operantur, habendum omnino est. Si scilicet è diuersis rebus compositae illae videantur, & non eadem singulis agere, nec eadem pati; tum è ab eo modo sole, a quo spiritus ingenerari, & nequaquam educi possit, eaque modo e terra, qua in rem agi queat mollem, viscosamque, in qua videlicet & spiritus ingenerari, & ingenitus retineri, coerceri que, & que ab inexistente eo constringi, dilatarique possit, constitui vix fuerint; tum è operationes operari, que conspectarum corporis partium propria videri non possint; nequaquam a natura vnica constitutas esse, & earum corpori ut propriae materiae animam inharere, existimare licet; sed necessario spiritus & ipsi indendus erit, qualis animalibus inditus est: operationes modo illi, que a plantis videntur, conueniant.

PLANTARVM PARTES, ACTIONES, PASSIONES, OPERATIONESQUE a quo praecipue sole, quae e terra enascantur.

Cap. XXV.



PLANTAE è supremo cortice duro, densoque, & ex alio ei supposito bene molli, beneque flexibili, varijsque intertexto fibris, tum è ligno bene crasso, beneque duro constare videntur. Et non modo (quod animalia faciunt) semen conficere apparent, è quo ipsae nascantur; sed quibusdam ramulis abscissis, & solo etiam cortice se fe in alijs generare, producereque, ac non alia tamen parte quantuis magna, amplaque, cui cortex detractus sit. Et quantuis ligni parte abscissa viuere, & foetum adere, cortex modo circuncisus ne sit, vno vero cortice vel tantillum, ac circulo abscisso arefcere, in terereque videntur omnes. Enascuntur autè a verno praecipue sole, tum è ab autumnali; ab aestiuo nusquam, neque etiam ab hyberno, nisi vbi hic viger, languet ille. Et in terra pulcherrime exoriuntur molli, tenuique; in crassa, duraque, in lapidosa nimirum; arenaeque nullae omnino fiunt; nullae etiam in nimis tenui, nimisque humida, & que non terra magis, quam aqua videri possit, cuiusmodi lutum est; perrarum, perque breues in valde densa, valdeque tenaci: & enatae que sunt, constitutaeque succum exhaurire, & que superflua sunt, noxiaque expellere; eijcereque apparent.

Y 3 PLAN

PLANTARVM CORPORI ANIMAM VT PROPRIO TEGVMEN-
to, organoque inesse; & spiritum esse illum paulò, quàm qui animalibus
incit, crassiozem. Cap. XXVI.



QVONIAM igitur è diuersis partibus constitutæ sunt plantæ, & di-
uersis illis diuersa agunt, diuersaque patiuntur; nequaquam à na-
tura vnica, ab inexistente nimirum anima, vt earum forma consti-
tuta, neque vnum omninò videri possunt. Vna enim illa existens
vnum modò constituat ens, & vnum modò id, idemque vniuersum
agat, vnumq. & idem patiatur, eo solo fortè interiecto discrimine,
quòd robustius ea sui agat parte, & ægrius quidem patiatur, at passim magis oblæda
tur, cui copiosior ipsa inexistit, crassiore nimirum, densioreque: cœli more, quod
vniuersum ab vno, eodemque constitutum calore ea sui parte vehementius calefacit,
qua sibi ipsi collectum, conspissatumque est magis. Magis igitur ligno inciso, quàm
cortice intereant plantæ; magisque ligno terræ, aut plantæ commisso, quàm cortice
illæ viuant, & se etiã ipsas constituant; sui scilicet longè densiori copiosior inest que
in plantis agit natura. Et quoniam nullè ab eo sole plantæ constituuntur, à quo vel
non ingeneratur spiritus, vel ingenitus educitur; nullèq. ea in terra, que non in mol-
lem, viscosamque, & flexibilem agi queat rem; & que non adeò compingatur, cras-
secatque, vt elabentem spiritum retinere queat, coercereque; sed ab eo illè modò sole
fiunt, à quo spiritus ingeneretur, minimèque educatur; eaque modò in terra, que in
rem agatur mollem, viscosamque, & in qua spiritus retineri, coerceri que, & quam
constringere, dilatari que inexistens ipse possit spiritus; quoniam omninò alimentum
illè attrahere, quo non elabentes modò sui partes resciantur, sed augeantur, excre-
scantque, & fetus ferant; & que in propriâ plantæ substantiam agi non potuerit (cu-
iusmodi que lachrymæ, gummiq. dicuntur, videri possunt) eijcere, operationes in-
quam operari videntur, que à benè modò sentiente, benèq. mobili, nec valde omni-
nò ab ea, que animalibus inesse visa est, differente substantia adantur: aliam omni-
nò substantiam à conspectis corporis partibus illis inesse existimandum est; & talem
prorsus, qualis animalibus inesse visa est, sensu nimirum benè exquisito præditam, &
benè etiam mobilem; que illis inexistens & deficientiam sentiat, & familiare ab alio-
no dignoscat; & que que opus sunt, & vbi opus sunt, attrahat, & molesta, noxiaque
eijciat. Et inesse omninò, nec vniuersè tamen plantæ, sed soli cortici, cuiusque fibræ,
Inde aperitissimè intelligere licet; quòd vno (vt dictum est) cortice vel tantillum cir-
cunciso arefcunt plantæ, intereuntque; via nimirum, qua nutrimentum
& substantiæ, que id attrahit, intercisa; & quòd solus cortex rei, unde nutrimentum
haurire queat, commistus non uiuit modò, sed vniuersam etiam constituit plantam.
Vt uerè secundus cortex, cui fibræ intertextæ sunt, planta uideri possit; veluti animal
neruosum in animalibus genus; cui scilicet ut proprio tegumento, proprioque orga-
no spiritus inexistit. Primum uerò corticem superpositum esse existimandum est, ut se-
cundum illum tueatur, contegatque; ne ambientis uiribus ille expositus, & ab exsuper-
perantibus frigoribus, & exsuperantibus ab æstibus durefcatur, rigeatque, & inclusum
spiritum opprimat; carniū itaque subire uicem. Et lignum inditum fuit; cui firmo,
duroq. ueluti ossi hereat cortex, firmeturque. Id itaque modo ab animali differre plā-
tam decernendum est; quòd calidior illius, tenuiorque spiritus calidiori etiam, mol-
lioriq. corpori inditus est, longèque pluribus distincto organis; quòd fortè longè plu-
ribus uti sciat inexistens artifex, pluribus certè opus habeat: quibus & alia, que ad
eius conseruationem necessaria sunt, & cibos comparet, assumptosq. in adeò remo-
tam agat rem. Huius longè minùs calidus spiritus, longèq. minùs tenuis corpori
idem inditus est longè minùs calido, & crassiori, duriori que, & longè paucioribus di-
stincto

stincto organis, & solis fortè fibræ; pluribus fortè uti nesciens, minimèque pluri-
bus indigens; cui scilicet comparandum nihil sit, sed appositum modò, & à sole pa-
ratum iam, concinnatumque alimentum attrahendum, & modicum quid immutā-
dum; siquidem non & ipsum magna ex parte à sole factum est.

QVOMODO CONSTITVNTVR PLANTAE.
Cap. XXVII.



QVONIAM igitur eadem animalibus plantæ apparent, iisdemque è ro-
bus, & ab eodem constitui sole; eodem omninò, quo illæ, modo con-
stitui existimandum est. Satis itaque in animalium generatione conspe-
cta illarum constitutio, nihil ea amplius explicanda esset. At seorsum
tamen & ipsa intuenda, & in quibusdam ab illa differens, & quæ benè
perspecta, eorum, quæ plantis eueniunt, omnium causas manifestet. Et quoniam
fatis earum partes, è quibus compositæ sunt, & sol, à quo, & terra etiam, è qua con-
stituuntur, conspecta est: si nascentes modò plantas intueamur, aperta earum con-
stitutio fiat. Enascentes, emergentesq. plantæ albæ omnes apparent, tenuesque, &
veluti aqua modicum quid crassa facta, compactaque; tum & paulatim cōpingi om-
nes, durefcereque, & nigrescere amplius earum superficies. Mollis nimirum, tenuisq;
terra à blando, moderatoque sole longè mollior facta, longèque tenuior, proinde-
que & alba, in maioremque acta molem, propterea que maiore indigens loco, & gra-
uis quidem, & quæ sponte sua deorsum delabatur, at nequaquam adeò tenuis, vt ter-
ram aquæ ritu subire queat, quæq. versus diffunditur, sed in superiorè præcipuè par-
tem, molliorem, magisque apertam; & in plantam concrefcit, è partibus, quibus di-
ctum est, compositam. Non æquè enim à sole terra inuersa, nec eadem vniuersa do-
nata tenuitate, dum amplius ab eodem funditur, liquefcitque; quæ similia insunt,
eiusdemque substantiæ simul funduntur, & in vnum consuunt omnia. Fortè igitur,
quæ minus crassa inerant, primùm liquefacta in externam plantæ effluxerunt superficiei;
at maxime ibi soli exposita, tenuitateq. exuta omni in corticem concreuere crassum,
nigrumque. Paulo crassiora paulò post fusa (minùs itaque propria natura à sole pati
apta, ab externo cortice contacta, defensa que) non mollia modò remanserunt, sed spi-
ritu etiam plena. Nam neque tenuitate omni spoliari potuerunt; & prius quàm inter-
na absolueretur, aptaque ad elabendum fieret, constricta illa fuere, & viscosa facta;
vt postea ingenito spiritui egressus pateret nullus. Crassissima in imo, & veluti in me-
dio retenta (summè itaque, & per se ipsa soli repugnantia, maximeque defensa, con-
tactaque) à sole immutantur longè languidissimo; tenuitate nimirum, at adeò lentè,
paulatimque spoliantur, vt nihil vnquam adeò constringantur, vt elabenti illi egres-
sum abnegent; quæ igitur partibus, quæ amplius attenuari potuerunt attenuatis, ela-
psisque omnibus benè in se ipsa densentur, compinganturque, & benè dura fiant.
Quæ sub terra remansere eodem modo ipsa & funduntur, & concrefcunt: at minùs à
sole passa, minùsque inexistente tenuitate spoliata, molliora remanent, albioraque.
Eadem, qua terra, ratione plantarum itidem semen in plantam agitur, plantæ natu-
ræ longè proximius, quia & spiritu fortè, aut re spiritui proxima refertum. Quoniã
scilicet succus, quo plantæ nutriuntur, non longè ab earum abest natura, quin qua-
dam tenuitate exutus in plantam concrefcit; & ex eo manifestè sit semen, vbi co-
piosior is, quàm, quo ad plantæ nutrimentum opus est, attrahitur, minimè retine-
tur, sed vt superfluum ad extremas plantæ partes emittitur; & in ijs amplius à sole cō-
coctus, inexistenteque tenuitate spoliatus in semen concrefcit; itaque plantæ ratio-
nes omnes semini insunt; utique si à sole ea veluti excitentur; si scilicet semen à sole
fundatur, factusq. suor modo, qui dictus est, compingatur, & spiritus interea in eo
absolua-

absoluatur, nutrimentumque, quod spiritus attrahat, ad sit; planta è semine fiat, ijs nimirum rebus restitutis, absolutisue, quibus demptis, aut non absolutis, è planta, aut plantæ proxima re in semen transferat, è semine planta fit. Vbi itaque non in præ-existentis plantæ truncum, stipitemque superabundans succus, sed è radicibus ipsis in aliam deferatur partem, alia constituitur planta. Eodem etiam modo, quo plantæ constitutæ visæ sunt, eodemque è fluore nutriti etiam videntur. Molles scilicet, laxasque in illarum radices illapsum suorem, ampliusque in ijs à solis, & à proprio etiam calore fusum reliquis plantæ venis inexistentis spiritus eo propemodum modo è radicibus attrahit; quo maternis è venis sætus venis insidens spiritus sanguinem attrahere visus est; & sanguinis itidem more in plantæ venis amplius susus fluor, & ex ijs exudans, emissusue in omnes plantæ partes diffunditur, in omnesque concrevit.

**TERRAM IPSAM IN IPSAS AGI PLANTAS, MINIME IN VA-
pores actam prius; vt Peripateticis placere videtur. Cap. XXVIII.**



HX quibus non è vaporibus à sole è terra eductis, & à terræ potestea frigore gelatis, compactisque (vt Peripateticis placere videtur) plantas constitui, sed terram ipsam in ipsas agi plantas, liquido patet. Manifestè enim è seminibus (quibus, quæ in plantis agitur, terra similis facta est, cognataque, & quorum omnino vicem ea subit) non vapores, sed ipsæ exoriri videntur plantæ; & nequaquam ea in terra præcipuè constitui, in quæ res vaporibus crassior ingenerari agrè queat; nõ scilicet in maximè humidis, maximèq. mollibus, neque in aquis ipsis, minus etiam in longè crassissimis, sed veluti in harum, illarumque medijs. At neque modum, quo vapores in plantas concreuant, minus etiam quo factæ, constitutæque è vaporibus nutriantur, quo nimirum è longè tenuissima re benè corpulenta, benèque crassa res fiat, reficiaturque, intueri licet.

**QVAE PLANTIS ENASCENTIBVS, FOETVMQVE PRO-
creantibus, & occidentibus eueniunt. Cap. XXIX.**



HX ijs itidem, quæ dicta sunt, non quæ enascentibus modò plantis, sed quæ foetum etiam procreantibus, occidentibusque eueniant, exposita, & eorum causa manifesta videtur. At res vt vniversa, quantum per nos fieri potest, aperta fiat, repetere ea omnia, eorumque causas amplius explicare non grauabimur. Vere (vt dictum est) plantæ enasci videntur omnes, & enatæ, constitutæque valdè augeri, & grandæ etiam fieri. Aestate grandiores nullæ quidem enasci apparent, at enatæ, constitutæque augeri, humiles verò, temporariæque, arescere, interireque omnes; nisi sub frigido caelo, vel in summis humidis terris posita sint. Autumno rursus paulò ac vere minus enascuntur; augenturque, quid; & quædam foetum etiam reiterant interdum. Hyeme nec sponte sua vlla oriuntur; nec quæ per autumnum exorta sunt viuunt, nisi sub temperato, calidoque caelo; sub quo nouæ etiam assidue enascuntur; & quæ è semine eductæ sunt, valentes nimirum, robustæque viuunt quidem, at non augentur. Terra verò ea præcipuè in plantas agi videtur omnes, quæ tenuis est, mollisque; at crassa, duraque vel nihil prorsus, vel longè ægerrimè; & paulò minus quæ valde densa est, valdeque tenax, ægerrimè itidem quæ nimis humida est, & veluti ex aqua, & terra composita. Et quæ in crassa, & tenaci, & viscosa sunt plantæ, per breues fiunt; at quarum foetus, & quæ ipsæ & sapore excellent, & odore: grandiores contra, quæ in aquosis

aquosis fiunt, palustribusque, at minus sapidæ, minusque odoræ. Et deniq; in summis, diuturnisque aestibus, squalloribusque, & in summis etiam frigoribus, summeque pluuijs constitutionibus plantæ interire omnes apparent.

CVR QVAE PLANTIS Euenire visa svnt Eueniant.

Cap. XXX.



QVAE plantarum generationi, & plantis ipsis euenire videntur, eorum omnium causa aperta, manifestaque, vt fiat; res ante oculos ponenda est, è qua constitui visæ sunt. Siquidem è quibus constituuntur entia, ex iisdem seruari, augeri, apparent. Quoniam igitur è tenui, albaque, re paulatim concreta, nec tenuitate omni exuta plantæ constitui visæ sunt; ab eo utique sole, & ea è terra & constituantur; & feruentur, augeanturque, & foetum procreent oportet; à quo, & è qua proba illa, multaque, educitur, & quo diximus modo concreuat: ibi verò seruentur tantum, non & augeantur etiam, foetumque, ferant; vbi tanta ea fit modò, quanta earum satis est nutritionis: imminuantur, & intereant etiam, vbi minus ea, aut nulla sit; vel facta, priusquam in plantam concreuat, aut plantæ eam attrahant, amplius attenuatur, aut crassescit amplius; & multò etiam promptius, si quæ plantis inexistent tenuitas, vel educatur, vel cogatur, constringaturque. Itaque iure vere præcipuè enascuntur, augentur, pubescunt, & grauidæ insuper fiunt. Blandissimus enim uerui solis tepor, talis omnino est, vt terram in huiusmodi agat rem; & qui ex externa modò eius parte tenuitatem educat omnem, in corticemque, eam agat, & nõ & ex internis etiam ab externa contectis, & prius quam quæ illis inest absoluatur, elabaturque, omnis, constricta hac, & viscosa, tenacique facta; & terra ipsa in huiusmodi iuerti rem nihil repugnat, mollior ab accedente iam sole facta. Iure etiam per æstatem grãdiõres, diuturnæque satis magnum capiunt incrementum; at humiles, temporariæque, nullè amplius exoriuntur, & enatæ intereunt omnes, nisi in frigidis, benèque; humidis terris. Robustus siquidem sol multam quidem facit tenuitatem, aptamque, quæ in plantas concreuat; at temporis momento in vapores eam attenuat, plantarum nutritioni penitus ineptos. Neque igitur plantæ enasci possunt, neque enatæ nutriri; nisi quæ è profundo attrahunt, & robuste quæ sunt, factam tenuitatem fibris prius attrahentes, quam in vapores agatur; & in frigidis, & benè humidis terris; quibus nimirum, quæ inest, humiditas non adeò vniversa attenuari potest, vt nulla eius portio in plantas concrevere possit. Iure itidem autumnò humiles, temporariæque; paulò minus, quam vere enascuntur. Nam & eadem solis vires, & eandem penè in terram agunt, tenuitate scilicet, quam æstiuus sol ingenit, benè refertam, & pluuijs madefactam: neque enim ante quam talis fiat, plantæ enascuntur vlla. At breues, immoderateque, & longè inæqualissimi autumnus non tantum grandioribus suggerunt succum, quanto vt valdè augeantur, foetumque, ferant opus habent. Sed & iterum grauidæ interdum fiunt, vbi præsertim diuturnus est autumnus; & plantæ nouæ terræ commissa paulò ac vere minus feliciter viuunt. Iure etiam hyeme in temperatis, mollibusque, at benè cultis terris & seruantur, & enascuntur plantæ: neque enim impotens ibi sol mollem, madentemque terram inuertere. Et quæ multum subigitur, multoque, spargitur terra fimo, vel à languentissimo sole pulcherrimè in plantas agitur; ad solis actionem excipientem, plantamque, emittendam multò aptior facta, & rei commissa tenui, calidaque. Et iure plantæ nullæ in longè crassissimis, durissimisque, & in valde viscosis, tenacibusque terris; quæ nimirum & ægerrimè attenuantur, & assuetam tenuitatem veluti retinent, concreuantque, vix tenuissima factæ egressum demùm præbentes. Et iure quæ in huiusmodi sunt, breues fiunt, at quarum foetus (vt dictum est) & quæ ipsæ & sapore

sapore excellent, & odore, è re constituta, alteque diu à sole cōcocta, elaborataque magno nimirum donata calore. Et iure nulla in humidissima, maximeq. lutosa terra. Non vnum enim existens lutum, sed è terra, & aqua compositum; vbi non vniuersum simul attenuatur, aqua primum attenuatur, & sola dum inest, in longè sanè tenuiorem rem, quam vt in plantam concresecat. Quin si res in huiusmodi terra ingeneretur in plantam concresecere minime inepta, emergere ex ea certè non posset; que scilicet nulla se se continendi facultate donata, quantumuis à se ipsa dimota, separataque, statim in se ipsam concidat; & germea molle adhuc, fluidumque, & ponderis nullius potens, inflectat, opprimatque, emergere omnino prohibeat: vt hæc etiam ratione ad plantarum constitutionem ineptum sit lutum. Et quæ in humidis terris sūt plantæ, iure & ipsæ, ipsarumque foetus magnitudine quidem exsuperant, at sapore, & odore exsuperantur. Nam è copiosa quidem constituuntur, nutriunturque tenuitate, at nequaquam diuturnam solis morata actionem, sed ex adaperata, molliq. terra statim elapsa, non bellè omnino concocta. Et iure in summis altibus, summisque squalloribus, & in maximis etiam frigoribus, maximisq. inundationibus plantæ omnes arent, intercuntque. In illis enim vel è longæuis, magnisq. plantis tenuitatem sol educit omnem; & quam in supposita ipse ingenerat terra teporis momento in vapores soluit longè tenuissimos: in his verò & plantarum calor extinguitur omnis, omnisque compingitur, & gelatur tenuitas; adeoque vniuersa constringitur planta, vt nullus illabenti succo meatus pateat; terraq. maxime constricta, & rigens nullum elabenti tenuitati egressum præbet, si quidem non & ipsa gelata, compactaque est omnis. Terra verò maxime aquis madente, non illam sol à superfusis aquis defensam, sed ipsas inuertit aquas. Neque enim nondum in vapores actis aquis (quod vel à languidissimo sit sole) supposita terra in tenuitatem agatur vllam. At aquæ (vt dictum est) ineptæ ipsæ in plantas, earumque compingi refectioem, multo sunt ineptiores amplius etiam attenuatæ.

TESTES QVIBVS ADIECTI SVNT, NON VT NECESSARIOS, sed melioris gratia Aristoteli adiectos esse, & semen nulla testium opera in viuiparis coitus tempore confici. Cap. XXXI.

De animal. ge. lib. 1. c. 4



NONIAM verò longè à nobis diuersus, & testium vires, & seminis confectionem, atq. vsum, & animæ generationem, & animam ipsam Aristoteles tradit; vt clarius veritas eluceat, eius etiam explicanda est, excutiendaq. sententia. Quæcunque, inquit, natura facit; aut quia necessaria sunt ea facit, aut quia melius ita est. Testes porrò ad generationem necessarios non esse, inde intelligere licet; quod & serpentes, & pisces nullis præditi testibus semen tamen (vt manifestè intueri licet) conficiunt, & coeunt, & generant. Melioris igitur gratia ijs, quibus adiecti sunt, tributos esse existimandum est. Veluti scilicet quæ animalia voraciora, cibique avidiora esse oportuit, rectum ijs intestinum datum est; sic itidem quæ ad venerem propensiora, celerioraque, seminarij meatus recti ijs dati sunt, latique, & testes aut nulli prorsus, aut intus adiecti. Quæ verò castiora esse conuenit, ijs, ne vehementi, assiduaque stimulentur libidine, meatus dati sunt multis reuolutionibus, multisque obuoluti anfractibus (veluti & intestinum bene se xuosum ijs, quæ magis sobria esse oportuit) & testes extra appensi. Non quidem vt seminarij meatus pars, aut quos is subeat; sed qui motum excrementi genitalis stabiliorem faciant; & qui meatui adiecti, ita ex eo pendeant, vt pōdera quæ à testricibus filis appenduntur è filis ipsis, idemque omnino, quod pondera, operentur; meatum nimirum intendant, eiusque replicationem in eodem seruent situ. Nisi enim id præstent testes, retrahat se se meatus, maximeque in se ipsum complicitur; vt egredienti femini

semini egressus nullus pateat. Quo incommodo nisi afficiantur exsecta, generet utiq. Er iam taurus statim à castratione iniens, non dum scilicet retractis, complicatisque poris, coijt, impleuitque. Nam quæ nec adeò ad venerem prompta, ueluti pisces, nec adeò tarda, lentaque, ueluti viuipara, ipseque in primis homo, sed quæ ueluti horum, illorumq. media sunt, cuiusmodi & aues sunt, & quæ ouum pariunt, quadrupeda; ijs testes intus inditi sunt, & meatus seminarij pars sunt, semen in se ipsis recipiunt: quod in alium genere, quæ non perpetuò, sed certis modò temporibus coeunt, patet. Hi enim bene grandes coitus tempore, aliàs verò adeò obscuros testes habent, vt habeant nec ne, incertum sit. Propterea scilicet non coitus tempore vel serpentibus, vel piscibus conficiendum esse semen, sed paratum iam inesse oportere, & meatu, quo effluat, latum ijs omnibus, rectumq; dandum; quod lubrici cum sint, nullisq. organis, quibus se se mutuò connectant, præditi; si quidem coire, iungique, minimè certè, dum sanguis in semen agatur, simul iuncta immorari queant. Eòque pisces minus non modo se se complicare longè ineptissimi, sed in aquis, in infirma scilicet, instabilique degentes re; & qui insuper pereant omnino, nisi (quod dum coeunt, semèque conficiunt facere nequeunt) mare branchijs assidue attrahant. Auiibus etiam semen intus paratum inesse oportet, testesq. intus inditi, & meatus partem esse; nec valdè scilicet complicari, nec frigeri, constringiq. meatum: etenim & ipsarum coitus diuturnus esse non potest. Quæ verò castiora esse decet, & quæ nullo negotio iungi possunt, & bene diu alteri alter superstare: ijs semè minimè præparari oportuit, sed coitus tempore confici. Meatus itaq. & valde obuoluti dandi, & foras cum testibus extendendi fuere; vt à frigore constricti, occlusique paulatim calefierent, aperirenturq., & non prius, quam semen conficeretur, colligereturq. Pisces itaq. vix foeminas contingentes semen emittunt, & serpentes paulò post. Auium quoque coitus longè breuissimus; vt viuiparorum diuturnus, tardusque.

QVID ARISTOTELI SEMEN SIT; ET FOEMINIS NON ALIVD à sanguine menstruo semen confici; & materiam modò ad generationem à foemina conferri. Cap. XXXII.



SEMINIS postea naturam, & quid sit omnino semen, & num è masculino semine vt è materia foetus constituatur, an formæ id, agentisq. modò principij vicem præstet, & num foemina & ipsa semen emittat, vnumq. ex ambobus seminibus mistu fiat, an semen nullum à foemina secernatur, & si nullum, vtrum nō aliud quippiam ad generationem foemina conferat, sed locum modò præbeat, an aliud, idque quonam pacto, & quomodo inquirens Aristoteles; Semen (inquit) præter naturam corpori minimè inest; omnibus enim inest, & natura ex eo ipso oxoritur. Secundum naturam porrò existens, nullaque animalis existens pars, aut alimentum sit, aut colliquamentum, aut excrementum: necque enim præter hæc quippiam corpori inesse apparet. Et alimentum quidem non esse, inde intueri licet; quod alimentum aduentitium est. Minus etiam colliquamentu sit: sunt enim ea omnia præter naturam; nec quicquid quod secundum naturam sit ex eis constitui potest. Superest, vt excrementum sit. Excrementum porrò aut vtilis alimenti est, aut inutilis. Huius non sit: quibus enim plurimus inutilis inest succus, morbo affectis, senibusque; aut nullum ijs, aut per exiguum conficitur semem. Vtilis itaque alimenti excrementum, & reliquæ semen sit oportet. Sanguinem porrò in sanguinario genere vltimum alimentum esse, in exanguibus autem sanguini proportionale antea declaratum est. Aut igitur sanguis, aut proportionale, aut ex ijs aliquid est. Quod apertius explicans, Quo niam, inquit, à sanguine concocto, & modo

De animal. ge. lib. 1. c. 19.

& modo quodam digesto pars quæq. constituitur; semen autem concoctum, & aliud à sanguine factum emittitur; nam ubi nimio plus emittitur, & ut concoquatur spatium non datur, sanguinea specie emittitur: constat semen sanguinei alimenti, quod vltimum in membra digeritur, excrementum esse. Et quoniam debilioribus, in rmiorem in membra digeritur, excrementum esse, idq. cruentum humorem esse necessibusque plus excrementi, minusq. concocti fieri, idq. cruentum humorem esse necessesse est: in rmius autem, debiliusq. secundum naturam, quod minus caloris adipiscitur; & tale (ut dictum est) semina existit: necesse itidem est, secretionem sanguineam, quæ in feminis sit, excrementum & ipsam esse; ea autem menstruum effusio est. Quoniam igitur quale semen à masculis, tale menstruum sanguis feminis; fieri autem non potest, ut dux simul secretionem agatur; ideo semen ad generationem à femina non conferri manifestum est. Nam si semen esset, menstrua non essent: nunc ideo illud dicitur, quia hæc sunt. Inditio etiam est, non tale semen à femina emitti, quale à masculo, nec ex amborum mixtura foetum constitui: quod sæpenumero semina concipiunt sine ea, quæ per coitum fit, voluptate; rursusq. cum ea ipsa voluptate, pariq. profusionis vtriusque concursu nihil magis concipitur, nisi menstruum humor sit modicè temperatus. Neque scilicet nihil omnino effluente sanguine menstruo, nec cum valde fluit, sed ubi fluere desierit; ubi videlicet vis, quæ in maris genitura continetur, nec alimento, & materia, ex qua animal constituatur, caret; nec ea adest eius copia, isque eius effusus, ut cum eo maris quoque semen effundatur. Nec quod ea interdum feminæ voluptate, qua maris, afficiuntur, semen illas emittere existimare licet. Humor enim, qui ex utero effluit, nequaquam seminalis est, sed vteri proprius, & vteri excretio; quæ alijs euenit, alijs non. Eueniunt autem, quod plurimum dixerim ijs, quæ albæ, & magis feminæ sunt, non autem ijs, quæ tuscæ sunt, viraginesque. Illud etiam indicat, semen omnino à femina non emitti; quod cum per coitum similis voluptas eiusdem loci, pudendi nimirum contrectatione feminis, atque maribus, eueniat; humor tñ non inde, à femineo scilicet pudendo, veluti à masculino emittitur; sed vel è penitioribus partibus, vel ex utero ipso, & in utero retinetur. Tñ præterea, quod non oibus, sed quibus uterus ad septum transuersum est, & partus non exouo, iudicium itidem semen in menstruis esse; quod simul (ut dictum est) maribus semen heri incipit, & feminis menstrua innotescunt. Genituram itaque, & agens omnino principium à femina ad generationem non conferri, sed materiam, & eam sanguine menstruum esse, cum ex supradictis, tum etiam ratione, vniuersaliq. indagatione constat. Esse enim quod generat, & ex quo necesse est; idque quamuis vnum, formæ quidem, & rationis diuersitate differre oportet. At verò in ijs, quæ distinctas eas potentias obtinent, corpus etiam, & materiam diuersam esse agentis, & patientis. Quod si mas est ut mouens, & agens, femina qua femina, & patientis; sequitur, ut ad maris genituram femina, non & ipsa genituram, sed materiam conferat: quod & fieri ita videtur. Natura enim menstruum pro prima materia est.

MASCVLINVM SEMEN NVLLA ARISTOTELI FOETVS PARS
fit; sed vis in eo contenta menstrua mouet, & in animal agit.

Cap. XXXIII.

QVIDAM, inquit, apertum itidem id, de quo differendum deinceps sit, factum videtur. Quemadmodum videlicet ad generationem mas conferat, & quonam pacto semen maris causa eius, quod gignitur, sit; vtrum ut insitum, inexistensque, & protinus inde cum feminæ materia mixtum; an nihil ad eius constitutionem seminis molles, corpusque conferat; sed motus modò, & vis in eo contenta ipsa est, quæ constituit; quod autem constituitur, & formam recipit, reliquum excrementi feminei

feminei est. Atque ut ratione, sic effectis quoque comprobare videtur. Nam cum in vniuersum animo complectimur, non ita effici unum ex patiente, agenteque, videtur, ut quod agit in eo, quod efficitur, insit; nec omnino ex eo quod mouet, & quod mouetur, quicquam constituit. At femina quidem, qua femina, patientis est: mas verò, qua mas, agens, & motus principium. Itaque si extrema utriusque sumantur, qua alterum agens, & mouens, alterum patientis, & quod mouetur; quod ex his constituitur non alia ratione unum est, nisi qua lectus è fabro, & ligno, aut sphaera è cera, & forma. Facta etiam rationi consentiunt. Siquidem mare: nonnulli per coitum nec membrum quidem ullum in feminam indere uidentur, sed contra femina in marem: ut in quibusdam insectis sit. Quod enim in ijs quæ indunt semen in femina, idem in mari ipso uapor, uirtusque efficit; femina particulam suam, quæ feminis capax est, admovente. Vnde fit, ut genus id animalium diu coeat. Id certè, quod a uibus, & piscibus ouiparis euenit, maximo inditio est, nihil tale à mare emitti, quod in eo, quod genitum est, insit, sed uirtute tantum contenta in genitura uiuificari; ut de insectis dictum est: quorum femina in marem transigit, si siquidem subuentanea oua ferat, & ouo non dum è croceo in album mutato coeat, foecunda ex subuentaneis redduntur; & quæ etiam ex alio coitu concepit, si luteis existentibus dum ouis cum alio coierit, similes ei, qui cum postea coije, pullos omnes ædit: quod videlicet non admittitur, nec constitutionem subit maris semen; sed sua facultate materiam contentam in femina qualitate quadam afficit. Hoc idem in generatione quoque ouiparorum piscium euenit. Vbi enim femina oua ædiderit, mas semen aspergit; & quæcunque attigit foecunda efficiuntur; quæ non attigit, remanent in foecunda: quali non ad quantitatem mas conferat, sed ad qualitatem. Pater igitur ex ijs (inquit) nec feminam ita ut marem conferre ad generationem; sed marem principium motus, feminam materiam prestare. Itaque partum in femina contineri necesse est. Nam & faber ligno, & figulus limo adest. Hinc etiam quemadmodum mas ad generationem conferat acceptis. Nec enim mas omnis semen emittit; & quibus emittitur maribus; nulla pars foetus hoc est. Nec à fabro quicquam fecedit ad lignum; neque pars ulla artis fabrilis in eo, quod efficitur est: sed forma, & species ab illo per motum in materia existit. Atque anima, in qua forma, & scientia est, manum mouet; manus autem, instrumenta q. materiam. Itaq. maris emittentis natura eo femine quasi instrumento utitur, at actu habente motum; quo sanguinem menstruum commoueat, & in animal agat. Et hoc pacto ubi ex utero non egreditur, in spiritum resoluitur. Naturam enim humidam habet, aquosamque. Placet itaq. Aristoteli (licet enim, ut melius vniuersa ipsius de senine sententia simul innotescat, breuiter eius decreta repetere) tale in masculis sanguinis excrementum esse semen, quale in feminis menstrua sunt; & in viuiparis animalibus coitus tempore à pudendi motu confici; nihilque ad eius confectionem testes conferre; at id modo eos prestare, quod uasa, in quibus sit, intendunt, & ne in se ipsa complacentur prohibent; & nullam omnino foetus partem masculinam fieri semen, sed agens modò principium apportare; materiam omnem à femina præberi, & menstruum sanguinem eam esse; ea itaque in animal, aut in animalis principium acta, vel exilire masculinum semen, vel in spiritum resolui; animam igitur uerè masculi opus esse, corpus uerò feminæ. Quæ quidem omnia, aut pleraque ita à Galeno confutata, reiectaque sunt, & ab anatome aperta, manifesta quæ; ut nec reijcienda; nec aperienda magis uideri possunt. Atres ut vniuersa, quantum per nos fieri potest, in aperto ponatur, nobis iudem examinanda uisa sunt omnia.

MEATVM SEMINARIVM TESTES SVBIRE; ET IN TESTIBVS

absolui semen, minimèq. coitus tempore, sed præparatum inesse; nec
excrementum videri posse semen. Cap. XXXIIII.



MEATVM seminariū testes subire, & semen in testibus perfici, absoluiq. & nequaquā coitus tempore à pudendi motu confici, sed paratū præexistere, ipsis intueri licet oculis. Siquidē vel dum testes nō subijt sanguis, sed meatui adhuc inexistit; albescentē quidem eum videas, & ad seminis naturā inuerti ceptum, at non dum tñ in absolutum semen actum. Tum non ipsos modo testes, sed astites etiā glandulosos (qui propterea inter testes, pudendumq. siti sunt; quò semen, quod testium nutrificationi superest, excipiunt, seruātq.) semine refertos passim intueri licet. E semine scilicet cōstituitur venę, testesq. semine iridem nutriendæ sunt, reficiendæq. Itaq. & in ipsis conficiendum semen, veluti in iecinore sanguis, & suus iridem tenuior, puriorq. in corde, & veluti è suis hæc succis cōstituta apparent, sic iridem & venę, testesq. è semine. Nec videri queas quid à cōspissato semine, vel venę differant, vel testes. Ad coitum itaque impellimur, non à generatiua inexistente potentia, vt Aristoteli videtur; quę in corde ei residens, qui pudendum ad seminis cōfectionem excitet, nunquam reor declarat; sed ab inexistente seminis copia; qua & vasa, & testes turgent, & ipsi etiam astites. Spiritus videlicet ijs in existēs in angustius actus, pressusque, & seminis etiam acrimonia commorsus, stimularusq. eijcere id appetit, & vbi bene illa turgent, vel solo semine aspectu, vel imaginatione excitat sola; & vbi rebus alijs intentus vigilās id non facit, ab externis ociosus in somnis, & pudendo nihil commoto id facit. Est & vbi pudendum manu contrectans manifestē sentias, si vel tēpori momento amplius contrectes, egressurum semen; remanet autē pudendo non amplius contrectato: reponitur igitur, seruatque. At neq. modico, momentaneoq. pudendi motu sanguinem in vasis seminarijs satis longē à pudendo positus adeo immutari posse existimandum Aristoteli fuit; vt in semen ageretur album, viscosumque & maximē spiritu plenum. Mirum sanē cum piscibus paratum insit semen, siue ab anor tēpore, siue ab ipsis, in quibus sit, venis cōfectum; non & viuiparis, ijsq. omnibus, quę testibus donata sunt, inexistere. Vt enim nihil ad seminis cōfectionē conferant testes, at vasa modò intendant impedimento certē, nec vasis, nec ambientis calori sunt, quò minus semē cōficiant. Sed quid ego in te immoror, quę adeo sensui patet? Licet (vt dictū est) de mortuorum animalium nō seminarios modò meatus, sed astites etiā semine refertos intueri. Assidue. si in animalibus omnibus sanguis in semen agitur; omnisq. in oibus inuertatur venis, si diū in omnibus immoretur. At in reliquis à subsequētibz veluti præceptus sanguis, itaq. earum actionem nihil immoratus, minima immutatur partē; qua venę oēs nutriuntur. Solis in seminarijs diētis venis vniuersus ille immutari incipit; & parte è ijs in animalibus oibus, veluti & piscibus, tandem immutetur, inq. absolutū agatur semen; nisi & ipsis surripiatur. Infirmissima certē per se Aristotelis ratio; qua testes nō necessarios declarat, propterea quia non oibus insunt. Quoniā n. non æquē oibus elaboratem, cōpactumq. conficiendum; nec assidue in dies oibus emittendum est semen; sed bene alijs fluidum, liquidūq., & id parandi lōgissimum datum est tēpus; alijs bene concoctū, beneq. cōspissatū; assidueq. emittendum, & propterea assidue icidē absolueudū: solis illis meatus satis fuerit, his nequaquā. Neq. n. ad adeo cōcocti seminis celerē cōfectionē satis soli esse poterāt lati, gracilesq.; sed testes adijciēdi fuerit, qui lōgē maiore præditi calore, lōgēq. magis cōpacti, angustiq. celeriter bene cōpactū conficerent semen. Testes porro meatui veluti pōdus, à quo intendat, & ne in se ipsum cōplicetur prohibeatur, appēdens Arist. multos inculandus videtur modis. Primum. n. bene firmę, beneq. stabili rei ita inheerentē, infixūq. meatū cum intueretur; vt

nulla

nulla ipsius portio nulla à re è proprio dimoueri posset situ: nequaquā pondus ei vllū, à quo detraheretur, proindeq. intenderetur, & ne in se ipsum cōplicaretur, obstaret, appendendū ei fuit. Tū si id oīnō agendum visum foret; non vnū, & extrema in parte, sed in singulis ipsius reuolutionibus, inflexionibusq. singula appendenda fuere pōderat; & quę nequaquā (quod testes à scorto, cui insunt, pati videtur) alijs à rebus, sed ab vnīs ipsius meatus portionibus, ne deorsum delabantur, retineantur. Nā si ab alijs sustineantur, itaq. nihil meatū grauent, nihil etiam eū intendant. Id certē modò si præstarent testes, si. l. meatus modò intenderent, & in se ipsos cōplicari illos prohiberēt; sanguini igitur à pudendi motu in semen acto egressum præberēt: nequaquam testium ablatione adeo hoīes languerent, adeoq. immutarentur, penē & in aliā transirent naturā; at id tantū fortē Aristoteli pateretur, quòd à generatiua potentia ad coitum nō stimularetur; at nihilò ceteris viuerent, neq. tristiores, neq. debiliores, neque minus viri; quin fortē magis etiā, nulla sanguinis portione in semen acta, emissaq;. At alibi Aristoteles, Vna (inquit) parte opportuna mutata vniuersę aiālis constitutionis forma summopere immutatur. Idq. in spadonibus intueri licet; qui vna parte truncata iā à pristina forma discedunt, parumq. à scemine specie distant. Cuius rei causa est; quòd partes nōnullę principia sunt: principio autem mutato, multa ex ijs, quę sequuntur, cōmutari, dimoueri, necesse est. Aristoteli igit in primis princeps pars testes videtur. Et ea qui priuantur parte, lōgē fiunt languidiores; quòd organo priuantur, à quo res fiat, cuius contactus (quòd spiritū proximius fortē, quā res alia quouis ad propriā agit operationē) spiritum excitat, exilaratq., & viuificat. Itaq. illa priuatus, summopere is moeret, languetq. & torpet. Testes itaq. semini veluti vltimam imponit manum: propterea q. id ipsi conficiunt, eo vt alantur. Nō igitur huiusmodi excrementum masculinum semen videri potest, cuiusmodi sceminarum menstrua; neq. excrementum omnino; si id existit excrementum, quòd in bonam, commodamque, & in eam oīnō rem, quę proposita est, verti non potuit; & quòd immutantis, inuertentisq. naturę vim exuperet: cuiusmodi sceminarum sunt menstrua. Sanguis itaq. in venis, testibusq. ad proprium ipsorum nutrimentum amplius elaboratus, concoctusque semen est.

NON MENSTRVVM SANGVINEM, SED HVMDITATEM, quam cocutes scemine emittunt, scemineum esse semen. Cap. XXXV.



SUMMOPERE itidem mirari Aristotelē licet; qui cocutes foeminas humiditate, quę nihil prorsus à puerorum, eorūque, qui frigidum sortiti sunt corpus, à masculino oīnō semine, at non bene concocto, beneq. cōpacto differret, eademq., qua mares, emittere eū voluptate, eaq. emissā eodem languere modo eū intueretur, & qua sceminarum foeminarū vasa, testesq., nihilò interdum minus, quā marū, refertos esse intueri poterat, non eam tñ, sed menstruum sanguinē (qui quā lōgissimē à seminis specie, naturaq. abest, & qui nihil vtero cōfricato, & nulla cū voluptate, quin sensu eū nullo certis ex eo effluit tēporibus) scemineū semen esse statuat; & ab inditijs id, rationibusq. persuasus statuat, quę infirmissimę sunt, inanesq. oēs. Non. si nulla interdum ea percepta voluptate, qua in humiditatis illius emissionē affici scemine solent, concipiunt tñ, & ea emissā non perpetuò concipiunt; propterea nō semen illā esse existimandū est. Fortē. n. vbi cōcipiunt, perpetuò illam scemine emittunt; at nulla interdum cum voluptate emittunt; quòd non dum eo donata est calore, à quo mordax fiat. Nā vel maribus, quibus, aut vbi nō bene concoquitur semen, perexigua id cum voluptate emittitur. Tum (quòd fieri interdum posse minimē pernegari) vt vnum masculinū semen ad foetus cōstitutionem satis interdum sit; cur vbi & scemine illa adest humiditas, quę (vt dictum est) à marium semine non bene dū concocto nihil prorsus differt, non & ipsa foetus cōstitutioni bona sit, cōmodaque; & ex ipsa masculino semini cō-

Z a mista,

mista, veluti è galli femine, ouorumq. albumine vnum factis, albe, exanguesq. fetus partes constituantur? Et quod non perpetuo humiditate illa emissa foemina concipiunt; id non semen illam non esse, sed vnam ipsam ad fetus constitutione facis non esse, menstruoque etiam sanguine opus esse declarat. Quapropter simul maribus semen, & foeminis menstrua fiunt, Et quod non masculini seminis ritu foras & ipsa emittitur, sed in vtero, in loco nimirum retinetur, in que & masculinum semen coniicitur, & in quo fetus constituitur, secus atque Aristoteli videtur; non vteri illam excretionem, sed semen esse manifestissime declarat. Et nequaquam (quod Aristoteli supponitur) candidiores modò, & que foemine sunt magis humiditatem illam emittunt; sed fusca nihilò minùs, & si non copiosior, longè certè calidior, magisq. mordacè, Itaque borealem plagam incolentes, que albissimæ sunt omnes, valde ad venerem legnes: at que in meridionali degunt, fusca omnes, assidua, vehementiq. prurijunt libidine; multo scilicet, benèq. mordaci repletè semine, & quod emittentes summa afficiuntur voluptate. Itaq. veluti mares, foemine itidem semen conficiunt, at nequaquam adeò concoctum, compactumque: vt neruosum ex eo, osseumq. genus constitui, & spiritus in eo ingenitus retineri queat. Quamobrem sola foemina per se non concipiant; sed masculino etiam opus est semine, quod foemineo immixtum compingat id: non quod (vt Aristoteli placet) masculi modò sensitivam animam foetui indere possint. Cur enim nihil ea illa, quam hi, minus prædita, non & ipsa eam generent?

MASCVLINVM SEMEN NON AGENS MODO PRINCIPIVM,
vt Aristoteli placet, ad fetus constitutionem asserre; sed ex eo albas,
exanguesq. animalis partes constitui omnes. Cap. XXXVI.

R

At idem, inditiaque, que nullam fetus partem è masculino femine, sed vniuersum è sanguine menstruo constitui Aristoteli declarant, illa quidem & ipsa quod queritur sumere videntur, & hæc in firma sunt omnia. Masculum enim illa agens, & artificis vicè, foeminam uerò patiens, & materia uicem præstare suppones; quod queritur, & nusquam probatum est, supponit. Neq. enim rationis, aut partium diuersitate manifestatum id esse dixerit: nã eadem, & maris, & foemine ratio, & eadem omninò vtriusq. partes omnes, vel genitales ipsa; id modò à se ipsis ipsarum quedam differentes; quod à maiore in masculis calore extra emitti potuerit, at non in foeminis à languidiore illo, vt Galenus nos docet. In quibus itaq. robustior fieri potuit, & qui foras propellere eas posset, & protulit tandè foras; è foeminis mares facti sunt, nihilòq. alijs minus foecundi. Id uerò nostris etiam temporibus, nostrisq. in regionibus euenisse compertum est. Illo itaq. vno differentes, illo vno differentes operationes operantur. Semen. f. vtrèq. conficiunt, emittuntque; & masculinè foras, quò protracte sunt; propriù in vterum foemine, in quem earum seminaria vasa feruntur: quin eundem vtrèq. in locum, in eum. f. in quo fetus constituendus est; qui vtriusq. simul opera constituendus seorsum in vtroq. constitui non potuit, sed in altero tantum, & in quem vtriusq. feratur semen. Et inditia (vt ita omnia eueniant, vti euenire tradit Aristoteles) non quod declarandum est, declarant. Vt enim insectorum maribus non ea seminis copia conficiatur, que partium, que connutrienda sunt, nutritionem exuperet; itaq. eius portionem foemineum in vteru inijcere nequeant; & foemineu semen, quò amplius, concoquatur, absoluaaturq., masculinũ in corpus immittendũ sit: non propterea quod aliorum generu maribus conficitur, nullo id ad foetũ constitutione vni esse existimandũ est. Quin, quod vnũ illud insectis, reliquoru generu nulli euenit, sed in oibus maresu foeminas semen emittunt, non vim modò in eo contentã, sed molem etiam ad foetuum generationem necessariam esse existimandũ omninò

omninò est. Illo enim modo minore masculi, & foemine etiam labore, incòmodoq. fetus constitueretur: siquidem neq. illi (quod magno interdum animalis fit malo) semen emittendum, neque huic ex vtero id eijciendum esset. Minus etiam quò croceis quidem dum existentibus ouis, at perfectam iam nactis magnitudinem, si coeat gallina, oua è subuentancis foecunda fiunt; & quò piscium oua propriam & ipsa adepta magnitudinem foecunda & ipsa fiunt; vnum modo foemineum semen immutandi vim masculino à semine, non & molem etiam asserre statuere licet. Manifestè enim masculinum auium, pisciumq. semen foemineo immiscetur, & vnum fit. Itaq. nihil dum ouo ab incubante gallina fuso, quod à gallo immixtum est semen, separatũ, distinctumq. ab oui albumine, à gallinæ scilicet semine, multòq. illud, quàm hoc lucidius, densiusque, & fundi magis repugnans cõspicitur; fusum uerò penitus reliquo albumini immixtum, & veluti in vnum, idemq. vtrumq. actum ens: vt intelligere non liceat, qui à reliquo albumine secerui postea, separarique, aut ex eo elabi queat. Ita nimirum rerum conditori Deo prouisum est; vt quo in animalium genere non ea masculis inest sanguinis copia, eaque in semen illum inuertendi facultas, vt qui venarum superest nutrificationi, in fetus generatione materiam ad neruosi generis constitutionem afferat (quod insectorum non nullis euenire dictum est) foemine facultas tributa est, modusque; quo in masculi corpus articulum, cum eo & semen immittant; vt ibi absoluaatur, magis videlicet compingatur; spiritusque in eo, aut res spiritui proxima ingeneretur. Et in quo animalium genere semen quidem maribus superest, at exiguum, foeminis id conficiendi facultas magna data est, tempusq. benè illud concoquendi, elaborandique: quod ouiparoru generi contingere videtur. At nequaquam tamè exiguum id, quod generatiuam galli vim Aristoteli asserit, quodque in oui albumine manifestè cõspicitur, nullam id fetus partem fieri dixerit. Cur enim oui albumini persimile, & aptius etiam in neruosum cogi genus, quod omninò ad partis cuiuspiam constitutionem natura vti queat, magno id eijciat labore? Sui etiam oblitus, & perperam omninò colligit Aristotelis; inde & agens modò, & quod immutat principiu, non & materiale itidem, & quod immutatur à masculino semine præberi; quòd si que compressa est gallina, ab alio postea luteis dum existentibus ouis comprimatur, pullus ei similis fit, qui secundo loco compressit. Propterea enim id euenire videtur; quòd primi seminis vis à repugnante menstrui sanguinis natura debilitata, imminutaque, ab integris secundi viribus exupereretur. Nam si cui similes fetus fiunt, agens etiam attribuendum est principium; vti que foemineo id attribuendum fit femini. Manifestè enim cum alijs in animalibus, tum uerò in multis matris magis, quàm patri similes fieri fetus intueri licet: quorum scilicet qui ex equina generatur matre, ad equinam magis speciem, ad asininam contra, qui ex asinina fiunt matre, accedere videntur. At esto liceat Aristoteli sui ipsius (vt dictum est) obliuio rationibus vti, que maxime ipsius positiones deijciant, euertantque; non tamen quòd vult astruere videtur. Non scilicet nullis proprijs viribus foemineum donatum est semen; & nihil repugnans, nihilque contra agens à masculino semine immutari se sinit; sed natura & ipsum benè robusta præditum, nihil interdum à masculino patitur, quàm in id ipsum agit magis. Itaque vtroque ab altero imminuto, debilitatoque, secundo coeuntis integrum superueniens, vtrumq. veluti in propriam agit naturam; pullusque secundo coeunti similis fit. Nec uerò, si nullam foemineo femini masculinum adijciat molem, secundus, tertiusq. coitus (quod euenire ipse affirmat Aristoteles) grãdiorem efficiat foetum. Auctus enim calor fortiorum quidem, generosiorumque, at non certè & grandiorum, quin minorem fortè constituat foetum: copiosior enim calor factus copiosiorum educat tenuitatem. Quamobrem (vt dictum est) mirari summo opere Aristoteles licet; qui pulcherrimè naturæ industriam contemplatus; prudentis patris familias ritu, qui tritici nil projicit, sed ita id parat, disponitque; vt quod

optimum inest, liberis id, ingenuisque, deterius seruis, vilissimum quod est, animalibus datur, quæ domi aluntur; sic & ipsam eorum, à quibus utile quid confici potest, nihil projicere unquam, sed retinere omnia, & ad ea, ad quæ commoda esse possunt, ijs uti cum prædicer; & masculinum semen ad albas, exanguesque animalium partes constituendas longè aptissimum cum intueatur, & magno labore abijciendum intelligat; & qui insuper ouorum albumen, eadem, qua semen, specie, iisdemque donatum viribus sentiat, intelligatque; & pullos ex eo constitui intueatur: masculinum semen nullam foetus partem fieri, sed vel in spiritum resolui, vel ex utero eijci contēdat. Nam si fieri id interdum videtur; seminis difformitati attribui poterat, & attribuentum omnino erat. Benè enim dissimulare id cum sit; vel sapius ab utero calore sum in longè assidue diuersissimas agatur res oportet. Itaque ubi quæpiam eius portio in rem agitur, quæ aliarum nulli coire queat; ab alijs ea secreta, separataque, & utero incommoda, molestaque, excrementorum aliorum ritu foras eijcitur. Quamobrem non agens modò principium, sed materiam itidem, quin hanc unam constituendo foetui masculinum semen præbere, & illius efficientiam non feminis naturæ, à qua semen immutari non potest, sed utero calori, qui manifestè semen utrumque, & menstruum etiam sanguinem immutat, & in albas illud, exanguesque, hanc in sanguineas agit animalis partes, tribuendum esse existimandum omnino est. Nisi Aristotelis obstent rationes; quibus animam masculino semini inexistentem, seu patrem potius, qui eam confecit, foetum efformare decernit. Age igitur explicentur ipse, examinēturque.

ANIMÆ MASCVLINO SEMINI INEXISTENS, VEL PATER potius, qui eam conficit, foetum Aristoteli constituit. Cap. XXXVII.

De animal. ge. lib. 2. c. primo.



CORPORIS, inquit, partes, aut extrinsecus aliquid agens, aut genitura, & semini inexistens, idq. aut animæ pars, aut anima, aut animam habens generat. Sed ab alio extrinsecus agente viscera effici, aut alia membra, remotum à ratione videtur. Fieri enim non potest, ut moueat quod non tangit, & quod non mouetur, ut patiat, immuteturque. In ipso igitur conceptu aliquid iam inest, quod animalis partes constituit, nequaquam ab eo abiunctum, separatumque: sed eius & ipsum existens pars: siquidem nihil omnino animali inesse videtur, quod totius pars non sit. Quoniam verò nulla animæ pars est, quæ alicui corporis parti non insit; nullaque omnino corporis pars, eius forma, & perfectio quædam animæ pars non sit: statim animata sit pars illa oportet, semini adhuc inexistens. At hoc impossibile videtur. Omne enim animatum ex semine: feminis igitur semen sit; & sic in infinitum. Quod igitur partes generat; nec animali inexistere, eiusque pars esse videri potest; nec extremum quid esse. At forte horum quid non simpliciter dictum est. Non scilicet vndequaquam, verum est, ab externo fieri non posse: nam est ut possit. Externum videlicet nullum, nullo medio, nulloq. organo usum efficere quid potest: at organo usum potest. Generans itaque, seu semen dicas, seu patrem, nihil refert, quatenus motum in se ipso habet, què ille mouet. Eo scilicet modo à non contingente patre, menstruus sanguis in utero mouetur; quo lignæ imagines, quæ sponte moueri videntur. Prima enim earum à contingente mota, vel recedente illo reliquæ ex ordine mouentur; facultate nimirum primæ illi indita, qua reliquas moueat, facultate ut moueri possint præditas: & cum prima mouetur, statim alia actu mobiles fiunt. Sic & pater nil menstruum sanguinem contingens, motu, quem semini indidit, mouet illum. Veluti igitur in spontaneis illis quodammodo id mouet, quod nihil tunc tangit, sed ante tetigit; sic id, quod semen efficit, mouet cum aliquid tetigerit, quamuis adhuc non tangit: & motus, qui inest, veluti ars, quæ ab ipsa fiunt, mouet. Non scilicet contingens artitex, quæ efficit,

cit, facit, sed motum organo indens. Pater igitur (inquit) aliquid esse, quod efficit, sed non ita, ut hoc quicquam; nec perfectum id inexistere.

FOETVM AB ANIMA MASCVLINO SEMINI INEXISTENTE constitui non posse. Cap. XXXVIII.



RECTE quidem Aristoteles, entia nulla, quæ nec ipsa, nec ipsorum actiones attingunt, immutare, itaque & entia nulla, à quibus nihil continguntur, immutari posse, enunciat; & ut illa agant, hæc patiantur, sibi ipsis perpetuo cõtigua fieri non oportere, sed satis esse decernit; si illorum vis, actioque ad hæc deferatur. Nam ignis, quæ nihil ipse, neq. ipsius attingit vires, nihil profus immutat: at uel longè amota quæ sunt, sed in quæ propriam effundant actionem, in ignem agit omnia. Rectè igitur foetus, animæque generatio nem, & foetus omnino constitutionem explicasse Aristoteles uideri poterit, si semini animam ipsa actu, perfectamque, & cuiusmodi ipsi inest patri, inditam esse declarat. Nam quæ non contactu, sed medio, organoque agunt, si ei præsertim non assidue adhereant, sed confecto organo recedunt, ibi tantum sui simile constituunt; ubi organum itidem, mediumque, quo contingunt, & quo agunt, actu, perfectumque, & sui omnino simile effecerint. Id dum potentia remanet; quam longissime abest, externum agens eius ut opera actu quid constituat. Si quidem non verè externi agentis est actio, quod nimirum non contingit, sed contingentis organi, mediæque. Id porro ut actu quid faciat, quod ipsum potentia est, fieri omnino non posse Peripatetici in primis contēdunt. At actu, & perfectam animam semini inesse summè quidem id volens, expetensque, nusquam (ut visum est) affirmare audeat Aristoteles; quin contrarium passim, aperteque enunciat. Nulla, inquit, animæ pars, quæ alicui corporis parti non insit. At partem hanc, animatam videlicet, & animal constituendi vi præditam semini inesse impossibile omnino. Animatum enim omne ex semine, inquit: semen igitur antè semen, & sic in infinitum. Et haud ita multo post, Pater, inquit, aliquid semini inesse, quod efficit; sed non ita, ut hoc quicquam, nec perfectum id existere. Et paulò post, De Anima, inquit, quemadmodum eam conceptus, & genitura habeant, & quemadmodum non habeant, de finitum iam est. Potentia enim habent, actu verò non habent. Et paucis interiectis, Ars, inquit, principium, formaque, eius, quod efficitur, sed in alio; motus autem naturæ in ipso est, ab altera perfectus natura, quæ actu obtinet formam. Sed habeat ne semen animam nec ne, ratio eadem, atque de partibus reddenda est. Nec enim alia vlla esse potest in alio, nisi in eo, cuius est: neque pars vlla esse potest, quæ particeps animæ nõ sit; nisi æquiuoce ut mortui oculus. Semen igitur & habere animam, & esse potentia, palam est. Sedenim huius pars nulla generationis causa est; sed quod primò extrinsecus mouit id causa est: quod scilicet vniuocum est, id generat, ut homo hominem. Nec verò ea potentia semen animam habere dixerit quis; quæ ad actum ut agatur, veluti materia opus habeat, circa quam operetur; veluti non speculans Geometer. Talis enim si semini insit, perfecta utique sit, absolutaque: veluti quiuis non operans artifex. At talis inesse Aristoteli minimè visa est, minimèq. videri potest. Quæ enim vel corporis vniuersi, vel cordis vnius forma, perfectioque semini, ut propriæ materiæ, inheret, aut insit omnino? Nec verò, si modò vllò actu, perfecta que anima semini inesse Aristoteli visa foret; externum vniuocum agens indagandum ei erat; à quo foetus anima indatur, & ipse omnino constituatur foetus. Ut pacto nullo effugere Peripatetici queant; quin ab anima potentia existente, imperfectaque, anima actu, perfecta que Aristoteli generetur: quo, neque absurdus quicquam, nec proprijs positionibus magis aduerum poni Aristoteli queat: cui scilicet (& rectè quidē) ens nullum

De animal. ge. lib. 2. c. primo.

lum quicquam agere placet; quod eius naturam, dignitatemque exuperet. Et vel lignearum imaginum exemplum admonere Aristotelem poterat; nequaquam à motu, virtuteque semini à patre indita in menstruo sanguine animam actu existentem, perfectamque generari posse. Non siquidem illarum vlla, quem à priore languentem, imperfectumque accepit motum, vehementem cum, perfectumque, sed languidiorem omnino, minusque perfectum succedenti indere videtur: vt si motu, quo pater sanguinem in semen egit, vel quo semen ipsum commouit, animam actu in eo, perfectamque ingenerare non potuit; quam longissimè abesse semen existimandum est, vt in sanguine menstruo illam generet; languidius nimirum agens in magis repugnan- te, magisque imperfecta re: vt ratione nulla à natura semini inexistente foetus consti- tui Aristoteli possit. Nec modus itaque, quo illius partes generat, formatque inspi- ciendus esset. At inspicatur tamen & ipse.

GENERATIVA ANIMA SEMINI INEXISTENS CALORE, ET frigore, vt organis, vsa è sanguine menstruo singulas foetus partes Aristoteli constituit; & cor ante alias omnes, aliarum principium. Cap. XXXIX.

De ani-
mal. ge.
lib. 2. c.
primo.



QUAE CUNQUE Aristoteles, inquit, natura, aut arte efficiuntur, vtique ab eo, quod actu, & ex eo, quod potentia tale est, fiunt. Semen igitur tale est; motumque, & principium tale habet, vt motu peracto pars quæq; existat, eademque animata. Neque enim quæ ani- ma caret animalis pars sit. Simul autem partes similes, atque orga- nice fiunt. Et veluti neq; securim, neq; instrumentum aliud vllū ab igne solo factum esse dixerimus; sic nec pudendum, nec carnem qui- dem ipsam: nam eius quoque aliquod officium est. Dura igitur, mollia, lenta, rigi- da, & quæcunque aliæ affectiones partibus animatis insunt, à calore, & frigore effi- ci possunt: at ratio, qua iam caro, aut os est, non potest; sed à motu proficiscente ab eo, quod genuit, & quod id, quod faciendum est, actu existit, efficitur; veluti quæ arte fiunt. Ferrum enim durum, aut molle à calore vel frigore fit; at verò ens à motu in- strumentorum, qui artis obtinet rationem. Et alibi; Quoniam (inquit) semen vtilis alimenti excrementum est; eo vtique mouetur motu, iuxta quem corpus augetur. Vbi itaque vterum subierit; sanguinem menstruum componit, eodèque, quo ipsum mouetur, commouet motu, minimè eo moueri ineptum: vt qui & ipse vtilis alimen- ti excrementum sit; omnesque corporis partes, & quibus etiam mares à foeminis diffe- runt, potentia habeat. Quoniam videlicet ita paratus erat sanguis, vt ex eo corporis partes omnes constituerentur, auerenturque; & id modo semen, & menstrua à san- guine differunt; quod illud magis concoctum, magisque laboratum, hæc minus. Ve- luti igitur actu illud in se partes habens omnes, hæc eas potentia existentia actu facit omnes. Itaque paulò post, Partium (inquit) secretio, non (vt quibusdam placet) fit, quod similia ad similia feruntur: quod nimirum si fiat, singula scorsum à reliquis fiât, eaque omnia simul, ossa, carnes, nerui; sed quod mensurus sanguis potentia animal est, partesque omnes potentia ei insunt, actu verò nullæ, propterea singulæ ex eo fiût; & quod actiuum & passiuum vbi coierit, eo modo actiuum agit, eoque passiuum patitur; quo illud actiuum est, & hoc passiuum; id scilicet eoque fit modo, quod & quo illud facere, hoc fieri aptum est; & statim agunt. Foemina igitur materiam præ- bet, mas verò motus principium. Veluti autem, quæ arte fiunt, organis fiunt, vel or- ganorum motu, artis videlicet actione; ars verò factorum forma in alio: sic nutritiua animæ potentia, veluti postea nutrimento auget, sic & à principio constituit calore, & frigore, vt organis vsa. In ijs. n. illius motus, & ratione quadã constituit. Ex eadẽ. n. materia è qua postea augetur, à principio etiã constituitur. Eadẽ videlicet facultas & à principio generat, & postea nutrit, robustior iã & maior facta, non alia vlla re inter se diffe-

differentes. Hæc autè generatiua, & nutritiua aia est, & animalibus, & plantis inexistit. Et nõ ita multo post, Tantus, inquit, calor spermatico excremento inest, talèq; habens motu, & actionem; quæ cõmensurata sit ad cuiuslibet partis constitutionem. Quod si su- perauerit, aut defecerit; aut peiora facit, aut manca, mutilaq;: similiter vt in ijs agitur, quæ foris igne ad cibū, aut alium ad vsū coquantur. Sed in ijs motu caloris nos mode- ramur; in illis gignentis natura accommodat. Vbi autè conceptus coierit, id fit, quod in- satis. Primum. n. principium ipsis etiã inest seminibus. Vbi verò potentia id existens se- cretū fuerit; ab eo & stipes, & radix exoritur. Sic & in conceptibus oēs quodammodo partes potentia insunt: at principiu veluti ante pedes magis, & promptius actu fieri. Cor igitur primum separatur, & actu fit. Idq; non sensu modò manifestum, sed ratio etiam ipsa declarat. Nam vbi à semine, & à menstruo sanguine secretum fuerit; ipsum se ipsum gubernet oportet, quo se nutriat, constituatque. Non igitur nutritiua modò vis, sed factiua itidem cordi insit necesse est. Signum etiam cor primum fieri, & in eo vitæ principium situm esse, id esse potest, quod vltimum moritur.

SANGVINEM MENSURVM A SVBSTANTIA SEMINI INEXI- stente in animalis partes agi non posse: nec cor primum, sed neruosum consti- tui genus; & vteri omnino calorem foetus opificem esse. Cap. XXXX.

RECTE quidem Aristoteles, quæ natura fiunt, oia à simili, taliq; actu fieri enū- ciat; & rectè itidè ita paratum esse sanguinem, vt ex eo & nutrir, & auerit, esto & à principio etiam corporis partes constitui queant oēs; & menstruum sanguinem potentia aial esse, in animal nimirū agi posse. Optimè etiam vbi actiuum, & passiuum coeunt, eo modo actiuū agere, eoq; passiuum pati asserit, quo illud actiuū est, & hoc passiuum; & id oinò, eoq; modo agi, quod, & quo illud facere, hoc fieri aptum est. Vt si semini quid inesse Aristoteles demõstret, quod actu animal sit, vel eius pars aliqua, quæ reliquas generare possit, vel naturã omnino, & vim aliquam, quæ san- guinem menstruum in animal agere queat; rectè foetus constitutio nõ semini assignasse videri possit; sin minus, non rectè. Age itaq; semini inexistentes substantias manifesta- tem illum audiamus. Inest (inquit) in oium semine quod facit, vt foecunda sint femina, quod calor vocatur: idq; nõ ignis, nõ alia talis facultas, sed spūs, qui in semine, spumo- soq; corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens ele- mento stellarū. Quamobrem ignis nullum animal generat; nec quicquam incombustis constitui videtur, siue humida fiant, siue sicca. At verò solis, & aialium calor, non mo- dò qui in semine continetur, verum etiã si quid excrementi sit, tū id quoq; principium habet vitale. Et alibi, Generantur (inquit) in terra, humoreq; aialia, & plantæ, quoniã humor in terra, spūs in humore, calor animalis in vniuerso inest: ita vt quodammodo plena animæ sint oia. Quamobrem constitunt celeriter, cum calor ille cõprehensus, siue exceptus est. Cõprehenditur autem, & humoribus corporeis incalescentibus efficitur veluti spumosa bulla. Nusquã igitur semini, vel rebus omnino alijs, è quibus animalia constituuntur, aliã inesse substantiam inueni potest Aristoteles, nisi spūm; calorem vi- delicet tenuissimo inexistente subiecto. At longè is languidissimus, qui imperfectū, in- concoctumque menstruum sanguinem, quæ eius opitex anima, tot, tantorumque viscerum vsa opera, in cõmodam vllam rem inuertere desperarat, proptereaq; vt inutilem eiecerat, in cõmodamque, non in sanguineas modò animalis agat partes, sed in neruosum, of- feumq; itidè genus omne, inq; ipsum ampliùs spūm, nunquam satis explicet Aristote- les. At non inuertendus modò (vt dictum est) mēstruus sanguis calori est semini inexi- stenti, sed è venis ad vterum pertinentibus emulgendus. Neque. n. ex eo foetus consti- tui potest, qui in vterum delapsus est; qui nimirum nullo ibi tēporis momento in gru- mum abiit; vt optimus testatur Galenus: vt facultate oinò spiritus semini inexistēs do- nandus

2. de ge.
animal.
cap. 3.

Lib. 3. de
gen. ani.
cap. 11.

nandus sit, sanguinem è venis, arterijsque exugendi. Hac verò non alia ratione donari queat, nisi qua factū videtur; proprijs videlicet & ipse venis, proprijsq. indatur arterijs, hæc; vteri venis, arterijsq. connectantur, & veluti vñ ipsi tacta ipsarum ostiola occludi prohibeant; proprijs itaq. venis, arterijsq. inexistens spūs ex vteri venis, arterijsque, quo nobis expositū est modo, sanguinem assidue attrahat, è quo è venis effluxo, & in cordis, reliquorūq. viscerum integumenta illapso, in eisq. cōpactō, & cor, & viscera reliqua cōstituantur: nec alia oīnō ratione efformari eā imaginari licet. Venas itaq., arteriasq. præexistere oportet, & ipsum ijs insidentem spūm, tum & viscerum singulorum tunicas. Nisi, n. extractus à spiritu sanguis veluti canalibus quibusdam certā, angustāq. in sedem feratur; nec singule illius portiones ea modō in loca cōstuant, in quibus, quæ ex ipsis constituenda sunt, viscera constitui oportet; nec recte etiā, certaque compingantur specie. Et neruosum oīnō primum constitui genus, sensus ipse testatur. In abortibus enim, qui haud ita multō post conceptiones fiunt, inq. ouis modicū quid à gallina calefactis, nulla dū sanguinea existente re, & inuolucra, integumenta q., qui bus & foetus vniuersus, & singula contineantur viscera, & venæ insuper, atq. arteriolæ conspicuntur. Vt dubitare liceat nulli, neruosum (vt dictum est) primum genus, eiusq. in-existentē constitui spiritum; & foetus opificem vteri oīnō calorem esse: qui, s. manifestè semen in neruosum genus, & sanguinem in viscera agit, & qui spiritus etiā ipsius seminum, qui semini inexistit, tenuiorem ab vteri calore fieri, nec dū externa ab eo seminis tenuitas in vapores agitur, & in neruos compingitur semen, internam in spiritum agi dubitare licet. Nec vero, quod animalis partes omnes summa cum ratione cōstruuntur videntur, summaque arte (qua nulla prorsus vti videtur calor, temerè vsquequaque, & effusus agens viribus) alia ab inexistente spiritu semini substantia in dēda Aristoteli fuit, quæ foetum efformantis, cōstituentisq. caloris vires moderetur. Ab vno enim, benèq. vniiformi ignis calore, vel quæ benè vniiformia apparent, in longè diuersas ageres intuito, & pulcherrimè seminis, sanguinisq. naturam cōtemplato, & ita paratum vtrumq. intuito, vt ab animalium calore in corporis partes omnes agi posset, nihil vterendum erat, ne in vtero in eas ageretur: minus etiam ne constitutæ eā in propria feruarentur natura, nihil vel ab vteri, vel à proprio calore amplius arefactæ, immutatæq.; quas, s. assidue nouo illapso succo nutrirī videret. Cōditoris tantum nostri industria suspicenda Aristoteli erat; qui talem, tantumq. animalium oīum corporibus, semina- rumq. vteris calorem, eamq. rebus externis dispositionē indidit; vt in partium singularum constitutionē, nutritionemq. ab illo agi possent. At is nihil Dei opt. max. sapientia suspiciens vsquam, substantiam ipse & corpori vniuerso, & semini indit, quæ calori, frigoriq. imperet, eorumq. actionē, vt libet, moderetur; intendat scilicet, vbi opus est: nihil vsquā ille declarans, qua ratione, quoue modo eius imperio nature illæ adeo prōptè obtēperent, & nihil inde amotæ actionem sistant, nihilq. admotæ eā intendant; de clarandum omnino. Stupidè, n. Aristoteli nature agentes, & proprias vires cohibēdi, & actionē omnino, agendiq. modum immutandi insciæ, impotentisq., nec qui illius imperio, aut voluntati obsequantur, nec, si velint, qui possint, intueri licet. Nobis quidem non alia ratione illarum uis, actioq. immutari potest: nisi vel lōgius amotis illis, vel proximioribus factis: quæ in corpora Aristoteli anima nusquam moliri posse videtur. Reliquarum porro animalis partium vltimō moritur cor; nō quod (vt Aristoteli placet) vitæ principū in eo situm sit; sed quod aialis vitæ, motusq. auctor spiritus crassissimæ eius tunica, fibrisq. longè inest plurimus, ægerrimèq. inde elabitur. Quandiu itaq. is inest, viuittque; tandiu & cor viuere videtur, assidue ab eo cōstrictum, dilatatumque. Firma certè ratio si sit, anguillis, serpentibusque in caudis vitæ principium indendum sit: quæ scilicet à reliquis corporis partibus abscissæ, & demortuis iam ijs, penitusque immobilibus factis, viuere, moueri que videntur.

BERNARD

BERNARDINI TELESII
CONSENTINI
DE RERVM NATVRA IVXTA
PROPRIA PRINCIPIA

LIBER SEPTIMVS.

IN QVIRENDVM ESSE QVOMODO ANIMA SENTIT, ET
quomodo intelligit, & quomodo bona, vel praua sit. Cap. I.



ANIMAL ex anima, & corpore, vt è distinctis, diuersisque rebus constare, & animal, quantum ad animam è semine educatū pertinet, spūm esse corpori, vt proprio tegumento, proprioq. inclusum organo, satis (vt exisumo) in superioribus declaratū est commentarijs: & vtriusq. itidem generatio manifestata est. Spiritus modō passiones, operationesq. aperiente essent; modus scilicet, quo rerum, quæ vniuersæ, externa nimirum spectie, internisq. viribus in spiritum agunt, spectiem, naturamq., & motus percipit, quod sentire dicitur: tum & quo caris, quæ vel externa modo spectie, vel internis modō viribus spiritui innotuere, quod ignotum est percipit, quod intelligere dicitur: postremo & modus, quo ab ijs, quæ sentit, & quæ intelligit cupiditatibus, odijsue, & alijs huiusmodi afficitur passionibus, & iuxta eas ad operationes commouetur, quæ & ipsæ bonæ, prauæque, & virtutum, & vitiorumue, & prout has, vel illas operatur, bonus & ipse, prauusue, & virtutibus donatus, vitiosusue dicitur; & mensura insuper, qua recte vt operetur, probusque vt sit, vel fiat, afficiendus est, commouendusque spiritus; summè omnia inquiri dignissima, & quibus, si liceat, explicatis, labori huic finis imponi possit.

QVÆ, ET QVOMODO SENTIT SPIRITVS, ET QVID
sit sensus. Cap. II.



QVONIAM presentes modō, vigentesque, eas nimirum modō caloris, & frigoris vires, quæ ad spiritum peruenire queant quauis cōtactum carne, neruis inclusum quibusuis, externa insuperficie vniuersa, at clarius certè in molliore ea, gracillioreue, in ea scilicet, à qua dictarum naturarum actiones minus reiciantur, minusque rotundantur, percipit spiritus: remotas illas, & quæ ad spiritum nō perueniant, nusquam prorsus: languētes verò (cuiusmodi quæ cibus inesse videntur) non nisi lingua, laxissimæ nimirum carni, mollissimisq. neruis, rebus omnino ille inexistens; quas permeent ille, exuperentque, itaq. ijs in existentem attingant spiritum: languidiores adhuc (cuiusmodi, quæ aeri, luci, insunt, existunt) in cerebri modō ventriculis, inque humoribus oculo in existentibus; ijs scilicet in locis, ad quæ non aeris modo, lucisque viribus, sed aeri ipsi, ipsique luci patens facta est via; in quibus omnino aer ipse, & ipsa lux spiritum ipsum attingat nulla cōtactum carne, cute nulla; itaque & aeris, & lucis vires integræ, nihilq. ab intermedijs rebus reiectæ ipsunt cōtingant spiritum: & violentas aeris impulsiones externa in cute vniuersa, at languentes

guentes eas in auribus modò, quin in cerebri modò percipit ventriculis, ibi nimirum, quo (vt suo iam amplius explicabitur loco) facilis illa & robustiores perueniant; & vbi comodius inexistenti communicentur spiritui: quoniam omnino eas modò rerum actiones, acrisque impulsiones, ijsq. in paribus percipit spiritus, quæ ad ipsum ijs inexistem perueniant; & quæ ipsum nihil attingunt, nihil eas sentit vsquã; & quæ rerum vires moderatæ, blandæq. sunt, mirifica spiritum afficiunt voluptate; cedentq. aucte, robustioresq., aut proximiores factæ summo cum dolore, & cum malo etiam summo spiritui percipiuntur: vtique manifestum est, propterea rerum vires, actionesque, & aeris impulsiones spiritum sentire; quod ipse ab ijs patitur, immuteturque, & commouetur spiritus. Summè nimirum is tenuis nequaquam, quæ carnes, neruosque, à quibus obtegatur, subiere, itaque ipsum corripuere spiritum vires, non ipse ab ijs oppugnetur, & in amplius, angustiusque agatur, non patitur omnino quid, & quid immutetur, & summè viuus (id quod vel entibus, quæ demortua apparent datum videtur) quas patitur passiones, & quibus immutatur immutationibus non percipiat eas, sentiatque; & summè insuper mobilis, ab impulsione quauis ad motum non agatur; & quo ab alijs commouetur motu, eo se moueri non sentiat. Rerum porro, quæ in spiritum agunt, & non quidem in aliud ipsum agunt ens, sed eius naturam oppugnant, & dispositionem immutant, & quæ nouos agunt ad motus, cum sit sensus; ibi omnino is cum fiat, vbi externarum rerum actiones, impulsionesque spiritum attingunt, immutantque, & commouent: vtique vel illarum actio, impulsioque, vel spiritus passio, commotioque, vel illarum, harumque perceptio sensus sit oportet. At actio, impulsioque videri non potest: quæ scilicet non spiritus est, sed naturarum, quæ spiritum subiere, & spiritum oppugnant, rerumque, quæ cum impellunt, commouentque. Minus etiam passio ipsa, ipsaque immutatio, nec motus ipse. Manifestè enim aliud à sensu passio est, immutatio interdum fit, & motus. Nam quæ dubio procul assidue in spiritu fit immutatio, & à qua ad corruptionem tandem agitur, & alia multæ, & benè ex magna, & à quibus statim exitio spiritus detur, nullo interdum fiunt cum sensu: nec motus, quibus assidue in cerebri ventriculis, tuniçisque, & in arterijs, vasisque omnibus, multis omnino in corporis partibus assidue mouetur, moueri ijs se sentit spiritus. Superest itaque vt rerum actionum, acrisque impulsio, & propriarum passionum, propriarumque immutationum, & propriorum motuum perceptio sensus sit; & horum magis. Propterea enim illas percipit; quod ab illis patitur, immutaturque, & commoueri percipit. Et sensus quidem omnis huiusmodi esse, & dicto modo fieri videtur omnis. Quoniam verò diuersarum est rerum, diuersisque in corporis partibus, & diuerso fit modo, quarum singuli sint, & quomodo singuli fiant, separatim, distincteq. inquirendum videtur. At prius (quoniam non, quo nobis modo, Aristoteli itidem sensus fieri videtur) illius vniuersalis de sensu, sentiendique modo sententia exponenda est, examinandaque. Nam si non vt illi, sed vt nobis, sensus fieri visus sit, multò certè promptius quomodo singuli fiant explicetur, admittaturque. Et quoniam insuper summa in rerum sensu voluptate, vel molestia afficitur spiritus, quia sensus omnino quidam spiritus afficitur, inspiciendum itidem est, & prius omnino.

Quod si non vt illi, sed vt nobis, sensus fieri visus sit, multò certè promptius quomodo singuli fiant explicetur, admittaturque. Et quoniam insuper summa in rerum sensu voluptate, vel molestia afficitur spiritus, quia sensus omnino quidam spiritus afficitur, inspiciendum itidem est, & prius omnino.

QVID SIT VOLVPTAS, ET QVID DOLOR; ET CVR, QVOVE modo ab ijs, quæ sentit, ille cum alio afficitur spiritus. Cap. III.



QUONIAM vel osium consensu, & sensus ipsius testimonio, voluptas sensus est blandus, iucundi sq., & qui spm summopere oblectat, & veluti excitat, viuificatq., dolor contra tristis, molestusq., & qui spm diuexat, & veluti deicit, prostermitq.; & manifestè modò dolor spiritui inferunt, quæ præpotentibus, cõtrarijsq. donata viribus corpus, inexistemq. spm à propria natura, propriaq. dimouent dispositione, corrumpunt nimirum; ea contra voluptate afficiunt, quæ similibus, cognatisq. donata viribus corpus, inexistemq. spm fouent, & veluti viuificant, & à propria natura, propriaq. dimouent dispositione ijs vtrûq. restitunt, itaq. conseruant; & voluptatè, quam sensuum actio spiritui affert, non alia ratione affert, nisi quod (vt alibi amplius declaratum est, & iam in declarabitur) spm ad motum, ad propriam. f. agit operationem; nam motum propriam esse spiritus operationem, & nihil fortè ab ea minus, quàm à propria natura spm conseruari, suo satis declaratum est loco: liquido vtique patet voluptatè conseruationis, dolorem contra corruptionis, destructionisq. sensum esse. Nisi id fortè obiter, quod in eborum assumptione, & in seminis emissionem percipitur voluptas, magno interdum percipitur cum malo; & multa dolorem simul, summamq. inferunt bonum. At nullo id reijci potest negotio. Non. f. qui assumuntur cibi, & quod emittitur semen, propterea oblectant, quod lingua illi, & hoc vasis, è quibus exiit, inexistem spm commouet; sed illi quidem, quod copiosiores, vel robustiores sunt, quàm qui à ventriculi calore exuperari, & probum in succum agi possint, proindeq. spm ventriculo, dum in eo retinentur, tum præuam acti in succum venis in existem diuexant, corrumpuntq.; hoc verò, quod plus iusto emissio magno spm labore reficiendum est; & amplius etiam, quod ipse etiam cum eo emittitur, itaq. & imminuitur spm. Et quæ dolorem faciunt, non quod dolorifica sunt bonum spiritui afferunt, sed quod quæ spm oblectabant, reijciunt; idq. non nisi cum aliquo spm incommodo, maloq. etiam fieri interdum potest. Vt (quod dictum est) ambigere non liceat, quin voluptas conseruationis, dolor destructionis sensus sit. Huiusmodi porro sensus voluptas cum sit, & dolor; eaq. modò spm sentiat, & à quibus nouas ad operationes, nouosq. agitur ad motus: vtique, ab ijs, quæ sentit, vel voluptate afficiatur, vel dolore oportet. Siquidè externe, quæ corpus subeunt, & spiritum attingunt vires, vel eius nature similes, cognatæq., vel dissimiles, cõtrariæq. sint oportet; itaq. spiritum vel foueant, conseruentque, vel oblectant, & ad corruptionem agant, vel voluptate scilicet, vel dolore afficiant oportet.

MODVM, QVO AB IIS, QUAE SENTIT SPIRITVS VOLVPTATE AFFICIATUR, diligentius inquirendum, & quibus conspiciendus est in rebus. Cap. III.



QUONIAM verò non ibi modò, eaq. rerum actiones spiritum oblectant, quæ alienis cum viribus, & à quibus propria eius natura oppugnatur, & dispositio immutatur, exoluunt, liberantque, à quibus nimirum propria spiritum natura, propriaque dispositioni restitui existimare licet; sed vbi nulla is afficitur molestia, nihilq. immutata est eius dispositio, quin ibi, ijsque oblectatur à rebus; vbi, & à quibus oppugnatur, & à propria dimouetur dispositione, in amplius scilicet, angustiusque, & magis etiam, à quibus in vtrumq. simul agitur; vt cibi declarant è dulcibus, acidisq. compositi rebus: vtique, modus inquirendus, quo nulla hæc molestia, sed mirifica spiritum afficiunt voluptate, nimirum, (quod dictum est) ad quampiam operationem, & quempiam agant ad motum; & num spiritus eo oblectetur. Quoniam enim alienis à naturis oppugnatur, non voluptate, sed dolore afficitur spiritus; & voluptas,

quæ à reditu ad naturam non sit, à propria ea operatione fieri visa est: & res alia, à qua fieri queat, nec antiquiorum conspecta est vlli, nec intelligi prorsus potest, ibi modo spiritum oblectari intelligentibus, vbi propriæ naturæ restituitur, vel in ea seruetur: utiq; quæ spiritum oblectant, & nihil propriæ cum naturæ, propriæq; restituant dispositioni, quin ab ijs dimouent quid, ad propriam ab ijs operationem eum agi existimandum necessariò est. Id porò non alijs in rebus, sed in spiritus natura, atq; operatione, tum & in rerû, quibus voluptate afficitur, viribus, actionibusque, & ijs in spiritus passionibus, immutationibusque, quæ ab illis fiunt, intuendum est. Fortè enim quibus à rerum actionibus patitur spūs, immutaturq; ad quampiam ab ijs operationem, & motum ad quempiam agi appareat. Itaq; illè oēs veluti ante oculos ponendæ sunt. Et summo opere antiquiores mirari licet; qui non & ipsi idem, & multò etiã, quàm nos, fecerint diligentius: quibus nimirum, veluti & nobis, à rebus, quas sentit, pati aiam, & magis, quàm nobis, animæ voluptatem omnem, vel eius operationem esse, vel eam consequi, ibi nimirum modò voluptate animam affici, vbi iuxta propriam operetur naturam, visum est, positumq;: itaq; à quibus patitur, immutaturque, ad propriam ab ijs operationem ipsam agi, placitū itidem est, positumque. Quibus igitur modum, quo in rerum sensu oblectatur anima, modum. s. inquiruntibus, quo, à quibus patitur, & dum patitur, voluptate ab ijs afficiatur, modus omninò, quo dū ab ijs patitur, ad propriam agatur operationem, inueniendus, & apertissimè explicandus erat. Nò (quod factum ijs est) id modò enuntiandum, propterea nimirum rerum sensu animam oblectari, quòd sensus animæ propriæ operatio sit: nusquam præfertim (vt videtur) nec sentientis animæ substantia, nec eius operatione, nec rerû, quæ sentiuntur, viribus, actionibusque, nec quas illa ab his patitur, passionibus, ijs. s. rebus nusquam satis manifestatis; quibus non rectè inspectis, & veluti ante oculos positis, & modus, quo ab ijs, quæ sentit, & quibus propriæ naturæ restitui anima non videtur, voluptate ab ijs afficiatur, intelligi minimè queat. Age itaque dicis in rebus, num spiritus ab ijs, quæ sentit, & à quibus patitur, immutaturque, dum patitur, immutaturque, ad propriam itidem operationem, ad motum nimirum agatur, intueamur.

IN RERVM SENSU, A QVIBVS PROPRIÆ NATVRÆ NON restituitur spiritus, propterea voluptate eum affici; quòd dum ab ijs patitur, immutaturque ad motum, ad propriam scilicet agitur operationem. Cap. V.



SPIRITUM, substantiam nimirum logè tenuissimã, & calore, si eius robur spectetur, benè magno, at qui, quòd tenuissimo in est subiecto, summè exilis sit, summèq; langueat, præditam, in cerebri ventriculis vt in principe sede, tum & in neruoso genere vniuerso contineri, & animalium animæ è semine educæ substantiam esse; & sensum, qui in aiali sit, motumq;, & voluptatē, quæ illos consequitur, doloremq; ipsius esse oēm; & mobilem sui natura, motum. s. propriam ipsius esse operationem, summo opere, eo oblectari, seruariq;: huiusmodi nimirum spiritum esse, vt vel à languidissimis agentium naturarum viribus pati queat, immutariq;, & vt quiduis commotus summa afficiatur voluptate, & naturarum, quas sentit, id esse ingenium, ac vim, vt rerû, quas subeunt, naturam statim oppugnent, & dispositionem simul in amplius, angustiusue agant, aliud nihil immurent, nec immutare queant; quoniam satis oia in superioribus declarata sunt commentarijs, nequaquam amplius declaranda; ac tantum, quòd ijs rectè inspectis, quòd inquiritur manifestum sit, in memoriam ea (quòd factum videtur) reuocanda. Huiusmodi porò spiritus natura, & huiusmodi rerum, quæ sentiuntur, vites cum sint, actionesque; easque rerum naturas cum sentiat modo spiritus, à quibus patitur, immutaturque: utiq; ab ijs, quæ sentit, in amplius, angustiusue agatur oportet. Et id omninò tantum ab ijs, quæ sentit, pati spiritum

ritum, & quæ gustantur, & quæ continguntur declarant omnia. Manifestè enim ab acerbis, austerisque rebus linguam, se ipsum scilicet linguæ inexistentem constringi, & in angustum cogi sentit spiritus, à dulcibus contra, pinguisque fundi, inq; amplius agi; & eareus omninò (vt suo amplius explicabitur loco) rerum sapores, proprias. s. rerum actiones ille percipit, quatenus dilatare se ab ijs, constringique percipit; à quibus neutrum patitur, insipidæ eæ videntur omnes. Ab ijs itidem, quæ continguntur, si paulò robustioribus præditæ sint viribus, in quibus continguntur partibus dilatari, fundiq;, vel constringi, & in angustum agi se manifestè sentit spūs; & quæ horû neutrum agunt, nullum prorsus sui faciunt sensum: vt qui spiritui ab agentibus naturis passò sit sensus, quin is non alterius rei vilius, sed sui ipsius dilatationis, constringitionisq; sit, ambigere non liceat. Quoniã igitur ab ijs, quæ sentit, quòd ab oibus patitur, dilatetur, constringatur ab oibus spūs oportet; & dum horum alterum patitur, commouetur omninò quid necesse est (qui. n. nihil commotus in amplius, angustiusue agatur,) utiq; à rebus, quas sentit, pati simul, & ad motum, ad propriam videlicet agi videtur operationem. Itaq; à quibus patitur, dilatatur scilicet, constringiturq;, propterea voluptate spūs afficitur; quòd ad propriam ab ijs operationem, ad motum nimirum agitur. Et propterea omninò in rerum sensu, à quibus propriæ naturæ restitui videri non potest, voluptate spūs affici, quòd commouetur, voluptas declarat, qua mirifica in sonorum perceptione afficitur. Siquidem sonos nò aliud esse, nisi aeris motus ad spiritum delatos, & spiritui comunicatos, & antiquioribus visum est, placitumq; omnibus, & suo nobis apertissimè declarabitur loco. Quæ porò non à reditu ad naturã, sed à propria operatione spiritui sit voluptas, diuersis ab operationibus, aut diuersis modis fieri, aut diuersa omninò esse non potest: siquidem substantiæ vnus vnã est operatio. Nec propterea à rebus, quas sentit, voluptate affectus, quòd ab ijs in amplius, angustiusue agatur, à quibus id patitur, voluptate ab oibus, quin summa à quibusdam afficitur molestia; quòd nimirum vt dilatatus, cōstrictusq; voluptate afficiatur, id modò dilatandus est, constringendusue; vt commoueri se, non (quòd ab immoderatis rerû viribus patitur spiritus) à propria etiam natura, propriaq; dispositione dimoueri, ad corruptionem. s. agi se sentiat. Id. n. vbi sit; vbi videlicet non commotionis modò, sed immutationis, corruptionisq; sensus, & amplius is spiritui sit; summo is dolore, summaq; afficitur molestia. Itaq; graues cibi oēs, molestiq;, qui nihil spiritus naturam oppugnare, at eius modò dispositionem plus iusto immutare, immoderare. s. in amplius, angustiusue agere videntur; pinguis nimirum, acerbisq;: suauissimi contra, qui blandè illorum alterum agunt, dulces nimirum, acidisq;, eòq; amplius simul commisti. Nam vbi alter modò agit; itaq; vel dilatatur, vel constringitur modò spiritus; id dilatatur, constringiturq;, quòd ab altero dilatari, constringiq; potest, nihil vterius, aut modicū quid dilatatus, constrictusue; nulla is amplius, aut modica voluptate, quin molestia quadam, quodam certè afficitur fastidio, iam diu à propria dimotus dispositione, & nullo amplius commotus motu: at voluptate summa, si simul illi, & quadam agant ratione. Siquidem assidue quòd ab altero constrictum est, id ab altero dilatatum, magis commouetur, & minus à propria dimouetur dispositione; & quòd assidue ab ea recedit, assidue itidem ad eam redit. Et voluptatem nullam, nullamque spiritui molestiam cibi inferunt, qui iidem, quibus ipse, & lingua, vel proximis donati sunt viribus: itaque insipidi videntur, dicunturque; quòd nihil linguam, eiq; inexistentem spiritum dilatantes, constringentesue, nullo cum commouent motu. Et ciborum quorumuis seminis si non cuiusuis, at eius certè contactus amplius spiritum oblectat, quòd bene concoctum est, benèq; mordax factum plurimò nimirum, benèq; eò calido refectum spiritu. Vt. n. non aptioribus id, neq; alijs omninò, quàm cibi quidam, & quædam vina spiritum blandè commouendi donatum sit viribus, at maiorem fortè eius portionem proximius certè, quem commouet,

AA 2 attingit;

attingit. Nam minus concoctum quod est, cuiusmodi & foeminarum, & eorum omnium, qui frigidum sortiti sunt corpus, existit, quod languido donatum est calore, itaque modicum quid spiritum commouet, exili cum voluptate, penè & nullo elabatur eum sensu. Quin acibus, mordacibusque vaporibus in partibus ingentis, quod ijs in-existent spiritus ab inhaerentibus illis, & diu, assidueque agentibus mordetur, & veluti eroditur, eodem, quo & vasis semine turgentibus, stimulo, eodemque exagitur pruritu: & partibus conficatis, summa, & eadem penè, qua in seminis emissionem, voluptate afficitur, siquidem eodem & in his modo, quo & in vasis, è quibus elabatur semen, à præter labentibus vaporibus commouetur spiritus. At vnde digressi sumus, redeamus, & vniuersalem Aristotelis de sensu sententiam explicemus.

QUALIS SIT ANIMA SENSITIVA, ET QUOMODO
Aristoteli sentiat. Cap. VI.

3. de anima
11. 52. et
169.

SENSUS (inquit) potentia est: non enim semper sentit, sed sensibilibus opus habet, à quibus motus, & ad actum actus, fiat actu sensus. Quoniam vero omne, quod ad actum agit, tale est ipsum potentia; & ab eo agitur quod tale est actu: sensitivum igitur potentia est, quale sensibile actu; & priusquam à sensibili passum est, dissimile, passum vero simile. At pati sensum à sensibilibus non proprie dictum intelligas: non siquidem corrumpitur sensus potentia, dum fit actu, sed perficitur potius. Fit autem similis sensibilibus, ipsorum formas absque materia suscipiens; veluti cera annulli formam absque auro, sic & visus ab habente colorem, colorem tantum absque materia: nec tamen ipsorum fit veluti materia. Stupida siquidem materia nec sentit, nec iudicare potest. Sensus verò sensibilia & sentit, & iudicat. Nihil scilicet anima modo villo percipere Aristoteli visa est vsquam, nisi quæ ipsi induntur, & quæ ipsa fit. Et modum itaque, quo intelligit, edocens, ea itidem intelligere statuit, quæ ipsa fit; itaque que sentit, potentia esse omnia; vt que ea sentiat actu ea facienda esse, eorum scilicet formas suscipiendi facultate donata esse, & suscipere omnino eas, eaque fieri ipsa, vbi in ipsam ea agunt. Pati igitur anima ab ijs, quæ sentit, visa est Aristoteli, at nihil eam tamen ab illis corrumpi vnquam, quin perfici magis, summa ab illis voluptate affectam intuito: id seorsum ab alijs entibus euenire animæ sensitivæ visum illi est, vt rerum formas omnium suscipiat, nihil ab illarum vlla corrupta vnquam, nec à propria dimota natura, nec illarum vllius prorsus materia facta. Idque inde colligit; quod non materiæ more, nullo illas cum sensu, nulloque suscipit cum iudicio; sed suscipere se eas sentit, iudicatque; vt in propria permanens natura alia fieri possit. Simul igitur & pati à sensibilibus. (siquidem quod potentia est actu fit) & perfici, quod quæ fieri potest, & quæ potentia est, ea fit omnia, nihil à propria dimota natura.

ANIMAM NON QUOMODO ARISTOTELI PLACET
sentire. Cap. VII.

N

ON temere quidem, nullaque ratione, quæ sentit, queque intelligit anima eorum formas suscipere, & ea quodammodo fieri Aristoteli videtur. Quæ enim nullo modo ipsi insunt, nec ad ipsam delata sunt vnquam; ea vt percipiat pacto nullo fieri potest. Quæ igitur animæ sentiendæ, percipiendæque sunt; necessariò eorum naturæ, substantiæque aliquo modo animæ indenda, at non eousque; tamen, vt ea ipsa fiat. Non siquidem vt ignis naturam, viresque sentiat spiritus, ignis natura penitus assumen-

assumenda est, ignisque ipse faciendus; sed vel modicum quid ab eo calefactus, dilatatusque, calefaciendi cum, dilatandi facultate præditum optimè sentit. Rectè igitur Aristoteles rerum formas, quæ nullo modo, nullaque ratione animæ insunt, nulla eas ratione ab anima percipi posse intuitus, non rectè quas sentit, verè animam eas suscipere, easque ipsam fieri statuit; quas scilicet vel modicum quid ab eis passa, & modicum quid immutata penitus sentit, percipitque. Rectè itidem ab ijs, quæ sentit, anima perfici videtur; summa ab eorum multis voluptate affecta. Quin & modus interdum, quo ab ijs perficitur, conspectus Aristoteli videri potest: & si quidem sui ipsius, propriarumque positionum memori diligentius inspectus is foret, conspectus (reor) tandem foret. Quoniam verò non propriæ animæ substantiæ conseruationem, perfectionemque, sed propriam operationem voluptas Aristoteli consequitur, summa in quorumdam sensu voluptate animam affici, & ab exuperantibus sensilium formis, ab ijs nimirum, quæ penitus susceptæ sunt, penitus destrui, penitusque corrumpi intuito; nequaquam à sensibilibus perfici, quod eorum formas suscipiat, eaque ipsa fiat, sed quod ab ijs ad propriam agatur operationem, existimandum illi omnino fuit. Et nulla quidem ratione sensus Aristoteli impugnandus erat vllus, summè eos inculcanti, qui sensu post habito rationem insequantur: at multò certè minus manifestas, qui est, obscura ratione, languidaque, & quæ proprijs etiam positionibus aduersetur, reijciendus fuit. Ab exuperantibus nimirum sensilium formis, ab ijs videlicet, quæ penitus eam occuparunt, penitusque ab ea susceptæ sunt (neque enim robustissime quæ sunt, at quas vel è longinquo, vel breui agentes reijcit anima, sed vel languidissime, at quæ penitus eam subeunt, occupantque, quæ omnino penitus ab ea suscipiuntur, exuperantes Aristoteli videri, poniq. debent) corrumpi animam intuitu, enuntiarique, quin ab omnibus, quæ eam occupent, corrumpitur, atque exitio detur, dubitare non licuit. Itaque si à quibusdam commota tantum, affectaque illa appareat, non & corrupta itidem; non penitus animæ susceptæ ea videre debuere, veluti neque alijs entibus naturæ; à quibus immutata ea quid, at non penitus corrupta sunt, inque alia acta entia. Nec verò non entium reliquorum more externis susceptis formis animam corrumpi statuat; quod reliqua quidem entia non puras, sinceræque, sed cum materia omnes, & nullo cum sensu, anima verò formas nulla cum materia, & cum sensu suscipit, iudicioque: nihil enim sensul, propriisque etiam positionibus magis aduersum proferre Aristoteles queat. Vel oculis scilicet ipsis intueri licet, quæ externis ab agentibus entia in quæuis induntur formæ, nulla eas cum materia, sed puras, nudasque, indi: quæ scilicet non entis, cui præinexistunt, commitione, contactuque, sed nudis modo eius viribus, actioneque, & eodem prorsus agentibus modo, quo & in sensoria, ipsamque agunt in animam. Tum ne formæ quidem ipsæ externo ab agente immitti Aristoteli videntur, sed singulæ è propriæ materiæ sinu educi: vt nec ipsæ quidem suscipi; nec materiam vllam secum asferre videri possint. Ipse itidem sensus, & propriæ itidem positiones Aristoteli manifestare potuere, quæ patiuntur entia quodam cum sensu pati. Nam & mutuo sese exhorre, aufegereque entia intueri poterat; & calorem frigoris aduentu sese colligere, introque agere, & è contra, conspectum Aristoteli est, positumque: quibus igitur, velit, nolit, sensum attribuat necesse est. Quid enim quas non sentit vires ens, eas reformidet, viterque vllum è quod igitur dictum est, nequaquam à sensilium formis animam perfici Aristoteli existimandum fuit, quod eas ipsa suscipiat, eaque actu ipsa fiat; sed quod ad propriam ab ijs agitur operationem. Nec verò conspectum id, positumque Aristoteli dixerint: formarum enim susceptionem, earumque cognitionem, sensumque propriam esse anima operationem visam ei esse, positamque. Manifestè enim animæ substantiam eo propemodum modo à susceptis formis perfici Aristoteli placet, quo tabella, in qua figura multa depingi queant, si in ea describantur omnes, perficiatur; passa nimirum

a sensibus, non operationem ipsa operata vllam: & sensum (vt visum est) sensibus similem fieri statuit, passum ab ijs, immutatumque. Passio porro cum Aristoteli sic sensus, vel per passionem saltem fiat, immutationemque, & summè eam dolorificam interdum, & quæ exitum etiam inferat; qui operatio itidem, quæ & voluptatē, & robur operanti animæ Aristoteli etiam indit, & quæ à proprio animæ ingenio fluat, poni possit, nusquam Aristoteles explicet. Nobis id obijci non potest. Nam si quoniam externis à rebus aliud nihil pati anima potest, nisi constringi, dilatarive, itaque quibus à rebus patitur, ab ijsdem & ad motum, ad propriam nimirum illa agitur operationem; nequaquam tamen (quod Aristoteli fiat necesse est) si formarum susceptio, cognitioque, & sensus propria animæ operatio ponatur, vel passio ipsa, vel eius perceptio animæ operatio posita est vnquam. Age vero, quoniam non quomodo Aristoteli placet, sentit anima, seorsum eorum natura, actioque, quæ vniuerso in corpore, & quæ certis eius in partibus percipiuntur, quæ, propterea quòd in eis solis quædam sentiuntur, sensoria dicuntur, explicentur.

NON EA TANTVM, QVÆ VNIVERSO IN CORPORE PER-
cipiuntur, ab anima contingente, contactaque, & tactu omnino percipi,
sed magis etiam, quæ in lingua, naribus, oculisque sentiuntur; &
sensus omnino omnes, vno auditu excepto, tactus esse.

Cap. VIII.



QVÆ vniuerso in corpore sentiuntur, propterea quòd ibi sensum modò faciant, vbi continguntur, continguntque, tactilia ab antiquioribus dicta sunt, & animæ portio, seu facultas, quæ illa sentit, tactus; quæ verò in lingua percipiuntur, saporis, & animæ facultas, quæ eos percipit, gustus; quæ in naribus, odores, & quæ eos sentit, odoratus, olfactusque; & visus, quæ lucem, coloresque in oculis intuetur; auditus, quæ sonos in auribus percipit. Rectè quidem; diuersarum. n. rerum vires, actionesque, & quæ non eadem in parte, nec modo eodem percipi videntur, proprijs singulæ vocibus appellandæ sunt: at non rectè iidem, quæ ab vna, eademque anima, & vna, eademque eius facultate, & vno insuper percipiuntur modo, pluribus ea animæ viribus, & modis itidem pluribus percipi, & gustum, olfactumque, & visum à tactu diuersum posuere; qui non tactus modò sunt omnes, sed multò etiam, quàm qui tactus dicitur, exquisitiores. Non scilicet ea modò, quæ vniuerso in corpore percipiuntur, & quæ tactilia (vt dictum est) dicuntur, propterea percipiuntur, quòd eorum actio, & vis, substantiaque spiritum contingit; sed magis quæ in lingua, & multò etiam magis, quæ per nares, & quæ in oculis percipiuntur. Vnus sonus, commotus nimirum aër ad spiritum non defertur, eumque non contingit, sed quo dictum est modo impellit: quæ sentiuntur reliqua, non alio modo spiritum immutant, nec immutare possunt, nisi contingentia illum. Vt non gustus modò, qui antiquioribus itidem tactus visus est, manifestè ciborum contactu fieri visus, sed multò odoratus amplius, visusque tactus poni debeat. Quoniam verò quæ linguæ apposta in existentem spiritum contingunt, immutantque, & commouent, alijs corporis partibus indita, infixaque nihil ad spiritum illis in existentem perueniunt; & lux itidem, atque aër, quantumuis reliquis corporis partibus vniantur, spiritum tamen non attingunt, nisi per oculorum tunicas, perque nares ad eum deferantur; & diuersæ ciborum, lucisque, & inspirati aeris sunt vires, naturaque: seorsum omnino ciborum, lucisque, atque aeris contactus, perceptionesque inspiciendæ sunt. Liceat verò vtitatis singulas vocibus, eorum nimirum, quæ vniuerso in corpore percipiuntur, contactum, sensumque, tactum

etiam, eorum, quæ in lingua, gustum, eorum, quæ per nares, odoratum, eorum verò quæ in oculis, visum appellare.

QVÆ VNIVERSO IN CORPORE SENTIUNTUR.

Cap. VIII.



QVÆ tenuissimus spiritus (vt in superioribus expositum est commentarijs) & à calore quouis, & quouis à frigore educi, destrui, extinguiue aptus, vel imò in corpore recondendus videri poterat, vel externa eius superficies summè duranda. At horum alterum factum si foret, statim animal corrumpatur. Nihil enim partium, externarum præsertim, quæ alienarum rerum actioni expositæ sunt, passiones & ipse patiens, nihilque eas sentiens, nihil ea, à quibus illæ hauri, declinet: corrumpantur itaque illæ, & ipse itidem paulò post pereat spiritus. Neque enim integumento spoliatus spiritus, & veluti carcere ad aperto ambientis sustineat vires, aut non ipse statim euolet. Corpori igitur vniuerso, & externæ imprimis eius superficie indendus fuit; & molles quidem partes internæ omnes faciendæ; quæ scilicet ab externis obteat; defensionemque non nisi ab inexistentibus rebus pati possent; quarum vel languentes vires spiritui percipiendæ sunt; vt similes, cognatasque retineat; alienas, contrariasque eiiciat, expellatque: diù enim retentæ, partes tandè, quibus inherent, obledant, corrumpantque. At externæ partes, earumque præsertim superficies, qualis facta videtur, crassiuscula oïdò faciendæ fuit; & quam nõ nisi robusti caloris, frigorisque vires, à quibus solis per di poterat, permeent, peruadantque, & ad inexistentem spiritum deferantur: quas igitur, nihil dum illis magnum quid passis, ipse itidem sentiens, patiensque spiritus ea, à quibus fiunt, declinet. Neque enim externarum partium corruptionis sensus spiritui datus fuit, cuius scilicet frustra datus sit, sed earum immutationis. Vniuerso itaque in corpore, & vel externa eius in superficie duriuscula (vt dictum est) facta vigentes, viasque agentium naturarum vires sentit spiritus; à quibus nimirum in vniuersa illa ipse patitur, immutaturque: languentes nihil in externis percipit; quæ videlicet ab eorum duritie, crassitieque reiectæ nihil ad spiritum perueniunt, nihilque eum immutant. Vniuerso itidem corpore, & vel externis in partibus rerum, quas contingit, dispositionem, tenuitatē scilicet, crassitiemque, & quæ horum sunt generum percipit spiritus. Vel enim quæ continguntur neruis, in existētiq; cedunt spiritui, vel renitentur, resistuntque, & neruos, spiritumque in angustius agunt, constringuntque. Quod si quid aliud, vbi spiritus patitur, pati se sentit, & leuitatem itidem, atque asperitatem, partium scilicet æqualitatem, & inæqualitatem: æquabile enim quantumuis, & modo quouis à spiritu concretatum nihil eum separat, nihilque distrahit; inæquabile verò, difformeque, vel leuiter compressum, vel contactum modò, spiritum diuidit, & veluti disceperit: quæ & ipsa vbi patitur spiritus, non modò pati se ea sentit, sed summa cum voluptate, vel molestia. Quin & rerum leuitatem, grauitatemque; spūs percipit, pondusque. Vel enim quod subleuandum est, sublinendumque, nullo subleuat, sublinetque labore, & nihil prorsus ab eo deprimitur, vel aegrè & subleuat, & sublinet, ab eiusque pondere opprimitur, grauaturque. At licet corporum (vt dictum est) conspissationem, situmque, & pondus percipiat spiritus, minimè per se ea sentit, sed veluti ex accidenti quodam. Neque enim vel tenuitatem, crassitiemque, & quæ horum sunt generum, nisi comprimat, neque æquabilitatem atque inæquabilitatem, si veluti in puncto contingat, nec pondus, nisi subleuet, sublinetque. Solas agentium naturarum vires, propriè & per se sentit spiritus; à quibus scilicet quouis modo contactus patitur, immutaturque: vt earum modo sensus per se videri possit, aliorum omnium veluti ex accidente.

QVÆ

QVAE IN LINGVA SENTIUNTUR, ET QUID SIT SAPOR.

Cap. X.



A vero quoniam (ve in superioribus expositum est commentarijs) cum corpus vniuersum, tum ipse assidue imminuitur spiritus; itaque vt vterque reficiatur, res assumenda sunt, quae in vtrumque a languido animalium calore exuperari, inuertique possint: & huiusmodi ciborum omnium naturam esse cum oporteat; vnoq; excepto igne, reliquorum nostrorum entium vires, vel quae robustissimae sunt, & quae mollissimis animalium corporibus inditae penitus ea corrumpant, perdantque, quod ab amplioribus ambientis viribus assidue reiectae, retusaeque, nihil cutem subire, proindeque nec spiritui densioribus in rebus contento innotescere possunt; proindeque externis in corporis partibus propriarum rerum virium nulla prorsus, at earum modo, quae ab ambiente ijs inditae sunt, sentitur actio: vtiq; ne res assumerentur, quae animalium vires exuperent, organo assumenda fuere bene molli; beneque laxo, quod scilicet non externae tantum, robustaeque rerum vires, sed propriae itidem vel ab illis imminutae, reiectaeque permeent, peruadantque, lingua nimirum. Ei igitur inexistens spiritus non vigentes modo, viuasque rerum vires, sed languentes eas penes, & demortuas, & veluti stertentes, non scilicet externum modo calorem, externumque frigus ab ambientis rebus inditum, sed internam iridem naturam vel (quod dictum est) ab externa reiectam, exuperatamque, & vtriusque actiones simul percipit. Externus porro calor, externumque frigus nullum spiritui saporis sensum facit; quod ab vtroque, & natura, & dispositio immutatur, calescit nimirum, vel frigitur, & vel in amplius expanditur, vel in angustius cogitur; at non ex quo immutationem vtramque percipit spiritus, sed illas longe promptius, longeq; clarius. Quin vbi paulo vehementius ipsius natura immutatur, dispositionis immutationes nihil ille sentit: & ibi omnino tantum manifesta haec sunt, vbi summopere illa languent. Vt cibi, portionesque declarant: quae quibusuis do natę viribus; quantumuis scilicet sapidae sint, si feruentes, gelidaeque assumantur, magno quidem calore, frigoreue, at nullo spiritum afficiunt sapore; magnū videlicet sui ipsius naturę, at nullum dispositionis immutationis spiritui sensum inferunt. Itaque vel si alienae, quae perpetuo cibis insunt, naturę dispositionem & ipse immutent, proptereaque sapidas & ipsas esse oporteat, nullum tamen saporis sensum faciunt; quod in robustiore proprię naturę immutatione dispositionis immutatio penitus later. Manifestissima autem fit in proprijs ciborum, portionūque actionibus quibusuis; quod proprię illorum vires a longe amplioribus ambientis viribus reiectę, retusęque adeo languent, vt (quod externae naturę nunquam pati videntur) tactum omnem penitus lateant, proindeque nihil linguam, nec inexistentem iridem spiritum propria afficiunt natura: quin illorum multi nihil fortę linguę ipsius, at inexistens modo spiritus dispositionem immutant. Itaque non adeo vehementer propria natura immutata, vt ipsius modo immutationi intentus sit spiritus; dispositionis immutationem perbelle percipit. Et vel cutem ipsam, & quas ea continet carnes, res omnino, quę multo, quam lingua est, duriores sunt, densioresque, nihil (quod sentire liceat) ab appositis medicamentis concalesctas, frige factasue molli ab ijs, liquarique, & in amplius expandi, vel durari, constringique & in angustius cogi cum inueamur; & manifeste si non a cibis quibusuis, ab ijs certę, qui paulo robustioribus donati sunt viribus, in qualibus ipsorum actiones, & agendi modus inspicendus omnino est, lingua, inexistensque spiritus cum dilatetur, fundaturque, vel compingatur, constringaturque, & vel ueluti laeugetur, vel exasperetur, mordiceturque, atque erodatur, linguę omnino dispositio cum immutetur, calescere uerō, frige-

frigereriq; a nullis hoc quidem, a perpaucis illud cum sentiamus, & ab ijs modo, quibus (cuiusmodi aromatum multis, alijque, & capis inesse videtur) robustissimus inest calor: patet vtiq; non linguę, inexistensque spiritus naturam, sed dispositionem a saporibus immutari; & saporum sensum propriae ciborum naturę actionis, vel spiritus passionis, & ipsius omnino dilatationum, constringentiumque sensum esse. At age modo, vel si nihil sibi ipsi discors sensus vniuersi naturam, & sensuum singulorum substantiam, modumque; quo singuli sentiunt, posuisse videatur Aristoteles, itaq; illis expositis, reiectisque, sensibus singulis natura indita Aristoteli est, modusque, quo singuli ei sentiant, nihil amplius exponendus videri posset: quoniam quae singularia sunt, non satis fortę vniuersali ratione inspicere possunt, & multo manifestius singulari, propriaque inspicantur inspectione; quę seorsum degustus, singulorumque sensuum natura, & de singulorum sentiendi ratione, multoque etiā diligentius, quae de saporum constitutione, naturaque Aristoteles tradidit, exponatur, examinenturque, & ipsa.

QVOMODO ANIMA SAPORES ARISTOTELI SENTIAT, ET in quibus illum explicans inculandus videri potest. Cap. XI.



G VSTVS (inquit) Aristoteles potestatem habet gustabilis excipendi, dijudicandi; per similitudinem ad ipsum gustabile, quae fit alteratione quadam; & potentia omnino gustabili similis est; ut autem actu similis, passus ab illo, immutatusque. Sensiuam animam non magis sensilia potentia esse, quam eorum quoduis entia reliqua omnia, minimeque sensum fieri, quod actu id anima fiat, a quo patitur, immutaturque, sed vt sentiat, quauis sensilis actionem, & modicam sentientis animę passionem satis esse, ita declaratum videtur; vt singulis in sensibus amplius si declaremus, superflui, & non veritatis manifestanda studio, sed vel Aristotelis odio, vel ambitione tracti hominem insectari videri possimus. Nihil etiam amplius inculandus videtur Aristoteles sensus singulos a proprijs sensibus perfici statuens, quod singuli priorum sensiliū formas, quae potentia sunt, suscipiunt, aduque fiunt, nihil ab illis corrupti, satis, vt videtur, dānatus, sensum vniuersum, qua dictū est, ratione, perficiens. Nisi fortę amplius reprehendendus ille videatur; quod singulorum sensilium perceptio non vniuersali, sed propria ratione, nec verbis omnino, sed ipsis demonstranda erat rebus: quae nimirum gustabilium sunt formae, & quomodo eas suscipit, eaque anima fit, declaranda erat. Singulares siquidē res sensui manifestanda sunt, aperiendaque: id fieri si non potest, vniuersalis illa ratio improbanda prorsus, reijciendaque. Vel ipsius. n. Aristotelis testimonio ea modo vniuersales rationes firmę sunt, veręque, quibus singularia congruunt, consentiuntque. Id etiam communiter in sensilium omnium, & in tactilium praecipue, gustabiliumque perceptione mirare Aristotelem licet; quod a gustu ea excipi, dijudicarique, per similitudinem ad ipsum gustabile, quae alteratione quadam fiat, decernens, gustum, & sentientem animam omnem necessariō corpoream ponendā esse non animaduertit. Qui enim incorporea si sit, formarum, quae materiae penitus immerse sunt omnes, actionem sentiat, easque ipsa suscipiat, & ea omnino ipsa fiat, passa, immutataque, ab illis? At quoniam longe a nobis diuersus Aristoteles nequaquam (quod nobis factum est) saporis caloris vnius actiones esse omnes decernit, nec cuius molis dispositioni, sed vni eos inditaeque humiditati, eorumque efficiētiam terrae attribuit siccitati; & calor in eorum constitutione nihil aliud agere ei videtur, nisi quod hanc illi afficit, vnitque; & dulcem, amarumque eorum extremos ille ponit, reliquos ex his sibi commissis fieri decernit: Age rationes, quae cum, huiusmodi vt poneret sapes, impulere, exponantur, examinenturque. Nam qui sapor cuius, quantique caloris actio sit, in proprio nobis declaratum est commentario.

3. de anima
104.

SAPOR.

SAPORVM MATERIAM AQVAE HUMIDITATEM, EFFICIENTEM causam terrae siccitatem, & dulcem, amarumque illorum extremos esse, reliquos ex his sibi ipsis commissis Aristoteli fieri, & horum medios esse videti. **Cap. XII.**



MATERIAM, quae naturam quampiam susceptura est, eius ipsam penitus expertem oportere esse satis alibi declaratum supponenti Aristoteli, & quae nec actu, nec potestate humida sunt, quae scilicet assumpta, mansaque nihil emolliuntur, nihilque humescunt, sed in propria duritie, propriaque seruantur siccitate, nullum ab ijs saporis sensum nobis fieri sentienti, itaque saporum materiam & inspidam (sui natura, & humidam oportere esse intelligenti, & aeris humiditatem longè tenuiorem, quam ut sapor affigi ei possit vllus, intuenti (quod reliquum fuit) aquae humiditatem saporum materiam ponendam esse visum est. Tū quoniam ex insipida sapida ea ut fieret, contrarias scilicet ut assumeret vires, contraria à natura, itaque à siccitate immutata, crassities nimirum quaequam adijcienda Aristoteli erat, & ab ignis siccitate (quod non ipsa, sed calor propria est ignis natura; & nullam omnino ab eo aquae crassitiam indi, quin in summam eam agi tenuitatem intueretur) fieri id non posse iudicanti, aquae humiditatem à terrae siccitate immutari, & ex insipida sapidam fieri, & hanc efficientem saporum causam ponendam esse visum est. Et quoniam inepta per se terrae siccitas aquae humiditati affigi, & calor ad saporum cōfectionem conferre quid Aristoteli visus erat; caloris opera aquae humiditati terrae siccitatem affigi, proindeque calorem saporum veluti concausam esse visum illi est. Itaque saporem definiens, Sapor, inquit, affectio est aquae humiditati à terrae siccitate indita. Id etiam, ut modo, qui dictus est, saporis constitui statueret, Aristotelem induxisse videtur; quod insipida per se, propriaque natura aqua per sal, cineresque, per terrae scilicet species colata, salsa fit, amaraque; & quod passim è terra amare, acideque emanant aquae. Nec verò, quod terra saporem quempiam sortita sit (nā & ipsa, & reliqua simplicia corpora, veluti & aqua, saporis penitus sunt expertia; & si quaequam illius portio sapida est, humiditatis ea admistione huiusmodi Aristoteli facta est) sed quod terram aqua pertransiens ab illius afficitur siccitate: & diuersos terram pertransientes aquae assumunt Aristoteli saporis; quod diuersa siccitatis copia ijs immiscetur. Saporum porro extremos dulcem esse, amarumque, reliquos horum medios, & ex horum omnino commistione, veluti & colores ex albi, nigrique complexu, exoriri ille decernit.

RERVM OMNIVM OPIFICIS DEI POTENTIAM AEMVLATVS, & rerum naturae, sibi que ipsi contrarius ex aqua, terraque, insipida vtraque, saporis constituit Aristoteles. **Cap. XIII.**



RELIQUIS rebus naturas indens Aristoteles cum ipsarū opifice Deo mihi quidē de sapientia contendere videtur, alias ipsas faciens, atque à Deo facte sunt: at saporis cōstituens modis multis potentiam etiā illius aemulari manifestè apparet. Ex aqua enim, & terra, insipida vtraque, & neutra ipsarum à calore aliud passa quicquā, nisi quod per se simul vniri ineptae illius opera vnita sunt, iunctaeque, saporis constituens, è non ente omnino, è nihiloque ipsos educit, creatque; & quas calori Deus indidit vires, penitus ei demit, & quae frigoris sunt, attribuit. Siquidem calor, ipsius imprimis Aristotelis testimonio, quae diuersi sunt generis se iungit, segregatque; & humiditatem perpetuò è siccitate educit, extrahitque omnem, non huic illam agglutinat. Tum & calorem cibis inexistentem (à quo non entium modò actio-

nes omnes aedi, sed entia ipsa omnia constitui Aristoteli etiam videntur interdū) sterentem in illis, nihilque agentem facit Aristoteles; & siccitatem (quam secundis praefertim in corporibus nulla prorsus agendi vi donat, sed penitus inertem, & caloris, frigorisque opus esse decernit) actionum multarum, & bene vehemērium potentem tacit; & languidissimis, ut videtur, rationibus. Non propterea scilicet cibi, qui sicci sui natura, densique sunt, dum nihil conteruntur, nihilque molliores fiunt, nullo linguam afficiunt sapore, quod insipidi sunt, & sapidi ut fiant, quaequam ijs immiscenda est humiditas; & contritis illis, adaperitisque linguam immutandi, afficiendique vis inditur, quae sapor dicitur, quod linguam humiditati, quo illos subeat, patefactus est aditus, & illos omnino hac subit. (qui enim adeo nullo temporis momento linguam humiditas vim, saporemque ab illis assumat, qui nullus ipsis inexistit, aut ipsa saporem illis indat quam longissime à proprio dissidentem?) sed manifestè propterea nihil dū contriti, nullo linguam sapore afficiunt, nihilque eam immutant; quod propria ipsorum natura, & proprius ipsorum calor à longè amplioribus ambientis viribus reiectus, retususque in ipsorum praefertim superficie veluti sterit; & proprias is vires manifestare, & agere omnino ut queat, veluti excitandus, & veluti in aperto ponendus est: moles scilicet, cui inest, in minutissima frustula distrūpēda, internus nimirum calor, & qui non adeo ab ambientis viribus retusus est, excitandus, & linguam admouendus. Id porro vbi factum est, isque agit calor, utique & eius manifestatur actio: sapor nimirum, qui praenexistebat quidem, & à molis densitate reiectus latebat, manifestus fit. Et praenexistentem saporem in contritis cibis excitari, vel in mollibus ijs, humidisque, & qui nihil contriti magno tamen linguam afficiunt sapore, sentire licet. Eò nāque horum itidem sapor magis manifestus fit, quò magis graciles, magisque minuti fiant. Quoniam igitur inanis est Aristotelis ratio, qua saporum materiam aquae humiditatem esse acribit; utique nihil ea, qua illorum efficientem siccitatem declarat, reiicienda est: vniuersa enim ab illa pendet, & illam supponit. At Aristoteles tamen amplius inculcandus: qui scilicet alibi (ut dictum est) siccitatem inertem prorsus, & secundis praefertim in corporibus actionis omnem expertem, & saporis non iuxta humiditatis, siccitatisque, sed iuxta caloris, frigorisque immutationes immutari, & alios, atque alios fieri intuitus cum sit, praedicaretque, & bene diuersas, beneque vehementes saporum vires, actionesque, & quae caloris, frigorisque propriae, & calori omnino, frigoriue attribuendae sint cum persenserit, veluti sui ipsius, eorumque, quae sensu percipiat, oblitus illorum opificium siccitati attribuerit. Quoniam (inquit) quatuor determinatae sunt causae elementorum, harum autem secundum coniugationes: & elementa quatuor accidit esse. Quarum duae quidem actiuae, caliditas, & frigiditas, duae autem passivae, siccitas, & humiditas. Fides autem horum ex inducōne. Videntur enim in omnibus caliditas quidem & frigiditas terminantes, & copulantes, & transmutantes, & quae eiusdem generis, & quae non eiusdem, & humectantes, & exiccantes, & indurantes, & molliuantes: sicca autem, & humida terminata, & alias dictas passiones patientia, & ipsa secundum se, & quaecumque communia ex ambobus corpora constant. Tum alibi, Perpicimus (inquit) decerptorum pomorum saporis à calore immutari, seu soli, seu igni ea exponantur: ut appareat non ab aqua eiusmodi factos saporis trahere, sed in ipsius pomis permuati; cum austeros ex dulcibus, tum amaros, & omnimodos factos, quin & excocti ad omnia saporum genera (ut ita dicitur) transmutantur. Et frigus (inquit) & congelatio saporis obtundit, & odores eualescere facit; quia calor, qui architectatur, & mouet, frigus, geluque interimunt. Quin & ad inculcandus videri Aristoteles potest, quod qui humiditate, & qui siccitate exuperante saporis fiant nusquam declarat. Quoniam enim siccitas humiditati indita saporis ei indit omnes; itaque horum diuersitas diuersae siccitatis copiae attribuenda est: utique saporum exortum, constitutionemque exponenti, qui ipsorum à maiore,

iore, & qui à minore siccitatis copia sit, declarandum omnino erat. Tum quòd si nò reliquorum omnium, at extremorum certè, & eorum commistione reliqui sunt omnes, natura, & ratio, qua à se ipsis adeò dissident, quàm fieri poterit distinctimè manifestanda Arist. erat; & quòd, ut saporibus modo, quo ipse fieri decreuit, fieri ut declararetur, amplius certè declarandum, & iuxta diversam humiditatis, siccitatisque copiam differre illos, & ibi singulos perpetuò fieri, augeri que, ubi ea illarum excedit, cuius maiori copiam assignatus sit, demonstrandum. At age quando Aristoteli explicatum id non est, Aphrodisiæum id explicantem audiamus. Fortè enim rectè si id agat saporibus confectionem siccitati tribuendam declarat. Propterea (inquit Aphrodisiæus) dulcissima hyemales pluuia, æstiuæ minus, & minus etiam autumnales, flante borea dulces, potabilesque, austro amariore, salioresque, dulces præterea in alluionibus, atque inundationibus, in siccitatibus verò, squalloribusque salis, amaræque; quòd hinc, quoniam humida est terra, exhalationes pure ascendunt, nihilque ipsius siccitati commista; æstate autem, quoniam terra nò adeò humiditate referta est, cum ipsius exhalationibus superfluitates itidem ascendunt, à quibus aqua inhaeratur. Flante borea potabiles fiunt, quoniam à frigidis, humidisque spirat locis: austro vero amara, quoniam à squallentibus, arentibusque; itaque terrenæ naturæ multum cum exhalationibus ascendit. Idem & in siccis accidit constitutionibus; contrarium in pluujs, atque in inundationibus. Itaque in vniuersum humiditas dulcis Aphrodisiæo; amara siccitas videtur, & pura illa, impermixtaque dulcissima esse, amarescere vero, & salia fieri siccitati commista: puram porò ascendere humiditatem, ubi multa ea terra inest, at ubi exigua ea adest, siccitatem etiam ei immisceri. Rectè quidem Aphrodisiæus in rerum, saporumque, qui illis insunt, differentijs, naturas, à quibus constituantur, inquiri; & rectè itidem extremos saporibus contrarijs assignat naturas: at non rectè, ut videtur, in aquis, ipsarumque illud saporibus, quæ scilicet, qualibus singulæ à rebus constituantur, quales omnino sũt, non satis prospectum dum, ac ne inquisitum homini erat, & quarum saporibus languidissimi sunt omnes, & exile quid inter se differunt, & vel in ijs parum naturas, à quibus constituantur, quarum opera sunt, intuetur. Si in rebus, quibus saporibus insunt, & in saporibus ipsis, ipsorumque differentijs agentes ipsorum causæ inquirenda sunt, res, quarum natura manifestè nobis sunt, & quibus summi, vel summi proximi, bene omnino manifesti saporibus insunt, inspicenda, gustandaque sunt: nec verò integrè illis modo, nihilque, passè, sed immutata amplius, & a manifestis immutata naturis. Et si quidem humidissimæ quæ sunt res, eadem & dulcissima, amarissima verò siccissima quæ sunt, & singulæ quò humidiores sunt, eò dulciores, eò itidem amariore singulæ percipiuntur, quò sicciores fiunt, quocumque vtraque calore, frigoreue donentur; vel si obscurus dum dulcedinis opifex sit (quæ nimirum, neque aquæ insit humiditati, neque a siccitate, que amaritiem inferre visa est, illi indi queat) liceat tamen Aristotelis positiones tueri, saporumque opificium siccitati attribuere. Si saporibus singuli aquæ dispositione in quasuis, & vel dulcissimus in rebus siccis, & in longè liquidissimis longè amarissimus inesse, at ibi modo singuli, ubi certus adsit calor, itaq; singulos immutari, prout ipsorum immutetur calor appareat, deserenda omnino Aristotelis positiones sunt, saporumque efficientia calori assignanda erit. Nec dubitare licet, quin factum id Aphrodisiæo foret, si in quibus oportebat, saporibus differentiæ inspectæ illi forent. Quin vel in aquarum differentijs si rerum, & quibus illæ constituantur, natura paulò diligentius inspecta foret, quòd dictum est, intueri poterat. Non scilicet siccis, exustisq; è terris, sicce, impuræque exhalationes, & ex humidis humida, nullis, cum fuliginibus, sed contra tenuissima, humidissimaque, & purissima ex illis, crassissima ex his, impurissimaq; ascendunt. Id verò, & in proprio de pluujs declaratum est commentario, & vel ipsi intueri licet oculis. Manifestè enim in crassis, arentibusque terris tenuis, purusque aër, crassus

crassus, impurusque in humidis, palustribusque. Crassa nimirum quæ est, densaque, terra, tenuissimis tantum vaporibus egressum præbet: at è molli, laxaque, & aquosa, vel crassissimi, & fuligines etiam elabuntur. Ut amaritiem, quæ æstiuis, autumnalibusque, ijs omnino inest aquis, quæ è vaporibus factæ sunt, è siccis, exustisq; terris educitis, nequaquam ab inexistente crassitie, sed à nimia vaporum concoctione facta esse existimandum sit. Vapores certè, è quibus salis, amaræque fieri Aphrodisiæo videntur, nimium concocti sunt omnes. Ut, quòd dictum est, vel ex aquarum differentijs, è quibus imprimis saporibus à siccitate fieri Peripateticis manifestari videtur, caloris eos, & bene robusti salium, amarumque actiones esse liquidò pateat.

DVLCEM, AMARVMQVE SAPORVM EXTREMOS NON ESSE, minimèque ex ijs reliquos componi. Cap. XIII.



SAPORVM porò extremos dulcem, amarumque, reliquos horum medios Aristoteles ponens, & è dulci, amaroque, sibi ipsis commistis eos educens, sui similis videri potest, & idem omnino, qui ex insipidis rebus saporibus educit omnes. Eiusdem enim è sibi ipsis commistis rebus naturam educere, quæ illarum insit nulli, & è calidis, dilatantibusque res componere, quæ frigoris sensum præbent, constringunt certè. Dulcis amaro bene proximus est; itaq; mel amplius concoctum, amarum assumit saporibus, & vterque, quibus apponitur res, emollic, laxatque; acerbis verò, austerisque, & acidis constringunt, durantque omnes. Ut non nisi Aristoteli, suisque, qui ipsius sententias quasuis Dei decretorum instar venerantur, è dulci, amaroque, compositi saporibus illi videri possint.

QVID SIT ODOR, ET QVOMODO SPIRITVS EVM PERCIPIT; & cur tanta ab eo voluptate afficiatur, molestiæque. Cap. XV.



VNIAM quæ odorem spirant res bene in longum eos effundunt, & rebus, quas semel attingunt, indunt omnibus; itaq; natura ijs insit, quæ se se amplificandi, effundendique, & acri, rebusque alijs quibusuis indedi omnibus facultatem obtineat, oportet; & entium nulli prorsus natura alia vlla, cui præsertim huiusmodi vis attribui queat, sed vnus modò inexistit calor; isque, quibusuis donatus sit viribus, dum robustiores natura, & à quibus ipsius actio rejiciatur, exsupereturque, obuia non fiunt, se se amplificandi, effundendique, & rebus, quas attingit, indendi omnibus, nullam facit in eum: vtiq; qui à rebus effiatur odor, proprijs ipsarum caloris actio is sit oportet. Quòd si amplius intueri id placeat; & in odorabili rerum viribus, dispositioneque, & in odoribus præterea differentijs, quæ vel iisdem in rebus, at modicum quid magis, minusue constrictis, laxatisque, maxime fiunt, intueri licet. Quoniam enim ex præcipue res odorem spirant, quibus robustus inest calor, & quæ patentem ei egressum præbent, laxæ scilicet, apertæque quæ sunt; quibus contra languidior inest calor, & è quibus nullus, elabenti exitus patet; densæ videlicet quæ sunt, nullum prorsus, nisi combustæ fortè, bene scilicet amplo inexistenti calori exitu patefacto; & robustiore eo forte factò odorem emittunt; & è quibus, vel modico à frigore constrictis nullus, vel longè languidissimus spirat odor, è contractatis ijs, caletactisue; è laxioribus nimirum factis bene magnus, eoque assidue maior, quò magis laxentur, magisque illa aperiantur; quò scilicet inexistenti calori exitus magis pateat: liquidò vti que pateat, odorem caloris externis à rebus acri inditi actionem, & ipsum omnino esse calorem. Nihil porò aliud à sapore odor eum differat, nisi quòd proprijs illis ciborum, hic verò caloris actio est, acri ab alienis rebus inditi; vti que (quòd sapor in lingua inexistens, & tactuum rerum omnium

B calor

calor in spiritum, quem attingit, quavis in corporis parte is contineatur, agere visus est) in amplius, angustiusue cum agat oportet. Quamobrem ubi adeo blandè, leuiterque illorum alterum agit, vt commoueri modò se, non dea propria dispositione dimoueri sentiat spiritus, iucundissimus ei est; molestissimus contra, ubi illorum alterum adeo vehementer agit, vt propriam dispositionem immutari, itaque & corrumpi se sentiat spiritus. Nam calorem quemuis diuersas aliorum calorum vires horrere, itaque aduentantes eas reformidantem sese, propriamque contrahere molem, satis est, vt videtur, superius conspectum. Et propterea omnino odores sentire, adeoque ijs oblectari spiritum, quòd in amplius ab ijs, angustiusue agatur, itaque commoueat, inde etiam intelligere licet; quòd odor nullus diu oblectat, quin nec diu sentitur, & dum oblectat, sentiturque, non æque perpetuò oblectat, nec æque perpetuò sentitur; sed & voluptas, & sensus, quem facit, assidue imminuitur, obscuraturque. Neque enim ambigere licet, quin propterea id eueniat; quòd ab odorum singulis in amplius, angustiusue actus spiritus, quòd à singulis amplificari, constringiue potuit, nihil amplius amplificetur, constringaturue; itaque nec commoueat. At nõ veluti ab ijs, quæ contingit, gustatque spiritus, sic & ab inspirato aere propterea tantum voluptate, molestiaue afficitur, quòd moderatè ab eo, immoderatèue in amplius, angustiusue agitur; sed multò fortè amplius, quòd quoniam nõn, vt illorum, sic & caloris acti in diti actio modò quædam, & bene ab intermedijs rebus reiecta, sed calor ipse, & ipse etiam, cui insidet, aer ad spiritum peruenit, penitusque ei immisceatur. Itaque si non æquè omnibus, at omnibus certè emollitis quid, laxatisque, & penitus sibi ipsis committis omnibus, mollius, laxiusque vniuersum fit ens; & in quod longè copiosorem sese tandem immittat calor. Vt existimare liceat, nutescentes iam carnes non propterea spiritui etiam in ventriculo contento graues esse, molestasque, quòd imminutus sit earum calor (quod factum non esse, manifestè earum sapor declarat, qui nihil languidior, nihilque interdum diuersus factus sentitur) sed quòd longè factus sit copiosior. Nam (vt superius dictum est) calores singuli, qui virium robore, & multò, vt videtur, amplius, qui copia à seipsis differunt (quòd quales singuli facti sunt, se ipsos conseruandi, amplificandique, itaque & molem vniuersam occupandi appetitu, studioque sagrant singuli) alijs omnibus contrarij sunt, omnesque se se mutuò oppugnant, & è proprijs eieciunt sedibus. At age quid odor Aristoteli sit intueamur. Quoniam enim, quæ singulis ab odoribus in spiritu immutatio fiat, sentire non licet; & (vt nobis quidem videtur) res alia nulla adest, quæ illorum vires, differentiasque manifestare queat: vtique (quòd saporum differentias inquirentibus factum est) qui odor cuius caloris actio sit, inquirendum non videtur.

SICCI SAPIDI NATVRA AQVAE, AERISQVE HVMDITATI
indita odores exoriri Aristoteli visum esse; & perperam proterus; & caloris
iplos etiam actiones esse. Cap. XVI.

De sens.
et sensil.

VIN & odorum materia humiditas, at non aquæ tantum, sed aeris etiam, & efficiens siccitas Aristoteli visa est, at non pura, sed quæ aquæ humiditati immista, & lapida iam facta sit. Manifestum est, inquit, quòd illud, quòd in aqua sapor est, hoc in aqua, & aere odor est; siccitas nimirum, at non pura, sed aquæ humiditati iam immista. Et odorum exortum explicans, Est, inquit, odor sapidæ siccitatis natura aquæ, aerisque humiditati indita. Huiusmodi porro siccitati odorum confectioem tribuendam esse inde colligit; quòd eorum, quæ lapida non sunt, nullum profus odorum est. Sibi ipsi itaque similis Aristoteles longè ignatissima nature, & quæ nusquam sese effundere, nec agere omnino videtur quid, quin quæ illi proxima ipsius

ipsius, calorisque, & frigoris ingenium intuito, caloris, frigorisque opus visa est, vires assignat; quæ nullo temporis momento quàm longè, & quaqueuersus se se effundunt, & rebus induntur, quibus siccitas nulla affigi potest, tenuissimis scilicet vaporibus, & acri ipsi, & quæ ab aere in cerebri ventriculos illata spiritum viuificant, prosternunt, & penitus etiam interimunt; & quæ postremò ipsemet (vt dictum est) à calore rebus indi affirmat, & à frigore propterea aboleri, quòd calorem id, cuius illæ opus sunt, interimunt.

VISIONIS RATIO MANIFESTA VT FIAT, LVCIS IN-
genium, actionemque, & passionem inspiciendam esse.
Cap. XVII.

VISIONEM non vt reliquis in sensorijs, ita & in oculis vnum modò percipit spiritus, sed præter colorum genus (quòd antiquioribus propriū visus obiectum visum est) lucem itidem, multòque, vt videtur, prius, multoque præstantius; & quòd substantiam, quæ videt, pati, immutarique, itaque & contingi ab ijs, quæ videt, manifestum quidem est, & antiquiorum optimis visum, positumque; at num rerū, quæ spectatur, species oculos subeant, seseque videnti substantiæ indant, an ipsa ad res effundatur, easque veluti circumplexa earum imaginibus efformetur, nõ satis dum declaratum videri potest, antiquioresque summopere inter se decertant: vtique modum, quo visio fiat, & visionis omnino rationem inquirentibus, illorum verumque primò inquirendum est: num scilicet coloris genus, an lux proprium visus obiectum & primò visile sit; & num rerum imaginibus ad videntem substantiam delatis, an ipsa ad illas egressa illarum species percipiat. Antiquiorum itaque rationes, quibus non lucem (vt nobis placet) sed colores visus obiectum, & quibus non rerum species ad videntem substantiam deferri, sed ipsam ad res effundi astruunt, exponenda; reijciendaque videri possent. At quoniam, si non sol modo, flammaque lucem quaqueuersus emittendi, sed ipsa itidem, quæ ab ijs effulget lux, se ipsam quaqueuersus effundendi, & à rebus, ad quas defertur, omnibus eousque relucendi potens, & eousque omnino ab alijs ad alias relucere conspecta sit, quòdque ab earum tumoribus, atque opacitate interrupta, obumbrataque penitus obscureretur; præterea, & à coloribus, quos attingit, intingi illi omnibus, & corneæ portio, quæ pupillæ superposita est, humoresque oculo in existentes luci peruij appareant: vtique simul & visionis ratio, cuius scilicet rei perceptio ea sit, & quomodo fiat in notescat; & diæ antiquiorum rationes nullo reijciantur negotio, quin ne reijciedè quidem sint. Quis enim colores nullos profus vnquam seorsum à luce, & à luce non illustratos, ineptos nimirum qui se se, propriamue speciem effundant, lucè verò omnem à rebus, ad quas defertur, quibusuis quaqueuersus relucere, & ab earum omnium colore intingi, inque oculos illabi intuitus, non proprium, solamque visus obiectum, & solam omnino visilem esse lucem, colores verò non per se, proprijsque viribus ad oculos deferri (quòd nimirum si fiat nulla etiam à luce illustrati illos subeant, videntique substantiæ in illis inhabitanti spectentur) sed propterea oculos subire, proptereaque spiritui manifestari intelligat; quòd quæ ipsos contingit lux, ab ipsorum specie intingatur, & secum eam ad spiritum deferat? Illorum itaque, verumque, lucis scilicet ingenium, actioque, & passio vel satis alibi declarata, hic itidem declaranda est. Nam corneæ portionem, quæ pupillam occludit, humoresque oculo in existentes luci peruios esse omnes, satis ipse declarat sensus.

LVCEM QUAMVIS, ET VBIVIS FACTAM, E QUOVIS SVI
 ipsius puncto quaque versus se se effundere, & coloribus, quos attingit,
 colorari omnibus. Cap. XVIII.



QUONIAM lux (vt in superioribus expositum est commentarijs) recta quidem modo à sole, nostrisq; à flammis effulgere apparet; nec vsquã prorsus ferri videtur, quò recta ferri non potest, quò. s. vt feratur insecti ipsam oporteat, at quouis ab illorum puncto quaque versus effundi; itaq; quantulevis flammulae sint, in ambiente aere spectantur illae vniuerso; & quae in specula, in res scilicet incidit lux bene densas, bene quae aquabiles, & bene etiam nitidas, quòd ulterius progredi non potest, assidueq; à super accedente augetur, proindeq; copiosissima fit, & quòd nullis à tumoribus, nullisq; à maculis interruptitur, obstraturue, nihil ipsis propterea imminuitur robur, nihil minus relucet splendida, quam ipso effulget à sole; & dum ab huiusmodi ad huiusmodi fertur res nullum relucendi finem facere videtur: vtique & ad tenuia, inaequabiliaq; enia delatam imminui quidem in ijs, obscurariq; quid, & ab ijs itidem ad alia huiusmodi tandiu relucere, & tandiu ab alijs ad alia ferat, dum penitus non obscuratur, penitusque deficiat, vel si quae ad huiusmodi res defertur lux nusquam id agere appareat, exstimandum omnino esset. Siquidem quae agunt naturae quantumuis imminuantur, debilitenturque, dum non penitus pereunt, iuxta proprium ingenium agere nunquam cessant. Eò itaque amplius; quòd sole nondum exorto, & penitus iam abdito, & sole exorto ibi itidem si non splendida, vigesq; at clara certè, beneque visibilis spectatur lux; quò recta (quò sola ferri videtur progrediens) nisi ab aere ipso, & à rebus, ad quas delata est, quibusuis sepius illa reluceat, deuenire minimè queat. Et quoniam insuper in minutissimis penè, & indiuisibilibus specillis, & vbiuis ijs positus sol vniuersus, & vniuersum spectatur caelum: vtique & quae ipso effulget à sole, & quae itidem à caelo refulget, à quouis illa solis, & à quouis sui ipsius hanc puncto quaque versus relucet; itaque veluti in innumeras pyramides lucem quamuis effundi, & in quouis aeris puncto in pyramidis cuspidem illarum quaequam definere, ad aeris omnino punctum quoduis lucem vniuersam ferri, & in quouiam definere, ad aeris omnino punctum quoduis lucem vniuersam ferri, & in quouiam vniuersam spectari posse, liquido patet. Manifestè itidem dicta in puncta delata lux, haudquaquam veluti iter sistit, sed se se in ijs singulis explicat, & quouis ipsius portio captum iter recta profequitur, itaque è quouis factarum pyramidum cuspide in inuerfas pyramides effunditur; & eòusq; ea effunduntur, donec in opacum quippiam deferantur. Nam si obscurum in locum (in quo scilicet qualisuis eum subit lux, conspicua fiat) per foramen in pyramidis formam factum lucem admittas; id transuectam statim in inuerfae pyramidis formam se se effundere, & rerum, à quibus relucet, imagines in oppositis parietibus, at inuerfas, superiores nimirum partes inferiores, & dextras sinistras factas videas. Praeterea, & quoniam transpica colorata quouis permeans lux ipsorum intingitur coloribus, & per viridia adueniens folia viridis fit; & res illa superuecta paulò robustioribus coloratas coloribus, & relucens etiam ab ijs, non quidem statim in ijs elapsa, relucensue, nec aerem omnino permeans (in quo scilicet, quòd copiosa nusquam fit, nusquam itidem quae robustissima nò est visibilis fit) sed ad densum quippiam delata singulorum coloribus intincta apparet; & nequaquam nulla in densa latitudine (quòd vtique fieri oporteat, si à rerum modo coloribus intingatur, quarum scilicet superficiem modo attingit) sed bene amplo in illius spatio; vt ambigere non liceat, quin non à coloribus tantum, sed à luce intincta sit ab illis relucente: patet vtique lucem à coloribus, quos attingit, intingi omnibus.

VNA

VNA LVCE CONSPECTA, RERVM OMNIVM COLORES, IMAGINESq; spectari posse; & quomodo illa spiritui spectetur. Cap. XIX.



QUONIAM igitur lux non à sole modo, sed à se ipsa quibusuis in rebus facta, à quouis sui ipsius itaque, & rerum ipsarum puncto quouis quaque versus sese effundit, & à rerum, quas attingit, coloribus coloratur omnibus; & quae pupillae superposita est corneae portio, oculoq; inexistentes humores luci perui sunt omnes: patet vtique; vna luce in oculos illapsa rerum omnium colores, proptereaq; & imagines, & quae spectantur omnia spiritui oculis inexistenti conspici posse; & propterea omnino, quae luci exposita sunt, spectari oia; quòd ab omnibus illa relucet coloribus, quibus colorata sunt, intincta omnibus. Itaq; & oium imaginibus efformata, & corneam pupillae superpositam, tum & pupillam transuecta lux, spiritum subit in oculis contentum; & quibus ipsa intincta est coloribus, ijs illum intingit omnibus, & iuxta singulorum vires magis, minusue illum dilatat, constringitue (si quidem & id agit color vllus) diuersis certè commouet motibus. Longè. n. ille tenuissimus, sensuq; praeditus longè exquisitissimo, vel summe exili, summeque languida à luce intingi, à propria; dispositione dimoueri, & commoueri potest; & quas patitur immutationes, motusq; quibus commouetur, percipit eos omnes. Quoniam enim lux caloris species est, itaq; cum calore oculos subit; vtique ab ipsa itidem spiritum oculis inexistentem ita dilatasi, constringitue, & commoueri existimandum est; veluti singulis externis in corporis partibus, & in lingua praecipue reliquis à sensibus illa is omnino pati visus est; & manifestè à coloribus illa pati spiritus videtur. Age porò, num oculo in vniuerso, an quapiam in ipsius parte, & in qua omnino visio fiat, & reliqua, quae ad visionem spectant, inquiramus: At oculi prius constructio inspicatur; quae scilicet ignota, non satis illa innotescere queant.

OCULI CONSTRUCTIO. Cap. XX.



QUONIAM oculus (vt patet) spherica figura donatus est; praestat vtique eius constructionis explicationem ab eius veluti centro auspicari. Oculi in medio, & veluti in centro humor inexistit; qui quoniam glaci, purissimi que crystallo instar albus est, quin candidus potius, nitidusque, & tumme aquabilis, lubricusq;, glacialis, crystallinusq; à nostris dictus est. At centri is vicem spherico in oculo obtinens, perfecte tamen sphericus non est; sed in lentis more minus in anteriora, posterioraque, quam in latera prominet, protuberatque. Nec humor dictus humoris more ex oculo exemptus diffuit, conciditq;, sed se ipsum continet; nec durus tamen est, sed comprimenti cedit, mollis omnino est. Anteriori eius parte tunica adnata est, instar tenuissime carpatu pelliculae tenuis, egregieq; pellucida, & cornu instar bene polito lucens, splendensq;. & nihil ea posteriores crystallini partes attingens, sed ad circulum delata, qui amplissimus in crystallini latitudine describi potest, sinit ibi. Pelliculam hanc, & anteriorem crystallini sedem humor ambit bene tenuis, transpicausq;, & qui, quòd aquae per similes est, aequus à nostris dicitur. Is anteriorè modo crystallini partem ambit, ibiq; definit, vbi & dicta pellicula semiglobi formam nanciscitur. Huius verò humoris posterior pars quin plana consistet superficie, sinus obstat, in quem anterior crystallini humoris pars, anterior nimirum crystallini tuber immergitur; anterior gibba est, dimidiatiq; globi modo rotunda, iuxta oculi nimirum formam. Posterior crystallini sedi vniuersa humor circuitus est; qui longè, quam crystallinus, minus albus, minusq; nitidus, & longè est mollior; & qui, quoniam vulgaris vitri ab igne liquefacti speciem, consistentiaq; refert, vitreus dicitur.

B 3 Is porò

Is porrò aquei more ad amplissimum cristallini circuli delatus, nihil ulterius progreditur. Dimidium itaque & ipse exprimit globum; nisi quòd anterior eius pars, quam planam esse oporteret, sinum & ipsa habet, in quem posterior cristallini tuber immittitur: posterior gibba omninò, dimidiarique globi modo rotunda est, iuxta oculi nimirum & ipsa formam. Continentur porrò humores hi, posterior quidem vitrei pars ab anteriore, & ab aqueo seorsum pertenui tunica, & que aran earum telis nihilo crassior videri possit, cum illis vero simul tunicis duabus, quarum altera vicia dicitur, dura altera, corneaque, tum & tunica, quæ ab vicia in amplissimum cristallini circuli imissa veluti illorum interstitium fit, & ne sibi ipsis commisceantur prohibet. Et vicia quidem neque perfectè spherica est, neque integra omninò; sed ad anteriorem oculi acta partem, eoque omninò, vbi iridis ipsa propemodum coloribus colorari videtur, itaque iris dicitur, non nihil introrsum comprimatur; vt eius superficies pro conuexa, atque orbiculari plana fiat; atque a cornea, cui hucusque veluti còtigua fuerat, multum abscedit; & foramine insuper satis amplo, rotundoque peruia fit, quod pupilla appellatur: altera verò integra quidem, & perfectè spherica omnis permaet, dum ad anteriorem oculi regionem, ad eumque omninò circulum, in quo (vt dictum est) iridis colores apparent, & ad eum delata pellucida fit, cornu instar bene politi, nitidique facti, itaque cornea dicitur.

OCULORVM HYMORIBVS, TVNICISQVE, QVAE PROXIME
eos continent, spiritum inesse. Cap. XXI.



NE verò didi modo humores, sed spiritus itidem multos oculis inest. Idque non modò inde manifestum fit, quòd (vt sepe dictum est) non perpetuò eadem oculorum magnitudo, neque idem apparet splendor, sed minimi interdum, languidique, & obscuri sunt, grædes interdum, alacresque, & splendidi; sed multò etiam (vt Galenus itidem placet) amplius, quòd viuò in animali oculo vehementer tensus, summeque plenus, nulla omninò eius pars laxa, corrugataue apparet, at illo mortuo, nihilque dum aqueo effluxo minor, laxisque, & rugosus oculus fit; substantiæ nimirum abscessu longè tenuissimæ, & quæ elabens visum lateat, fugiatque. Quin oculorum altero oculo alterius pupilla amplificatur, dilataturque, & veluti inflatur; copiosiore scilicet spiritu in viciam illapso. Nam propterea pupillam dilatari, quòd maior spiritus copia viciam subiit, si dissecto animali in inferiores vicia partes insusiles, ipsis intucare oculis: siquidem iuxta immisi status quantitatem pupillæ diduci, amplificarique cernas. Copiosior nimirum in viciam illapsus spiritus, quòd ampliore indiget loco, ita eam extendit, vt nulla eius pars in se ipsam concidere, complicariue possit, sed summe omnes intendantur, itaque in angustius ipse agantur; ab ijs verò contenta pupilla amplior fiat, cribri foraminum instar, quæ omnia filis, à quibus continentur, intensis multò sunt ampliora. Et an nosissimis (inquit Galenus) cornea tunica rugosissima interdum fit, adeoque, vt alij nihil profusus, alij vero malè, & vix videant. Incidentibus enim alijs super alias rugis, tunicaque ob eam causam duplicata, spiritu præterea pauciore ad pupillam effluente pro proportione, oculi ijs impediuntur. Id ipsum enim, quod spiritus paucior à principio assuat, in causa potissimum est, vt pupilla corrugetur. Et affectus (inquit) quem *catarrhus* appellant, solius est imminutæ pupillæ, nihil cornea priuatim affecta. Accidit verò propter spiritus inopiam; vel meatibus scilicet obstructis, aut propter senilem imbecillitatè; visorio nimirum in oculo emollito, liquefactoque, & eius substantia in tunicam, quæ posteriorem vitrei partem ambit molli membrana, & cum aliqua itidem nerui substantia in viciam diffusio. Qui longè plurimus assidue in illum insuit spiritus, cum dictas in tunicas

x. de cau
sâ sym-
pt. ca. 2.
x. de visu
par. 5. 51

29 nicas, eamque, quæ anteriori cristallini sedi adnata est, tum in humores illabitur omnes: & in vitreum quidem neruo ex ipso, in cristallinum verò, eique inherentem tuniculam, è tunica in amplissimum eius circulum ab vicia immissum, in aqueum, & pupillamque ex vicia ipsa.

VISIONEM NON VNIVERSO IN OCULO, SED VNA MODO
in eius parte, & in qua fieri existimandum sit. Cap. XXII.



Visio porrò vniuerso ne in oculo, an quapiam in eius parte, & in qua fiat, è modo omninò, quo fit, è rerumque, quæ spectantur, spectat, magnitudineque dijudicandum est. Lux nimirum, quæ rerum imagines spiritui intuendas affert, si vniuerso in oculo æquè ampla, & æquè clara, & spiritus ipse æquè vniuerso inesse visus sit, vniuerso in oculo visionem fieri decernendum: sin vna in eius parte multò, quàm in reliquis magis amplificari, illustrarique lux, & spiritus longè ei plurimus inexistere conspectus sit; vna in ea, aut præcipuè visionem fieri statuendum omninò est. Quoniam enim rerum spectat, magnitudoque, ipsæ nimirum res propterea spectantur; quòd ad eas delata lux earum coloribus afficitur, itaque affecta ad corneam relucet, eamque, & pupillam transuicta oculo inexistenti spiritui immiscetur, & rerum, quæ spectantur, longè plurimarum cum color exilis, languidusque est, & à quo per exiguum quid lux immutetur, qui igitur ægerrimè spiritui innorescat, tum verò ingens magnitudo, & quæ pupillam immensum quid exuperet; quarum omninò imagines quantæ spectantur pupillam subire intelligere non liceat: lucem pupillam transuictam longè clariorem, & in qua vel languidissimus eius color spectari possit, summeque amplificari, necessariò existimandum est. Itaque (quòd dictum est) ea vna, aut præcipua in oculi parte, in qua longè illa clarissima, longèque sit amplissima, visionem fieri summe est rationi congruum. Id verò certè positum si sit, vniuerso in oculo eam fieri existimare nò licet. Nam si singulæ eius partes spiritu plenæ, & benè luci peruiæ, at longè diuersum ad pupillam spatium, situmque, & longè diuersam nactæ illa dispositionem, nec æquè pupillam subeunti luci expositæ sunt omnes, nec in omnibus eadem sit lux; sed minor in alijs, languidiorque, in alijs verò clarior, copiosiorque, & amplior. Talis porrò sit in ijs, quæ longius à pupilla absunt, & cum densiores, tum verò & albiore, splendidioreque sunt. Nam, vt in amplius diffundatur, spatio, & copiosa vt fiat, robustaque, & splendida, benè compacta, benèq. nitida re opus habet lux. At neque eundem in omnes oculi partes spiritum illapsum esse, nec omnibus eundem inexistere existimare licet: sed copiosiore in ijs, in quas, & promptius conflueret, & commodius contineri queat. Nam multus, benèq. in se ipsum collectus spiritus sit oportet, vt longè languidissimæ lucis actiones percipiat, & vniuersitati eas vt communicet in cerebri ventriculis residenti. Quoniam enim longè tenuissimus spiritus quantusuis fiat, nihil tamen externas rerum vires reicit, nihilque motibus, qui ei induntur, pigrius commouetur sed æquè ab ijs, ac summe exiguus si sit, summeque exilis, patitur, commoueturque; & cuiusuis eius portio nis passionem, motusque omnes reliquis omnibus, contigujs præsertim communicantur omnes: vbi multus ipse sit, vel si non vniuersus simul quid patiat, vniuersusque simul commouetur, proprias ibi passiones, propriosque motus magis percipiat, magisque ijs commouetur, & multo robustior proprias vniuersitati passiones, propriosque comunicet motus oportet. Et manifestè vbi exiguus is adest, parum ibi sentit, nihil proprias passiones vniuersitati communicat, & præuè etiam intelligit. Quamobrem in ea oculi parte visionem fieri existimandum est, quæ pupillæ è regione pulcherrimè posita sit; in qua lux eum clarissima, tum verò & amplissima fiat, & cui insuper plurimus insit spiritus; benèque

nèque is spiritui, qui meatui, in quem visorius vterq; coit, & cerebri amplius inexistit ventriculis, continuus, vnusq; sit; qui scilicet breui, & quam fieri potest recta ab eo emanat; itaq; eius affectiones, passionisque, & motus quouis, quod neq; in longà, neque perplexa in re immixti, immutatiue sunt, integri, syncerique ad spiritus vniuersitatem deferuntur. Crystallinus porrò ad lucem quidem excipiendā, & benè eam amplificatā, illustratāque, & ad amplius amplificandā, illustrandāque pulcherrimè quidem positus videtur. Siquidem è pupillæ regione, & benè ab ea amotus est; & eius, pupillæq; in medio aqueus positus est: itaque pupillam transuecta lux recta ad eum fertur; spatiumq; se se amplificandi, & rem nata, in qua multa simul colligi queat, benè ampla, benèq; ad eum aduenit clara. Et conuexus, summèq; æquabilis, & benè compactus, albusq; & nitidus is cū sit; quæ aqueo in vniuerso, in eiusq; concauo sit lux, omnis in illo suscipitur, summèq; integra, nihil scilicet intercisa vnquam, & copiosior; proindeq; & robustior, ampliorque sit, & nihil eius color fædat, aut splendor imminuitur, quin augetur magis. At (quod dictum est) ad lucem excipiendā, qualemque excipit seruandā, & ad amplificandā, illustrandāque pulcherrimè positus, constructusque crystallinus cum sit, nequaquam tamen in eo visionem fieri existimare licet. Neque enim in benè deso spiritum, multum præfertim, commodè inhabitare poterit; minus etiam inhabitantis passionis, motusque, quæ oportet facilitate, spiritus vniuersitati communicare. Quoniam enim benè densa, benèq; continua, æquabilisq; suprema crystallini apparet superficies; & talem omnino ad lucem, & integram eam, continuamque excipiendam factam esse oportuit: nequaquam, si quis crystallino inexistit spiritus, è vitreo eum, sed ex altera tunica, & ex ea, quæ in amplissimum eius circulum immissa est, illapsum esse existimare licet. Vt non ad videntem spiritum continendum constructus crystallinus videri queat; sed vt in ipso talis, tantaque fiat lux, qualem, quantamque, vt externarum rerum imagines in ea spectari possint, fieri oportet, indeq; ad spiritum immittatur, remittaturque, contiguus inhabitantem in rebus. Nec verò vel adnata in tunica, vel in ea, quæ in amplissimum ipsius circulum immissa est, visionem fieri suspicari licet. Neq; enim in longè vtrisque gracillimis tantus insit spiritus, quantus, vt lucis affectiones omnes, earumq; percipiat differentias; nec ita vniuersitati in cerebri ventriculis inhabitanti vnitus, continuusque, quomodo, vt proprias passionis, propriosque motus integros, sincerosque ei communicet, sit oportet. Nec, si à crystallino ad circulum ipsum ambientem relucet lux, qualis in crystallino facta est ad eam relucet. Itaq; superest, vt vel in aqueo, vel in vitreo visio fiat. Siquidem huiusmodi (vt dictum est) crystallini consistentia apparet, vt & densa, & non densa speculi vicem præbeat; ab eo nimirum resiliat, eumq; permeet lux; & ad lucem admittendam, amplificandāque, & ad spiritum continendum benè vterq; aptus, & modo eodem vterque crystallino appositus est. Et potius quidè in aqueo fieri inde suspicari licet; quod solis fulgore, luciq; subeunti cuius magis expositus est aqueus: itaque, quæ ad eum à crystallino resiliat, clariorem in eo, quam in vitreo, quæ crystallinum transuecta ad eum defertur, lucè spectari existimare licet. At qui aqueo spiritus inest, & ipse non benè spiritus vniuersitati continuus, vnusq; est, benè longo, benèq; angusto, & summè perplexo itinere ad illam delatus, vt siquidem ipsius passionis, motusq; communicari illi possint, interrupti certè, immutatiq; communicentur; & quæ crystallinum permeat lux, nequaquam in eo imminui, obscurariue, quin amplior etiam, clariorq; fieri, quam quæ ab eo resiliat, videtur. Manifestè enim, quæ crystallino supponuntur res, ampliores omnes, clariioresq; apparent. Rerum præterea colores, imaginesque, languentem nimirum, fædatamque, qui conspiciendus est spiritus lucem, nequaquam ita solis fulgore exponendus est, vt illam ab hoc seorsum admittere non possit; multò enim ab hoc, quam ab illa magis exagitat, commotusque, minus illius percipiat actiones. Et manifestè

manifestè, quæ fulgente solis in luce longè ægerrimè, facillimè, optimèque in languente illa intuemur. Itaque ita locandus, & veluti abdendus spiritus fuit; vt reliquis exclusis quamlibet admittere queat lucem. Id verò eo commodius fiat, quò longius à cornea amoueat. Siquidem cum ciliorum, palpebrarumque obiectu, tum verò pupillæ commutatione id fit. Et ne in oculi ima quæpiam feratur lux, illorum obiectus quiuis, & quæuis huius immutatio præstat: at ne pupillam, pupillæque proximas res, & veluti eius vestibulum subeat, non nisi magnus ille, & tanta hæc fortè, vt luci vnuerse aditus occludatur. Horum, nè in vitreo fiat visio, nullum prorsus prohibet. Siquidem quæ in crystallino sit lux, copiosissima, amplissimaque ad vitreum defertur, & copiosior etiam in eo sit, ampliorque; & spiritus longè plurimus inest, longissimèque à pupilla amotus, & summè vniuersitati continuus, vnusque, & breui, recta que ab ea progressus. Summa præterea crystallinum copia exuperans vitreus, non illum modò nutriendi, reficiendique gratia illi circumfusus videri potest. Nec qui copiosissimus è visorio in eo fuso in vitreum spiritus immisus apparet, propterea inditū esse iudicandum est; vt spiritus in aqueo existentis passionis, affectionisque percipiat, & spiritus vniuersitati eas communicet; nequaquam illi continuus, vnitusque, rei inexistens, quæ illius domicilio nusquam hæreat, continuaque sit, sed à benè corpulenta, benèque densa ab eo seclusa re. Vt multis rationibus in vitreo, quam in aqueo commodius, præstantiusque lucem à spiritu spectari, & in eo visionem fieri intelligere liceat.

QUOMODO EA OMNIA IN SITV, IN QVO NOBIS OPPOSITA SUNT, SPECTANTUR.
Cap. XXIII.



Porro in situ, in quo nobis opposita sunt, res spectantur omnes, quæ scilicet dextris oculi partibus opposita sunt, dextris opposita, & sinistris, quæ sinistris; non quòd, quæ ab illis relucet, lucis directæ oculos subeunt; & quæ è partibus resiliere, quæ dextris oculi partibus opposita sunt, ad dexteram feruntur, & ad sinistras, quæ è sinistris (neque enim si ita oculos subeant res, quæ pupillam vel tantillum excedunt, simul vsquam spectentur omnes) sed quòd quæ à re, quæ spectatur, relucet lux vnuerfa quidem vnum in pupilla coit in punctum; tum veluti se se explicat, & in inuerfa pyramidis formam effusa ad crystallinum fertur. Itaque quæ à rerum partibus resiliere lucis dextris oculi partibus oppositis, in sinistris oculi partibus fiunt, & è contra. At crystallinum illa permeantes, quòd lentis in morem inflexus is est, inflectuntur & ipsæ, itaque in contraria feruntur: & ipso fortè in crystallino vel modicum quid ipsum transuecta, vnum rursus coeunt in punctum; tum singulæ recta pergentes à se ipsis iterum diducuntur, pristinumque ad oculum nanciscuntur situm; quæ scilicet è rerum partibus resiliere, quæ dextris oculi partibus opposita erant, in dextris oculi partibus fiunt, & in sinistris quæ è sinistris. Nam id itidem esse lucis ingenium, vt in punctum coacta iter in eo haud sistat, sed in eo veluti se se explicet, & recta pergat vnuerfa, itaque à quouis factarum pyramidum cuspide alia inuerfa exoriatur pyramis, & vt ad transpica, at paulò crassiora, & in quibus copiosa fiat, delata lux, subeat ea quidem, at non recta omnis, sed ea modò ipsius pars, quæ directa aduenit, quæ vero obliqua iter veluti inflectat, eò nimirum feratur, quò densa superficies, quin quò extrema lucis ipsius facies, quæ in illa facta est, recta spectat, manifestè omnia intueare; si obscurum in locum (in quo scilicet quantulauis, quæ cum subit lux, conspicua fiat) per foramen in inuerfa pyramidis formam factum, externam lucem admittas. Etenim illud eam transuectam statim in inuerfa pyramidis formam se se effundere, itaq; externarum rerum, à quibus relucet, imagi-

imagines in ambientibus parietibus, at inuersas, superiores nimirum earum partes inferiores, & dextras sinistras factas intueare, & e contra. Hoc verò & in superiori- bus satis est, vt existimo, declaratum commentarijs; & si transpiciuum quid conue- xum luci exponas, manifestissimum fiet. Siquidem illud hanc transuectam vnum om- nem coisise in punctum manifestè videas; & in id omnino, quò conuexi superficies, quin quò extrema lucis facies in eo facta recta spectat.

**QVOMODO MAIORA QVAE SVNT, MAIORA, ET PROPIN-
quiora remotioribus ampliora, eaq; propemodum, qua sunt singula
magnitudine, donata apparent.** Cap. XXIII.



HT maiora, quæ sunt, minoribus, & omnia proximiora facta se ip-
sis remotioribus ampliora apparent; quòd quæ ab amplioribus, pro-
pinquioribusque rebus relucet lucet, ad maiore in pupilla cocunt
angulum, & ad maiorem à se ipsis diducuntur, & in aqueum pro-
grediuntur; itaq; & in ipso, & in crystallino, tam & vitreo amplio-
res fiunt. Scilicet prout, quæ à rebus ad pupillam relucet lux, ampli-
or, angustiorue fit; ita & lux è punto, in quod coijt, recta progrediens vniuersa
magis, minusue expanditur, & inuersa, in quam progreditur, pyramis amplior fit,
angustiorue: ita que prout à maioribus, minoribusque, & propinquioribus, remo-
tioribusque rebus relucet lux; ita vitrei, inexistentisque spiritus maiorem ex, mino-
remue portionem attingunt, propriaque afficiunt spetic, & maiores spectantur, mi-
noresque. Propterea enim, que sentit spiritus, maiora, minoraue dijudicat, quòd ma-
ior, minorue ipsius portio ab ijs immutatur. Fortè & quæ à rebus relucet, lux singu-
larum magnitudinem in sui ipsius magnitudine, profunditateque manifestat. Quo-
niam n. (vt dictum est) ab illarum punctis quouis illa relucet, & vel vbi in vnum coit
punctum, vniuersa ibi fit; itaque & rerum, à quibus relucet, imagines & ipse in eo-
dem sunt puncto: & ambigere non licet, quin & ibi, & vbi cunq; sit lux, & vbi cunq;
spiritum contingit, & spiritui spectatur, qualis est, quantaque, talem eam, tantamque
spiritus sentiat, spectetque: utique (quò dictum est) in lucis iidem copia rerum ma-
gnitudinem spiritum intueri existimare licet. Et vel vastissimi montes quanti sunt no-
bis apparent; quòd pupillam transuecta lux in amplius assidue diffunditur, assidueq;
in crassioribus, beneque nitidis humoribus copiosior fit, splendidiorque: itaque ad
vitreum delata, bene ampla, & tanta propemodum, quanta ipse sunt res, spiritui ap-
parere potest; assueti præsertim, edoctoque è lucis quantitate, quam in vitreo per-
cipit, rei, cuius illa imaginem affert, magnitudinem metiri, sentireque. Nec tamen
vastissimorum montium imaginem vniuersam oculos simul subire contendam, pro-
ximorum præsertim; à quibus nimirum vniuersis, ab extremisque ipsorum partibus
quæ relucet lux, si quidem omnis ad pupillam deferri queat, at subire eam certè haud
queat, recta modò progredi apta. Nec lineari id tantum ratione, sed ipso manifestu
fit sensu. Neque enim paulò ampliora quæ sunt, è proximò recedè vniuersa, nihilque
commotis oculis intueri licet. At vel vastissimorum montium imago vniuersa, & qua-
ta est, oculos subire videtur; quòd tanta ij facilitate aguntur, tantaque commouen-
tur celeritate, adeoque insensibile quid ijs commotis, alia, atque alia eos subit lux, vt
multi qui sunt vnus videatur aspectus; temporis nimirum momento, nulloque facti
labore. Vt vastissima quæ sunt, & non nisi multis intuemur aspectibus, vnico conspe-
cta esse videantur, seorsum scilicet conspectas magnitudines vnã omnes faciens spi-
ritus, vel maximarum rerum intuetur quantitatem.

Qv

**QVOMODO SPATIVM, QVOD INTER RES, QVAE SPECTAN-
tur, & nos, & quod ipsas inter est res, earumque inaequalitatem
intuetur spiritus.** Cap. XXV.



QUOD & spatium, quòd nos inter, & quas intuemur res, tum quòd
ipsas inter est res, modo eodem, quo res ipsas, earumque magni-
tudinem percipit spiritus. Quoniam enim non densis modò à re-
bus, sed (vt dictum est) ab ipso itidem aere relucet lux; nequa-
quam, quæ conspectis relucet à rebus, sola ipsa vnquam, & ab ea
seorsum, quæ ab intermedio relucet aere, oculos subit, sed ytraq;
perpetuò simul, & huic omnino veluti annexa, & veluti huius illa à tergo. Nam si quæ
à sole emanat lux, ad quas recta fertur res, simul, eodemque temporis momento ad
eas fertur omnes, & ab omnibus simul, eodemq; temporis momento ad res, quas re-
cta spectat, relucet omnes; itaque, quas relucet ad res, illarum imagines in ijs omni-
bus simul conspicuas facit: at quòd longè quidem rapidissimo, & qui visum etiam ip-
sum præueniat, sed motu omnino ad quas accedit res, ad eas accedit illa oēs; necessa-
rio ordine quodam, & (quòd facere videtur) prius omnino ad propinquiores effun-
datur, resiliatq; oportet. Neque enim ni id fiat (quòd fieri passim videmus) quæ spectan-
tur res, quò locatae sunt, locatae appareant ordine. Et propterea quæ in speculis spe-
ctantur, veluti in uersa spectantur, eæ scilicet ipsarum partes, quæ speculo quidem pro-
ximiores, at nobis remotiores sunt, quæ contra proximiores nobis, at speculo remo-
tiores, postremè spectantur; quòd quæ à rei partibus, quæ à speculo minus distant,
relucet lux, prius, quàm quæ à remotioribus relucet, ad speculum fertur, & prius ab
eo ad nos retrofertur. Et propterea etiam si, quæ speculum contingit, ab eo retrahas
rem, non amplius eius imaginem in speculi superficie, sed intra speculum, & in pun-
cto intueare, tanto à superficie spatio distante, quanto, quæ retracta est res, ab ea dis-
tat; quòd lux, quæ ab intermedio relucet aere, eam, quæ à retracta relucet, & ad spe-
culum accedens, & ab eo ad nos recedens præcedit; itaq; quia illa à speculi superfie
remotum spatio, quanto ab ea retracta est res, spectetur oportet. Rerum itidem
inæqualitatem modo eodem intuetur spiritus. Quæ enim prominent, & proxi-
miora sunt, proximiora, quæ verò penitiora, magisq; in imò sunt, quòd longior ab
ijs aduenit lux, quæ omnino magis absunt, qualia sunt, remotiora intuetur spiritus.
Et quoniam quæ spectantur res, quò magis è longinquo spectantur, eò obscuriores
apparent, minoresque: utiq; si superficies quæpiam non vno, eodemque omnis, sed
alij sui partibus clarioribus, magisq; a gentibus, alij verò obscurioribus, languidib-
ribusq; colorata sit coloribus; vel si colore quidem nullo, & lineis modò distincta sit
æquè quidem distantibus; & quæ ab ijs continentur spacia, nequaquam sibi ipsis æqua-
lia, sed secundum primo, & secundo tertium, itaq; deinceps quòd assidue subsequi-
tur, præcedente angustius sit; huiusmodi superficies quantumuis æquabiles sint, eo-
demq; vniuersè spatio à nobis distent, inæquabiles, & non æquè à nobis distantes ap-
parent, sed illius quidem, quæ clarioribus colorata coloribus sunt, partes proximio-
res, remotiores verò, obscuriores quæ sunt; quòd nimirum propinquarum illarum
ritu visum magis exagitant; illæ verò remotarum more languidius. Alterius vniuersè
spatia ampliora quæ sunt, proximiora; remotiora verò quæ sunt, minora apparent;
rerum & ipsa ex iplo; quæ vel maxime sibi ipsis æqualia, at longo ordine locata sunt,
nequaquam sibi ipsis æqualia, sed quæ propius, maiora; minora verò, quæ longius lo-
cata sunt, apparent. Quòd scilicet minora quæ sunt, minora appareat, id non spatio-
rum angustia, quæ è longinquo intuentes latere potest, sed ipsorum distantie attri-
buit spiritus.

Qv

QVOMODO MOTVM, MANSIONEMQVE, TVM NVMERVM
intuetur spiritus; & nec figuras, nec magnitudines, nec numerum, nec
motum propria esse visus obiecta; & quomodo ea sentiunt
reliqui sensus.
Cap. XXVI.



REVVM porro motum, mansionemque propterea percipit spiritus, quod earum ad nos, & ad se ipsas intuetur distantiam; quæ scilicet vel nobis, vel sibi ipsis propinquiora, remotiora fieri, moveri, quæ verò æque à nobis, & à se ipsis perpetuò distare intuetur, in eodem perpetuò permanere loco dijudicat. Itaque quæ in angusto, conclusoque loco, & immoto omninò culpiam propinqua sunt, di mota minimè latent, at non quæ in vasto, apertoque sunt in loco; sed eorum motus diu oculus est. Numerum verò percipit spiritus; quod res à se ipsis distinctas, separatasque videt. Itaque & figuras, & magnitudinem, & numerum, & motum, mansionemque intuetur spiritus; quod veluti lucis subiecta facta, & luci unita, & veluti lucis affectiones quædam, à luce omninò ad spiritum deferuntur. At non propria esse visus obiecta inde patet; quod nihil, ut talia sunt, vitium commouent. Sentiunt & hæc reliqui iidem sensus, at minus etiam, quàm vitium, propriè. Neque enim eorum obiectis æque, ac luci, uniuntur, vnumque illis fiunt. Et magnitudinem quidem contingens, gustansque spiritus percipit; quod magna, aut parua ipsius portio commouetur, figuram, quod talis, numerum, quod non continua, motum quod non eadem perpetuò, mansionem contra, quod eadem perpetuò. Sicutidem & odoratus, auditusque magnitudinem, quod multus ipse, aut valdè, numerum, quod non assidue, motum, quod non augetur, vel imminuitur, qui in ipso fit motus, mansionem verò, quod idem, stabilisque, atque vniormis fit.

QVAE LVX, ET CVR SPIRITVM OBLECTAT, QVAEVE MO-
lestia afficit, & cur tenebræ spiritum offendunt; & quæ alia spectantur,
cur aut iucunda, aut molesta sunt.
Cap. XXVII.



QBLECTAT autem summopere spiritum lux, & ipsa illum commouens, agitanque, & cognata amplius, similisque: at non integra, purissimaque. Manifestè enim ab vtraque summopere visus offenditur, & penitus etiam corrumpitur; quod, ut existimandum est, amplius quidem ab illa, quæ scilicet robustioris caloris facies est, at & ab hac etiam humores nimis exagitati, nimisque fusi, & liquidiores omninò facti immistum spiritum nimis exagitant, & magis separant, segregantque: at minus fouent, minoremque suscipiunt lucis copiam; & in quæta, quibus artecta est, colores conspicui non fiunt. Quoniam enim nullo protius a frigore visus imminui, at ab albedine quavis debilitari tandem quid, & à summa penitus corrumpi videtur; & propterea omninò, quod nimis ab ea diffunditur, dilataturque (si quidem nigredo, cui omnium consensus visum constringendi facultatem attribuit, oculis appositæ, ne corrumpatur, Xenophontis testimonio, præstat: cuius scilicet militum per nites iter faciendum visus nisi nigrarum rerum obiectu subeuntis albedinis vires repressæ foret, nisi scilicet colore immisso, qui visum constringit, ne nimis ab albedine diffunderetur, prouisum foret, penitus corruptus foret) & albedo caloris specties, & veluti facies, proindeque nusquam à calore distincta, sed ubique ipse calis calor: utique quas ædere videtur illa actiones, calori eæ attribuendæ sunt omnes; itaque & malum, quod albedo visui infert, à calore id inferri, humores si non omnes, eorum certè quæpiam, vel ipsum etiam spiritum nimis diffundente. Fundere enim modo, liquareque quæ

quæ attingit, aliud nihil immutare videtur calor. Nec quod calor rebus alijs albis, & ipsi etiam inexistenti niui nullum sui sensum facit vnquam, propterea verendum est, ne humores, ijsque immistum spiritum fundere queat, dilatarique, & fundat omninò, dilatarique; agros ab eo (ut alibi dictum est) fermentari, molliiri nimirum, fundique, bullasque attolli intuentibus, & à calore bene frigidis indito cibis linguam, spiritumque fundi, dilatarique; sentientibus. Nec tamen & eorum, qui diuturnis in tenebris conclusi, & repente summæ expositi albedini, statim visus penitus corrumpitur, propterea eum corrumpi existimandum videtur; quod subeuntis albedinis calor humores nimis liquarit, nimisque spiritum diffunderit (neque enim intelligere licet, cur ij promptius, quos iam diu nulla attingit albedo, quàm quos assidue ea subit, ab eius liquetur calore) sed potius forte; quod nouo albedinis conspectu nimis exhyllaratus spiritus, tantus ad eam intuendam confluit, ut mutuò se se compresserit. Itaque & humores substantiæ præsentia destituti, quæ perpetuò ijs inhærens, penitusque eius naturæ immista, & perpetuò eas commouens, summopere eos & fouebat, & oblectabat, immutentur omninò quid, & quid patiantur, proindeque & visus corrumpatur, oportet. Nā si superiorum reliquorum, eorum præsertim, quæ multis, diuersisque: è rebus constructa sunt, & organorum etiam, quæ à nobis sunt, quæ præsertim, quod eorum ope, ac misterio varium, difficileque conficiendum est opus, multis, diuersisque è rebus componenda fuere, si quæ earum non rectè confecta, positaue sit, nequaquam, quod conficiendum est, confici potest opus; ne, si quæuis oculi pars quiduis immutetur, visus corrumpatur ambigere nulli licet: at ijs certè minus, qui oculi constructionem, causamque, cur ita construendus fuerit, paulò diligentius intuiti sunt. At age, vnde digressi sumus, redeamus: & quando integram, purissimamque lucem spiritui molestam esse, grauemque, satis est, ut videtur, declaratum; quæ, qualisque cum oblectat, & reliqua, quæ proposita sunt, exponamus. Quoniam spiritus, vel si à rebus, à quibus ad motum agitur, foueturque, voluptate afficitur; & lux manifestè id agit; at robustissima, purissimaque quæ est, nō modo nihil spiritum oblectat, sed molestia, maloque afficit; & propterea (ut vitium est) quod humores, ijsque immistum spiritum nimis exagitat, & liquidiores illos faciens, ne spiritum satis foueant, prohibet: utique ab ea summa afficiatur voluptate oportet, quæ blandè humores, ipsumque ijs immistum commouet spiritum; & quæ, & ipsa eum fouet, & modicum quid humores fundens nihil, quin & ipsi idem agant, prohibent. Tenebræ contra, & tenebris proxima lux tristitiam spiritui, molestiamque inferunt. & in angustum illæ eum agunt. Nam si non proprijs id agunt viribus; at quod propriæ ipsius specties aduersæ sunt, & quod lucis, rerumque aspectum (qui spiritu longè iucundissimus, longèque est necessariissimus, & quo dempto feruari desperat) ei adimit, summopere eum turbant, & veluti examinant; itaque ut se se contrahat; præstant, & (quod dictum est) veluti ex accidente quodam constringunt. Cetera verò, quæ non ut colorata oblectant, neque igitur quibuscumque, at certis tantum colorata coloribus, propterea oblectant; quod ad nostri conseruationem, commodumque, vel voluptatem spectant; quod omninò quoddam nobis pollicentur bonum, uel etiam quod diu ipsa seruari posse apparent. Adeo enim grata, adeoque nobis amica est conseruatio; ut quibuscumque inesse appareat entibus, iucunda ea nobis sit. Propterea igitur & animalia, & pulchra omnia oblectant; quod diuturnam illa omnia conseruationem pollicentur, rectè efformata; singulis nimirum prædita partibus ad proprium obeundum munus aptissimis, & quarum nulla alterius locum occupet, uel opus impediatur; sed quarum singulæ propria sede contentæ mira ratione sibi ipsis conueniant, & veluti concinnant, & singulæ reliquarum opus adiuuent, nec proprium inuideant laborem; & propriam singulæ naturam, uenustissimis omnes, ijsque singulæ exornatæ sunt coloribus, qui partium conseruationem præferant, & robur. Deformia contra, turpiaque

summo opere offendunt, quod breui corruptum iri apparent. Qui enim, quæ è partibus, quarum nulla ad proprium obeundum munus constructa sit, & quæ nulla sibi ipsis mensura, rationeque congruat, sed adeo alteram excedat, exuperetque altera, ut non vnus, eiusdemque, sed diuersorum animalium partes videri queant, & quæ omnes è pessimis confectis succis, deterrimo, eoque omnino donata sint colore, qui proximam singularum denuntiet corruptionem, diu conseruari posse sperare liceat? Age porro quæ reliqua sunt, modus nimirum, quo spiritu ex oculis effuso visio Galeno fiat, tum & quæ visionis rationem tradanti Aristoreli posita sunt, explicentur, reijcianturque; vel si satis ille à Peripateticis reiectus videri possit.

VISIO SPIRITV EX OCVLIS EGRESSO, ET AERE, QVI INTERRES, quæ spectantur, spiritumque medius est, à spiritu inalterato, sentiendiq. facultate, & spiritus omnino natura donato Galeno fit.

Cap. XXVIII.

QUOD VISI (inquit Galenus) quod videtur, aut mittens de se aliquid propriam sui nobis dignotionem ostendit, aut si ipsum nihil mittit, expectat aliquam ad se à nobis sensualem venire facultatem. Vtrum horum sit verius, hoc iudicabitur modo. Per exiguum pupillæ foramen visio fit. Quod quidem si expectaret portionem aliquam, aut facultatē, aut imaginem, aut qualitatem ex corporibus extrinsecus obiectis ad se accedere, nunquam eius, quod videtur, magnitudinem perciperemus. Verbi causa, vasti alicuius montis tam magnum siquidē spectrū, quantus ipse est mons, in oculos nostris ingredi oporteret: quod penitus est absurdū. Ut omittam interim, quod vel in vno, eodemq. temporis momento, etiam si innumerabiles sint, qui viderent, ad singulos eadem imagines ferrentur. Cum vero visorius etiā spiritus nequeat fluore suo tantum extendi, ut omnes visui expositas res circumfusis completeretur (nā quid aliud esset, quàm commentitia illa stoicorum gutta, quæ cum toto maiori cōmiscetur) restat igitur adhuc, ut aer circumfusis tale instrumentum nobis sit, quo tempore videmus, quale est semper nervus in corpore. Siquidem eodem pacto aer nos ambiens à spiritu visui occursu, quo à solis fulgore affici videtur. Nam & ille supremo aeris termino contacto statim vim suam fulgidam in totum dispergit; & nostra per visorios nervos acies progressa spiritali substantia prædita, cum in aerem incidit, primo impulsu in eum alterationem inducit; quæ longè, latèque, in continuum scilicet nos ambiens corpus sparsa, repente in totum diffunditur: id quod liquidò etiam in visulis inesse conspicimus. Rerum scilicet, quæ sentientem animam non contingunt, nec vires ei, nec speciem percipi posse existimanti Galeno, nihilque (ut videtur) è rebus, quæ spectantur, simulachra emanare intuito, & cerebri vnus propriam esse sentiendi vim, nervis verò catenus eam inesse, quatenus à cerebro ea donentur, quatenus scilicet à cerebro immutantur, in eiusque agantur naturam, itaque immutatos non ipsos modo externarum rerum vires, speciemque percipere, sed cerebro sentiendam eam præbere statuenti, necessariò (ut dictum est) quo rerum imagines spectentur, vel anima ipsa, vel aliquod eius organum ad res spectandas emittendum Galeno fuit, quod eas intuitum earum speciem animæ communicaret, spiritus nimirum, qui oculis inesse, & qui si non animæ ipsius substantia, at præcipuum eius organum Galeno visus est; & qui longè ad exiliendum aptissimus videri potest. Non tantum porro ille cum videtur, qui & ad valde remotas, vastasque res ferri, easque ambire, completèq. posset (quod reliquum fuit) emittendus quidem ex oculis, at non ad res vsq.; sed modicum quid egresso, & non longè omnino ab oculis factò, vis ei à Galeno inter-

intermedium aerem inalterandi, in propriamq. agendi naturam indenda fuit; quò sentiendi vi donatus contiguarum ipse rerum imagines intueretur omnes, & spiritui, à quo sentiens factus sit, non continuus ei modò, vnusque, sed vnus omnino ei factus spectandas præberet. Visio itaque eo omnino fiat modo, quo reliqui sensus omnes; eo tantum interiecto discrimine, quòd illa ut fiat, non visorius nervi à cerebro inalterandi sunt (qui fortè cerebro per similes nihil, quò sentiant, amplius immutandi cerebro sunt) sed aer à spiritu ex oculis egresso in propria agendus sit naturam. Patet, inquit, similem quandam affectionem vtriusq. contingere, & nervo, & aeri; qui quidem ex sui ipsarum natura similitudinē quandam iam habent; ad eam scilicet rem vterq., à qua inalterandus est. Subdit, itaque & ad rem immutantem exquisitè assimilantur.

VISIONEM QVOMODO GALENO PLACET FIERI non posse. Cap. XXIX.



QUONIAM, ut rerum species spectentur, vel species ipsæ oculos subeant, & videnti animæ se se intuendas præbeant, ipsi. s. vniantur animæ, vel anima ipsa, aut res benè ei proxima, & cuius passiones, cognitionesq. animæ innotescant omnes, ex oculis egrediatur, & ad res, quæ spectanda sunt, delata eas veluti circūplectatur, vniversas omnino eas contingat oportet: rectè vsq. Galeno modum, quo rerum imagines, quantæ res sunt, quantæq. spectantur, oculorum pupillam subire queant, & quo rei eiu. dem imago ad innumeros simul hoies feratur, & quò insuper longè plurimæ imagines vnium in punctum simul delatæ se se mutuò non confundant, intueri impotenti, & spūm, vel animæ substantiā, vel maximè proprium ipsius organum existimanti, is ad res cōtingendas egredi visus est. Et res e. dem spūm ad remotissimos, vastissimosq. montes effundi, eosq. vniversos circūplecti non posse iudicanti, necessariò (quod reliquum fuit) intermedium aer à spiritu vnialterandus, & spūs natura donandus, & in spiritum omnino agendus Galeno fuit. At ut nihil modò rationem, qua sensum is fieri statuit, dānem, satis alibi damnatam, reiectamq.; id certè summo opere Galenum in eusem, quòd diffcultates dum vitat, quæ nullo exuperentur negotio; non plures, multòq. subit peiores, & à quibus nusquam se se explicet; sed in barathra mehercule libēs ille se se dimittit, è quibus euadendi nulla sit spes. Non. f. è rebus, quibus, quantisq. vis, à luce modò conspēctæ sūt, earum imagines ne emanent, & ne per aerem nihil à spiritu inalteratum quaq. versus ferantur, & oculorum tunicas, pupillāq. subeant, & spiritui insuper oculis inexistenti, quantæ propemodū sunt, appareant, verendum Galeno fuit; vastissimarum rerum (& quas, spiritumq. ex oculis elabentem intermedium qui sit aer à spiritu inalterari Galeno videri non potest, vel penitus ei abditus, vel ab ijs defensibus rebus, quas spiritus permeare, exuperareq. minimè queat) simulachra minutissimis in specillis, tum verò & pictorum industria minima quæ sunt, & quæ contigua nihil excedunt, vasta, summèque prominentia apparere intuito. Hæc, multòque amplius summa conditoris nostri cum aliarum in rerum, tum vero in animalū constructione sapiētia benè Galeno conspēcta persuadere homini poterat, modum ab eo inuentum esse; quo quantæ sunt rerum imagines spiritui oculis inexistenti, vel si tantæ eos illæ non subeant, videri possent: & diligenter Galeno inquisitus, conspēctus dubio procul foret. At vel montibus ipsis oculi potius patefaciendi erant, quàm spiritus ad illorum species percipiendus: multò siquidem grauioribus is emittatur incommodis, quàm illi in oculos recipiantur. Qui enim, qui nec corpore quidem obiectus, defensibusque spiritus vel languentes ambientis vires sustinere potest, sed à paululum ijs exuperantibus exitio datur, ex oculis egressus, nec à ventis vllis dissipetur, nec ab vllis frigoribus, æstibusq. extinguatur? Nec verò à summa id spiritui

datum esse tenuitate dixerint Academici; quia scilicet penè incorporeus cum sit, ab huiusmodi naturis penè impatiibilis sit. Manifestè enim quò ille tenuior existat, eò dissipetur, corruptaturque promptius. At non facultas modò spiritui, roburque dandum, quo ab aeris ambientis se viribus tueatur, sed quibus eum vniuersum inalteret, & (quòd ne quidem ipsi Soli datum videtur) temporis eum momento in propriam agat naturam. Vinculis certè quibusdam, vbi emittitur, alligandus erit spiritus; quibus ne ad celestes, cognatas substantias, ad quas assidue tanto tendit studio, euolet; & quibus imaginibus perceptis in oculos retrahatur: neque enim libens ipse eos subeat. Nec verò ea tantum, quæ ex oculorum regione, sed nihil minus, quæ ex obliquo, & quæ à tergo posita sunt, perpetuò, nullaque speculorum opera intueatur; si propterea intueatur, quòd aerem circumfusum in propriam agat naturam, isque, quæ contingit, percipitque, spiritui communice. Nò siquidem motu inalterare, sed substantia Galeno videre; vt non eum modo, in quem veluti rectà fertur, sed vniuersum æque inalteret. Multò mehercule hæc absurda, atque impossibilia magis Galeno videri debere, quàm non montis cuiusuis imaginem, sed montes ipsos pupillæ foramen subire.

COLOREM PROPRIUM VISVS SENSILE ARISTOTELI ESSE;
& non contactu, sed transpiciui intermedij opera visum mouere; & proprii
id coloris experti esse; & transpiciuitatem colorum materiam; & colo-
rem transpiciui terminati extremum esse. Cap. XXX.



PROPRIVM visus sensile color est, inquit Aristoteles. Mouet autem visum, non tactilium more, contingens ipsum, sed transpiciui in spiciam intermedij opera, vel aeris scilicet, vel aquæ; quòd à colore motum, & ad oculos protensum, quo à colore commotus est motu, eodem oculos, transpiciuos & ipsos, visumque commouet. Itaque colores oculis appositi, & contingentes oculis nihil spectantur. Quin & odores itidem, sonique, intus illi iuditi naribus, hique in auribus aditi, propterea vel nihil profusus, vel longè ægerrimè sentiri Aristoteli videntur; quòd & ipsi, vt percipiuntur, intermedij aeris opera opus habent. At transpiciui motius color, nò cuiusuis motius est, sed perfecti tantum, actusque existentis; à luce scilicet collustrati. Per se enim imperfectum, & non actu, sed potentia modo transpiciuum est; perficitur autè, actusque fit, vbi à luce collustratur: vt lux transpiciui perfectio, & veluti color, & propterea quodammodo visibilis etiam videri possit. Colores porrò delatura, suscepturaque transpiciua, proprii coloris expertia oportere esse visa Aristoteli sunt, materialium reliquarum omnium more; quæ omnis naturæ, quam susceptura sunt, expertes factæ videntur; ne alienas aduenientes ea rejiciat, propriaque materiam subire prohibeat. Et transpiciuitas colorum materia visa Aristoteli est: siquidem materiam eandem & in densis, & in nò densis corporibus coloris susceptiuam esse oportet. Quoniam igitur aqua, & aer colorem in se ipsis suscipere videntur, quia transpiciua cum sint lucem suscipere videntur, quæ ipsorum veluti color est; transpiciuitas colorum materia ponenda est. Et alibi, Minimè (inquit) propterea, quòd aqua, & aer proprium colorem sortita non sunt, neque ab intrinseco proprii coloris causam habent, sed ab extrinseco eam recipiunt, at densa, quæ terminata dicuntur, proprium habent colorem, & ab extrinseco colorantur; diuersa natura coloris susceptiua in altero iudicanda est. Manifestum igitur (inquit) quòd hic, & ibi idem est coloris capax, transpiciuum videlicet. Quoniam igitur colorum materia transpiciuitas illi visa est; & corpora quæuis colorata videntur, corum præcipuè superficies, extremumque; corpora omnia transpiciuitatis participia Aristoteli visa sunt; & propterea colorem transpiciui terminati superficiem, extremamque, & superficies per se visiles esse, quia in se ipsis colorem habent.

NON

NON COLOREM, SED LUCEM PROPRIUM ESSE VISVS
sensile. Cap. XXXI



NON colorem, sed lucem proprium visus sensile, & solam per se visibile esse lucem, vsque adeo manifestum est; vt, si à firmissima quapiam ratione impulsus Aristoteles luce ommissa colorem primò visilem ponat, dandum tamen videri queat; qui nimirum sensu dimisso rationes seletur. Siquidem sensus ipse primò illam, & per se visilem, colores si quidem visiles, at secundo à luce loco, & lucis omnino opera visiles declarat; solam illam, seorsumque à coloribus, & vel minimam, longissimèque amotam, colores verò per se, & à luce non illustratos nullos intuitus vnquam. Nulla igitur ratione id ponens, sed veluti suo iure assumens Aristoteles, mihi quidem non damnandus modò, sed (vt alibi dictum est) vel prestigij captus, vel Dei ipsius potentiam amulari velle videtur, aliud rebus ingenium, aliasque indens vires, quam quibus ab illo donatè videntur. Colorem porrò ne secundo quidem loco visilem, sed profusus sui natura inuisilem, se se scilicet, propriamque speciem effundendi impotentem esse, & propterea videri, quòd, quæ sola visibilis est, lux ab eo intingatur, itaque eius speciem secum ad spiritum deferat, diuersi, qui in nubibus, marique spectantur, colores apertissime declarant. Quoniam enim vel omnium consensu, vel sensus ipsius testimonio, vno eodèque; nubes omnes, & albo omnino donatæ sunt colore; itaque (vt alibi dictum est) in se ipsas illæ spissatæ in aquam, grandinemque, & niuem, in benè scilicet albas coguntur res; & marina itidem aqua alba est omnis: ambigere non licet, quin, si ipsarum spectetur color, albus perpetuò spectetur. Propterea igitur nubes non albe omnes, sed omnibus ab albo ad nigrum vsque, obscurumque coloratæ apparent coloribus; & mare, quòd humillimum est, album, paulò profundius factum viride, cum ceruleum, postmodò & nigrum spectatur, obscurumque; quòd non rerum colores, sed lux spectatur ab ipsis quidem intincta, colorataque, & non solis, sed à materie insuper, quæ subit, nigredine. Itaque quò profundior ea sit, quò scilicet maiorè eius molem subeat lux, magisque eius nigredini immisceatur, eò amplius cadit obscuratur, ad nigrumque agit. Quin & in eo damnandus videtur Aristoteles; quòd colorum perceptionem non tactilium more contactu, sed motu aeri à colore indito, eoque, videnti animæ communicato fieri decernit. Neque enim imaginari licet, quò motus à colore, à maximè nimirum immobili, demortuaque, re aeri inditi possit; & multò etiam minus, quò oculos is subire, ipsisque in-existentm videntem substantiam commouere queat. Quòd si non id agere colorem sed, quæ lux nobis bonata est, facultate, se se scilicet effundendi, multiplicandique, & aerem propria specie afficiendi, itaque & oculos subeundi, in-existentique spiritui se se indendi potentem intelligat; colorem omnino non à luce ad videntem substantiam deferri, sed propriis ipsius viribus se se ad illam effundere statuat; itaque id modò lucem præstare, quòd aerem ad colorum speciem suscipiendam aptum facit: interrogandus omnino sit Aristoteles, quam nam aeri lucis presentia conditione indit, quæ non donatus colorum actionem, speciemque, vel rejicit, vel non admittit, at donatus nullo eam suscipit temporis momento; alia enim ipsa à luce Peripateticis sit oportet. Nam si sola ipsa indita colores spectantur, ipsimet, quòd summè pernegant, ponant; lucent nimirum primò visilem, & colores non aeri, sed luci propriam speciem indere, itaque in luce spectari, & si quidem visiles, secundo certè loco. At vero (quòd superest) si tenuiorem à luce aerem, & propterea ad colores suscipiendos aptum fieri dixerint; declarant oportet, qui à minima interdum luce circumfluit aer vniuersus nullo temporis momento tenuior, eaque amota nullo itidem temporis momento crassior fiat. Et non propterea omnino colores in luce spectari, quòd ab ea aer tenuior fiat, indè liquido patet; quòd quauis in aeris tenuitate, ac nulla à luce illustrata, nullus

C c 3 spectat

spectatur color, & quavis in crassitie statim qui adsunt omnes, simul ac tantula in ipso fit lux. Quin & indè liquidò patet, non colores, sed lucem modò visilem esse, colores nimirum propriam speciem effundendi impotentes, & propterea eà spiritui spectari, quòd lux eam deferat; quoniam quæ transpicuæ non sunt res, quæ scilicet lucem non admittunt, ita oculis admotæ, ut lux nulla ad illas accedere, ab illisq; ad oculos relucere queat, nihil prorsus ipsarum spectantur colores; at earum, quæ luci peruiæ sunt, pulcherrimè. Propterea enim illi nihil spectantur, sed, ut conspicui fiant, paululum ab oculis amouendi, itaq; omninò locandi sunt, ut quæpiam ad eos adueniat lux, & ad oculos ab ijs relucere queat; quòd se se effundendi prorsus impotens est color: at hi optimè conspiciuntur; quòd lux, quæ res, quibus insunt, permeat (quod passim pati videtur) ab ipsarum intingitur coloribus, & eas transucta oculos subit; itaque spiritui intuos illos præbet.

AEREM, ET AQVAM NEQVAQVAM COLORIS EXPERTES
esse, nec esse omninò oportere, quò colores suscipiant, deferantque.
Cap. XXXII.



AER: itidem, a quisq;, transpicuis omninò, per quæ colores spectantur, propterea proprium colorem auferens Aristoteles, quòd si is inexistat, alienis veluti aditù obsepit, suscipiq; eos, & deferri obstat, nimius propriarum positionum, nimius propriæ sapientiæ amator videri potest; qui nimirum rebus ipsis aduersas illas, repugnantesq; intuitus, non illas deferendas, demolendasque, vel corrigendas saltem, sed res ipsas immutandas, aliaq; specie donandas. **D**AVM scilicet earum conditorem, veluti in earum constructione errantem, corrigendum sit uerit. Neq; enim adeò omnibus manifestum aeris, aquarumq; alborè non illi conspectum fuisse crediderim unquam; nec credi omninò potest. Passim enim & aquam, & aerem, albos esse enūciat, & spumam, niuemq; propterea albas declarat, quòd multus utriq; inditus sit aer. Et sermonem de coloribus instituens (siue ipse, siue is eius auditor Theophrastus commentarium consecerit, qui ipsemet Aristoteles videri queat) prima corpora oia, & aquam in primis, atq; aerem albo donat colore. Et conspecta omninò Aristoteli aqua (quis enim id neget?) si non lucida, colorata visa sit, necesse est: ut non tam colorem aeri, aquisue inditum negare videri possit, quàm non indendum fuisse docere; quòd igitur dictum est, illarum conditorem **D**AVM errantem corrigere. At non tantum homini audendū, nec id propositum omninò erat; sed res ipsas intueri, & quales visæ sunt, tales eas ponere, tum modum, rationemq; inquirere, qua talibus ijs existentibus, quæ euenire videntur, eueniant. Coloratus itaq; conspectus aer, coloratus omninò Aristoteli ponendus erat: tum ratio, qua coloratus cum sit, colores tamen omnes nullo suscipiat negotio, nihilq; illorum immutet ullos, inquirenda; nihil verito, quin, quòd fieri videret, fieri possit. Et dubio procul paulò diligentius inspecta, cōspecta ea foret. **A**lbis. n. conspectus aer, & albore ad eò exili donatus, ut in non spissato illo ægerimè is conspici possit; utiq; coloribus ille alijs omnibus peruius, nullumq; illorum reiiciendi, aut immutandi potens Aristoteli videri potuit; naturas præsertim alias omnes, & lucem in primis, coloresq; ipsos, qui summè languent, non à contrarijs modò, sed à similibus, & paulò robustioribus nullo negotio, nulloque temporis momento adeò exuperari, obscurarique intuenti, prædicantique, ve vitium lateant. **A**lbis nimirum (ut in superioribus declaratum est commentarijs) calor, materia verò nigra cum sit; utique entium, quæ ex ijs constant, quoduis, vel albo, vel nigro, vel medio quopiam colore coloratum sit, necesse est.

Color

COLORVM MATERIAM NON TRANSPICVITATEM, TENVITATEMQUE, SED MATERIAM ESSE OMNEM, QUAVIS EA DISPOSITIONE DONATA SIT.
Cap. XXXIII.



QUONIAM igitur in transpicuis, tenuibusque, exilis is quidem, at proprius eorum quibusvis color inesse visus est, veluti & in opacis; & qui per illa ad oculos deferuntur colores, minimè in ipsis, ut in propria materia, nec alio omnino modo, quàm in densis, opacisque ijsdem suscipi visi sunt: nequaquam transpicuitas, tenuitasque magis, quàm opacitas, crassitiesque colorum materia ponenda est, sed æque utraque, vel opacitas, etiam magis, vel si minus promptè alienos ea suscipiat. Propterea id enim euenit, quòd robustior propius rei color, non à quouis obscuratur, sed à præpotentibus tantum. Quin & illud inculcandi Peripatetici videri possunt: quòd communem colorum materiam transpicuitatem cum statuunt, uniuersam eam penè incoloratam ponunt. Esto enim communis agentium naturarum materiæ more nullo, proprio colore communis colorum materia donanda sit, ne inexistens is alienos reiiciat: at illius iisdem more alienis eam semper coloratam esse oportebat; nullamq; eius portionum illis omnibus denudari unquam. At Peripatetici longè maxima, longèque nobilissima transpicuitatis portio, quid portio? transpicuitas ipsa uniuersa, uniuersa colorum materia perpetuò colore caret, nec colorari etiam potest unquam, coelestes orbis, sublunarisque, & hic terræ proximus aer, & aquæ in super elementum. Nam si à luce perfici illorum transpicuitatem dixerint; non colorum amplius, sed lucis subiectum sit transpicuitas. Eo præterea incommodo premi Peripatetici videntur; quòd corporibus quibusvis, quæ colorata videntur, transpicuitatem indant oportet; & (ve visum est) induent omnibus: quo neq; absurdius quicquam, nec possibile minus poni potest. Siquidem transpicuitas (ut vel ipsum nomen declarat) tenuitas summa est, puraque, & quàm lux uniuersam permeat, & in qua uniuersa luceat. Quæ igitur lucem penitus non admittunt, quantumuis eorum superficies à luce illustretur, minimè ea transpicua poni possunt. At neque in corporum superficie tantum color inesse apparet, sed nihilò minus, quàm extremæ, peritiores eorum partes, quibus nullam omninò inesse transpicuitatem existimare libet; colorata videntur: veratione nulla transpicui terminati extremum, & superiorem eisdem (ut Aristoteli placet) color poni possit.

AUDITVM SPIRITVM AB EXTERNO AERE COMMOTO FIERI;
et sonos omninò omnes aeris motus esse; horumque perceptionem sonorum esse perceptionem.
Cap. XXXIII.



AER: & ipse spiritu fieri videtur commoto; at nequaquam ille ab externâ vlla re constructio, vel dilatato, nec alterato omnino, aut contracto, sed verè ad motum ab externo aere acto. Continuus videlicet, & longè tenuissimus, longèq; ad motum apertissimus cum sit aer; quavis sui parte impulsus, commotusq;, uniuersus is commouetur: veluti aqua, quasi pñcto interdum agitata, commotaq; uniuersa agitatur. Quin multò etiam aer promptior, multòque maius in spatium, multò aqua tenuior, multoque ad motum promptior. Vel longissimè itaq; amotus à nobis aer, ubi imPELLITUR, dimoueturque, nos ambientem aerem, nostrisq; inclusum auribus impellit, dimoueturque. Is verò in auris intimum, ad pergracilem sanè adactus pelliculam, quæ externo aeri ad cerebrum, spiritumque ingressum occludit, pelliculam, neruumque ad

cam

eam delatum feriens, impellensque, neruo inexistentem, & per hunc in ventriculis contentum spiritum commouet vniuersum; continuum & ipsum existentem, multoq., quam aer est, tenuiorem, minusque moueri pigrescentem. Commoueri porro se sentiens spiritus, sonos exaudire videtur. Et huiusmodi motuum perceptiones auditum esse, & quo dictum est modo fieri, sonorum omnium exortus, & ipsa amplius aurium manifestat constructio. Soni videlicet, qui sunt omnes, vel corporibus se se mutuo, violenterque percutientibus fiunt, vel vno saltem celeriter per aerem delato; animalium vero voces aere confertim, violenterque expirato, & veluti dearticulato; aere scilicet commoto soni omnes. Neq. enim aliud pati à corporum concursu, vel ab eorum latrone aer videri potest; nisi quod vel violenter exploditur, vel impellitur; violenter mouetur omnino, eoque mouetur motu, qui circumfluo etiam communicari possit. Neq. igitur, vbi leniter se se corpora feriunt, sonum adunt vllum: quod nimirum non is aeri, qui exploditur, datur motus; qui si quidem circumfluo communicari possit, ad aeremq. auribus inclusum deferri, spiritui etiam (quod, vt sonus fiat, fieri omnino oportet) auditorio inexistenti neruo, & per hunc in ventriculis contento datur. At neq. mollia, laxaq. (cuiusmodi lanæ existunt, spongiæq.) quauis in se ipsas terantur vi, sonum adunt vllum; quod nimirum non eijcitur inclusus aer, sed illorum poros subit, cavitatesque: neq. vbi acus acum ferit; quod perexiguus, qui eijcitur aer, circumfluum nihil commouet. Sonus enim vt fiat, is omnino aeri dandus est motus, qui ad spiritum in ventriculis contentum perueniat. Id vero quacunque fiat ratione, sonus iidem sit. Vel vbi igitur tenuissimi vapores, & modicum quid ab aeris natura dissidentes in densum nullum, neque in se ipsos impacti quicquam, at per aerem modo paulo celerius delati, vt eius cessionem, & quasi fugam proueniant, aerem itaq. impellent, sonum & ipsi quaque adunt versus. Nam crassiores, spissatiq. in nubes, vbi in se ipsos violenter feruntur, & mutuo se ipsos feriunt, percutiuntque, tonitruum ingentem nimirum faciunt sonum, at qui tamen non valde in longum feratur; quod se se ferientes nubes magna quidem vi aerem explodunt, at non valde in longum cum proijciunt. Pila vero ferrea, quæ ignis uiuæis è tormentis excutiuntur, non adeo forte magnum, sed multo certe in longius; quod in longum ipsa, & summa delatae velocitate, in longum, & summa aerem propellunt vi. Et vbi, quæ se se mutuo percutiunt, corpora concaua vtraque sunt, vel eorum etiam alterum; inexistentisque aer vehementius commotus est, quam vt ad eius extremum adactus motum sistat, sed diu in eo commouetur: diu ibi remanet sonus, & tandiu omnino, quandiu & motus. Et vbi, qui fit motus, vehemens dum ad aerem peruenit, densa, leuique, & concaua inclusum rei (neq. igitur datum motum sistere, nec ulterius progredi potest aer, nec poros illos, vllasue subire latebras, neq. in latera diffundi, dissiparique, à denso, duroq. retentus, reiectusque, & æquè, vndiq. coercitus) resiliat itaq. indè, & retroflectatur oportet, vnus idemq. remanens, nihilque ab æquabili, & leui diuulsi, seperatusq. re, & motum veluti mutuo datum aeri proximo, à quo illud accepit, restituat, idem reiteratur, resiliaturq. sonus, quem Echo vocant. Quin & externo interdum nullo commoto, sonus tamen quidam, & quasi sibilus exauditur; quod nimirum ab alieno spiritu in cerebro ingenito, exitumq. forte quarente, commoto ibi omnino, agitatoque (neque enim immobilis torpeat) noster itidem commouetur, agiturq. spiritus. Et manu, multoq. amplius cornu auribus appposito sonus itidem sentitur; quod propria natura mobilis aer, in aure, cornuque inclusus, exituque carens, & exitum forte, liberumque, & patentem locum quarens, nequaquam arcto coniectus, angustoque, validius motum concitat, & aurem ferit.

ANIMA

ANIMALIUM ITIDEM VOCES AERIS MOTVS ESSE; EARVMQ. differentias omnes iuxta diuersam expirati aeris tenuitatem, arteriarumque, per quas expiratur, dispositionem, magnitudinemque, & expirantis animæ voluntatem, viresque fieri. Cap. XXXV.



ANIMALIUM itidem voces aeris & ipsæ motus esse, manifestè apparent. Manifestè. n. qui expiratur aer vbi à lingua, labijsq. veluti effingitur, efformaturque, & figuratur, certa q. vi, & certa emittitur ratione, vox fit. Neq. igitur, quæ aerem non admittunt, animalia sonum adunt vllum; & quæ adunt ibi modo ad eum videntur, vbi aer expirat; tandiuq. in omnibus durat sonus, quoadiu, qui inspiratus est aer; at eo absumpto, nouus omnino inspirandus est, si sonus adendus. Et vel eorundem animalium voces iuxta aerem, quem expirant, & iuxta organorum, arteriarum præsertim magnitudinem, dispositionemq., & spiritus emittentis voluntatem, viresq. variantur, magis nimirum, paruaq., & tarda, celeresq., & lenes, asperæq., & flexibiles fiunt, & veluti rigentes. Arteriæ videlicet, musculisq., qui circa laringem sunt, inexistentis spiritus, variè arteriam, laringemq. constringens, dilatansq., & varia vi non eundem expellens aerem, sed qui tenuitate, crassitieq. valde interdum differant, sonos adit magnitudinis, & celeritate summè inter se differentes. Nam & multum, & exiguum aerem, & celeriter vtrūq., & tardè emittere potest. Vbi itaq. varianda, & certa quedam vox emittenda est, meditari videtur spiritus, quo illam adat modo: quantum videlicet arteria, larinæq. constringenda sit, dilatandaq.; tum qua celeritate emittendus sit aer; illasq. constringendi, dilatandi. & aerem eijcendi rationem, modumq. tandiu immutat, quoad, quam propositum est, adat vocem. At & lenitate itidem, atq. asperitate eiusdem etiam generis animalium voces summè inter se differre videntur: aliæ nimirum vniformes ipsæ esse, æquabilesq., & vno, eodemq. motu vnitum, collectumq. spiritum commouere; aliæ sibi ipsi diuersas, inæquabilesq., & vel eodem varijs spiritum mouere motibus, eūq. veluti discerpere, dilaniareq. Id vero propterea euenire videtur; quod arteriarum aliæ leues, æquabilesq.; per quas igitur, qui efflatur aer, nihil à se ipso diuisus, nihilq. à prominente vllio discretus vnquam, sed vnus, idemq. perpetuò remanens vnus, eodemq. vniuersus ipse mouetur motu, & spiritum etiam vniuersum vno commouet, eodemq. asperæ aliæ, inæquabilesq., & tumoribus multis veluti intereise, interruptæq.; neque igitur, qui per illas effertur aer, vnus omnino effertur, sed veluti in multos diuisus, separatusq.; & propterea diuersis ipse commotus motibus, iisdemq. spiritum commouens omnibus, illum veluti dilaniat, discerpitq.; Horum præterea voces veluti flexibiles videntur; facile nimirum variantur, & è magnis parua, & celeres fiunt è tardis: veluti regentes aliæ vnus, eundemq. perpetuò seruantes tonum, in alios transire ineptæ; quod nimirum molles illorum arteriarum, & quas inexistentis spiritus nullo negotio dilatat, contrahatq., aerem itaq. quantum vult, & qua vult, expellat ratione; duræ hæ, renitentesque, & quas ægrè vel contrahat, vel dilatat spiritus; è quibus igitur vno tantum modo, rationeq. vna aer efflatur, & vnus, idemq. adatur sonus. Propterea igitur & puellæ, & pueri, & qui frigidas incolunt terras, in vniuersum qui humido sunt corpore, acutam omnes, celeremque, & benè flexibilem, leuemque emittunt vocem; quod arteriam sortiti sunt angustam, mollemque, qualem facile dimouet spiritus, & æquabilem in super, leuemque: contra grandiores natu, calido præsertim qui sunt corpore, quique sub calido degunt æthære, in vniuersum quorum corpus arefactum est, tardam omnes, minimèque flexibilem, & asperam emittunt vocem; quod eorum arteriarum latae sunt, renitentesque, quales ægrè dimouet spiritus, plurimisque distinctæ sunt tumoribus.

SONO

SONORVM PERCAEPTIONEM MOTVVM, QVIBVS AB EXTERNO AERE SPIRITVS IN VENTRICVLIS COMMOUETVR, PERCAEPTIONEM OMNINO ESSE, & EX IJS, QUAE DICTA SUNT, & EX AVRIUM CONSTRUCTIONE PATERE. Cap. XXXVI.



QUONIAM igitur soni, qui fiunt, omnes, ipsaq; in primis animalium voces manifestè ab aere commoto fieri, & aeris omnino motus sequi videntur omnes; sonos, quos percipit spiritus, motus eiusdem esse ab externo aere ei datos, dubitare minimè licet. Neq; enim aliud in spiritum in ventriculis contentum externi aeris motus agit, at illud dimoueat modò, eodemq; agitet motu. Et id omnino fieri aurium constructio manifestat. Propterea enim patulae, prominentesq;, & veluti in elicem factae sunt; vt aerem ille multum contineant, & vndiq; is coercitus quauis impulsus ui, nihil tamen diffundatur; sed & ipse, & qui ipsi datur motus, vnus seruetur, idemque, nec languescat vnquam, minori assidue aeri datus, & veluti ab aurium amphraetibus, duritieq; assidue robur sumens. Et propterea auris extremum pergracilis pellicula occludit, nervusq; ad eam desertur; vt facile ea impellatur, eaq; impulsu, & nervus, & neruo inexistens spiritus commoueatur, & ab hoc vniuersus in ventriculis contentus; continuus (vt dictum est) & summè tenuis, summèq; propria natura mobilis. Quin & ossae appositae sunt res, in incudis formam altera, altera vero in malleoli, eaq; locatè modo; vt pellicula impulsu malleoli in incudem adigatur, incudemq; feriat; quò scilicet aerem, spiritumq;, qui in ipsius, incudisq; medio est, expellat; is itaq; nervum amplius, & si quàm in ventriculos illabi potest, spiritum etiam ibi contentum feriat. Et hunc omnino omnem, & reliquum etiam quauis in corporis parte existentem, verè à sonis commoueri, ipsi penè intueri licet oculis. Manifestè enim à sonis quibusdam exhilarari, diffundiq; ipsum sentimus, contrahi ab alijs, tristitiaque affici, & lachrymas etiam excuti, ijs nimirum exagitari spiritum moribus, quibus & gaudens exagitur, & mærens; à quibusdam etiam ad quietem agi, sedariq;, & componi, exagitari ab alijs, & veluti furens fieri videtur. Adolescentes à Phrighio tibiçine in furorem actos, & insana peragentes Dorico cantu sedauit Damom: non amplius scilicet in sulfo illo commotus est spiritus motu, sed concinno, & venusto. Contineri nos ipsos interdum minimè possumus, quin quibusdam perceptis sonis vniuersum corpus commoueamus, agitemusque; eaq; ratione, & motu, quo sonus factus est; eo nimirum, qui ab externo aere spiritui datus est. Ab ipsa itaq; admoniti, edoctiq; homines re, à sonis spiritum maximè exagitari, commoueri que; vbi summè commoueri illum volunt, & vel in furorem, vel in summam agi lætitiã, sonis vtuntur omnes.

MODO, QVI EXPOSITVS EST, ARISTOTELI ITIDEM SONOS, AUDITVMQ; FIERI VISVM ESSE. Cap. XXXVII.



NON ETIAM à nobis diuersus sonorum, & auditus naturam Aristoteles ponit. Nam & sonos aeris motus esse enunciat, & auditum aeri cognatum, similemque, & in capite eum collocat; ab ipsa (reor) admonitus, coactusq; re. Manifestè enim aere commoto soni fieri oēs, manifestèq; in capite sentiri videntur. Modum itaque, quo in corpore res, & in corde residens ab aere commoto patitur, similisq; illi fiat, in venire impotens Aristoteles, necessariò audientem animam aeri cognatam statuit. At obiter, & aliud penè agens, nec modum vltimus, quo sonos percipiat, tradit vllum; veritus (vt existimare licet) ne manifestè rem afferret summè proprijs principijs, proprijsq; positionibus aduersam, repugnantemque. Vt nunquam satis mirari hominem queas; qui cum & odorantem, & audientem animam in capite residere, & aeri cognatas, similesq; ab aere passas, immutatasq; viderit, posueritq;, non vniuersam animam sentientem

tientem ibi collocarit, & aeris naturæ similem fecerit; pulcherrimè ratiocinatus, animam sentientem vnã esse, eandemque omnem.

CVR SONI SPIRITVM OBLECTANT; ET CVR NOVI AMPLIUS, & cur diuersi simul æditi, at non valde à se ipsis dissidentes, & cur minores, tardioresque. Cap. XXXVIII.



QUONIAM igitur soni motus sunt ab externo aere in spiritu facti: propterea, si cum ratione fiant, summopere illi spiritum oblectant, quò ad motum, ad propriam. scilicet cum agant operationem; impotentem per se (vt videtur) in oblongis, varieq; difformibus, & angustis ventriculis moueri; & propterea, vt videtur; quò quæ mobilia sunt oia, vt moueantur, loco opus habent, in quo moueri possint, nihil à se ipsis diuisa, separataq;, nec in se ipsa acta, conspissataq; vnquam, nihil omnino à propria dimota natura. Neq; igitur bene ad motum aptus, & summopere motu gaudens, & seruari motu terris proximus visus aer, à se ipso moueri videtur. Et propterea (vt superius dictum est) quò in montium inclusus ille interuallis, si moueat, vel à se ipso diuidatur, vel in se ipsum conspilletur. At spiritus eo in super impedimento, ne moueatur, retineri videtur; quò non à stabilibus, firmisq; rebus, sed à tunicis continetur; quæ, nè concidant, sublinendæ omnino sint, subleuandæq;, & quas spiritus per se subleuare impotens videtur; & nisi ab inspirati aeris vi subleuentur, spiritum opprimant; vt in de respirationis vsu commentario explicatum est: vt non nisi ab externo aere impulsu in illis contentum spiritum moueri posse existimandum sit. Merito igitur summa à sonis afficitur spiritus voluptate; à quibus nimirum ad propriam agitur operationem; & à nouis amplius (quò à nouo motu veluti excitatus spiritus attentius operatur) at qui à se ipsis non valde diffideant, quales dissoni dicuntur; quò propria mobilis natura, quò magis mouetur, dum non propterea non violenter à se ipso segregetur, & veluti discerpatur, cò oblectatur magis. Magis porò mouetur multis simul, quàm vnico commotus motu; vel si non oibus illis vniuersus ipse commoueatur, sed quasi singulæ eius partes illis singulis. Qui. n. quauis in eius parte motus fiunt, ij (vt alibi expositum est) vniuerso comunicantur. Fortè & amplius; quò aeris more in vtre inclusi, ventriculos vniuersos, quantulusnis ijs inexistat, replens spiritus, à quouis ferè impellatur motu, quæ eius pars extremis illis inest, extremusq; contingit tunicas, in eas adigatur, ab eisq; in subsequente reflectatur oportet. Vbi igitur spiritus vniuersus, vniuersa. scilicet eius latitudo simul, eademq; impellitur omnis vi; quæ extremas tunicas contingit eius portio, simul ad eas adacta omnis, omnis itidem simul ab ijs resiliat oportet. Et minimè illa quidem, incorporatæ, rectaq; delatæ lucis exemplo, in se ipsam resilit, eundemq; in locum, quem. scilicet subsequens, & vehementiore delata motu occupauit iam, repleuitq; omnem; sed statuum, ventorumq; in densum quid impactorum more, vel superius, vel etiam inferius acta quid, at idem omnino per spatium. Neque. n. aliud, in quod vel regrediatur, vel se recipiat, adest. Eodem itaq; illa cum subsequente facta in spatio, & quò ab earum altera repleti videtur omne; vtraq; comprimatur, & veluti conculectur necesse est: at multò certè minus, si diuersæ eius partes à diuersa impellantur vi. Quæ enim vehementius impulsæ sunt, citius ex, ab alijsq; seorsum reflexæ, & minore omnino indigentes loco, minus subsequentes comprimant, minusq; ab ijs comprimantur ipsæ: at moderatè illud tamè, certaque ratione. Nam si spiritus pars à multo, quàm reliquæ, vehementiore impellatur motu, violenterq; à reliquis abstrahatur, segregaturque, discerpi, dilaniarique videtur spiritus: id quò & a dissonis sonis, & à vocis itidem asperitate pati videtur. Neque. n. aliud vel illi, vel hæc, quàm nimia motuum inæquabilitas videri potest. Et modo quidem nullo, nullaq; à se ipso segregari, seiungiq; spiritus vult ratione, sed sibi ipsi perpetuò hæerere, vnitusq; esse. At paulatim ille

lenteq;

lentèq; segregatus, multò minus (vt passim sentire licet) dolere, quin gaudet etiã; diuidi, vel non sensiens, vel non curans; nullo id fieri malo edoctus; at moueri percipiens: id quod, & à consonis sonis, & à leni habet voce. Ad propriam. s. agi operationem, at nequaquam tamen à propria dimoueri natura spiritus vult. Propterea igitur & parui, & tardi soni magis illum, quàm magni, celeresque oblectant; quòd hi spiritum vniuersum, summaq; in vasa adigunt ut; vt nõ adeò is motu (si quidem adeò celeri gaudet) oblectetur, quàm concussus doleat. Et vbi languet, minimo, tardissimoque gaudet sono: est vbi & silentio. Quiuis nimirum motus, sonusque spiritum in vasa adigit, concutitque: at valens vbi est, atque integer, eòq; etiam crassior si sit, vel vehementem sustinet collisionem; quæ vel languidissima summè imminutum, summèque tenuem spiritum summa afficit molestia.

QUOMODO SONORVM QUANTITATEM, ET DISTANTIAM percipiat spiritus. Cap. XXXIX.

SONI porrò iuxta primò commoti aeris quantitatem magni, paruique spiritui sentiuntur; non quòd maior, minorue illius portio aures subeat, vel quòd, qui ab illo aeri auribus incluso inditur motus, non vniuerso ipsi, sed maiori, minoriue ipsius indatur portioni. Quoniã enim quantulous aere commoto, circumfluus aer vniuersus commouetur; vt sonus declarat, qui quantulusuis fiat, in vniuerso sentitur aere: vtiq; quantulus aeris portione commota, eadem, & tantã omninò aeris quantitas aures subeat, quantam ipsarum cavitatis admittit, & vniuerso omninò, qui in ipsis continetur, externi aeris motus æquè communicetur necesse est. Propterea itaq; illud fieri censendum; quòd, veluti, qui aeris puncto cuius datur motus, circumfluus is aeri vniuerso comunicatur, ita & qui vastissimæ illius inditur moli, vniuersus is circumfluus aeris vniuersi cuius comunicatur puncto: quoduis scilicet illius punctum inditum motum singulis circumfluus aeris comunicat punctis. Itaq; quanta aeris moles commouetur, tantus perpetuò circumfluus aeri inditur motus. Et vel si is, qui è proximo, & qui è longinquo ad nos sonus, aeris scilicet aduenit motus, æquè vterq; languet tandem; illum tamen è proximo, hunc verò è longinquo aduenire diiudicat spiritus; quòd qui aeris portioni cuius inditur motus, circumfluus quidem is aeri comunicatur vniuerso, at non statim certè, nulloq; temporis momento, sed spatio oïno quopiam interiecto. Nec interea tamen nihil ille commouetur. Longè enim tenuissimus, maximèq; sibi ipsi continuus cum sit; vtiq; statim, ac illa commota est, & simul omnino circumfluus aer vniuersus commouetur necesse est. Itaq; priusquam illius motus ad nos perueniat, aeriq; auribus incluso comunicetur, is qui in intermedio interea factus est aere, illi comunicetur necesse est; benè quidem languens, & qui manifestum sonum non faciat: at quòd & ipse illum, pelliculamque, & spiritum etiam commouet omninò quid, & quid omninò impellit, quempiam omninò impulsione, commotionisq; sensum spiritui facit. Itaq; vel si & qui è proximo, & qui è longinquo aduenit motus, æquè vterq; languet tandem; quoniã illum breuiorem, hunc verò diuturniorem esse percipit spiritus: è proximo illum, hunc è longinquo aduenire diiudicat. Veluti scilicet rerum, quæ spectantur, non speciem modò, magnitudinèque, sed distantiam etiam percipit spiritus, & propterea omninò, quòd non ab illis modò, sed ab intermedio itidem aere relucet lux; & non illarum modò, sed huius itidem specie intincta oculos subit; itaq; huius itidem, & prius omnino, quàm illarum magnitudinè spiritui intuendam præbet: sic & sonorum non magnitudinem tantum, celeritatemque, sed & distantiam etiam percipit spiritus; quòd non is modò motus, qui aeri primò commoto, & qui manifestum sonum facit, sed is itidem, & prius, quàm ille, qui (vt dictum est) in intermedio factus est aere, spiritui comunicatur.

BERNARD.

BERNARDINI TELESII CONSENTINI

DE RERVM NATVRA IVXTA

PROPRIA PRINCIPIA

LIBER OCTAVVS.

SPIRITVM RERVM, QVAS SENTIT, SIMILITVDINEM,

diuersitatemque sentire; & qua idem agunt, vt vnum, quæ vero diuersa,

vt diuersa sentire.

Cap. I.

R

Es porrò omnes propterea percipiens spiritus, quòd ipse ab omnibus patitur, commoueturq; earum itidem similitudinem percipit, & dissimilitudinem. Quæ. s. idem in ipsum agunt, & à quibus idem ipse patitur, vt vnum ea omnia, atq; vt idem percipit, statuitque, at diuersa, quæ diuersa agunt, & à quibus patitur diuersa. Quæ igitur in longè plurimis posita rebus idem agunt, & à quibus idem patitur, vt vnum, idemq; percipit ea omnia; & vnum omninò esse ea omnia statuit: quæ contra diuersa agunt, & à quibus diuersa patitur, vel si enti vni insint, vt diuersa sentit, diuersaq; statuit. Idem itaq; ab ignibus quibusuis passus, eodemq; ab omnibus commotus motu, omnes vt vnum sentit, omnesq; vnum statuit; & niues itidem omnes niuem vnã; eadem ab omnibus passus, eodemq; ab omnibus commotus motu: diuersa vero ab homine vno passus, diuersoq; ab eo commotus motu, vnum ipsum nec sentit, nec statuit, sed è multis compositum rebus. At nec ea modò, quæ tota ipsa penitus sibi ipsis similia vnum, idemq; omnia, & eodem in spiritum agunt modo, vt vnũ ea sentit spiritus, vnumq; ea statuit; sed quæ etiam inter se in quibusdam differunt, si in quopiam conueniant, in eo vt vnum illa sentit, & vnum itidem illa statuit: id nimirum, quod idem agit, & à quo idem ipse patitur spiritus, eodemque commouetur motu. Et vbi itaque quouis intuetur homines, vel bene in multis inter se eos differentes; omnes tamen vt vnum hominem sentit, vnumq; esse statuit: in eo scilicet inter se congruentes, conuenientesq;, & idem in eo ab illis passus, quo homines sunt; quatenus. s. iisdem è partibus composita, iisdemque & operandi, & patiendi donati sunt viribus, sese. s. mouendi, sentiendiq; facultate donati sunt: similitudinem nimirum intuetur spiritus, quæ hominibus inest omnibus, ab ijs seorsum, quæ illorum insunt singulis. Sic itidem & equos, leonesque, quin & leones, equosque, & homines, vel magnum quid inter se distantes, at in eo, quo animalia sunt, conuenientes, congruentesq;, vt vnum eos oēs sentit, vnumq; omnes statuit; & quæ omnibus inesse, & omnibus euenire sentit, & comuni ea omnia homini, equo, & leoni attribuit, atq; animalis; & hominis, & equi, leonisq;, & animalis esse ea sentit, statuitque. Quæ similia omninò in multis sentit spiritus ab ijs seorsum, quæ in iisdem diuersa percipit, in vnũ ea colligit, connectitq;, & vnum esse ea omnia statuit; & quæ diuersa, vel ente in vno sentit, vt diuersa sentit, diuersaq; statuit; & quæ similibus entibus inesse, aut euenire sentit, communi illorum naturæ attribuit ea omnia. Quæ scilicet hominibus inesse omnibus, & quæ omnibus euenire sentit, ea homini attribuit omnia, omniaq; hominis esse statuit: at non quæ singulis seorsum ab alijs; sed illis modò ea attribuit, quibus inesse sentit, & quorum propria esse videntur.

DE SPIRIT.

SPIRITVM QVAE SENTIT, IMAGINARI, MEMORARIQVE,
& reminisci. Cap. II.

A & passionum, quas patitur, motuumque, quibus mouetur, nequaquam simul, ac pati, moueri; cessat, statim eorum obliuiscitur, nihil; eos recolare spiritus potest; sed in summe ipso sentiente, summeq; mobili (vbi praesertim valide a quibusdam commotus est. & saepe, & diu) motuum, passionumq; quibus commotus, & quas passus est, habitus quidam, & quaedam cognitio, quae memoria dicitur, & ipsi penè remanent motus; quibus, vbi vult, moueri potest, & mouetur omnino. Quaecumque igitur sensu percipimus, imaginari ea licet ois; & navigationis memores, nauis afficimur, & horribile quid imaginantes nihil interdum minus, quam id conspicientes tremore corripimur. Qualis nimirum saltandi, canendiq;, & citharam pulsandi, artesq; omnino quasuis addiscentibus nobis motuum, quibus in illis mouemur, cognitio remanet; talis eorum itidem, quibus a sensibilibus agitur. Neq; enim vel substantia alia in illis, in his vero alia, vel alia mouetur ratione; sed idem vbiq; spūs, eodemq; commouetur modo. Quin & (quod reminisci dicitur) rerum itidem, quatum cuiuspiam modò partis, & per exigua interdum cognitio seruata est, eas etiam imaginari, & veluti ante oculos ponere potest spiritus; quarum memoria nulla superesse videtur. Motu enim, cuius cognitio seruata est, sapius, diligenterq; recolens, ad reliquos, quibus cum illo moueri solebat, veluti excitur, & quasi manuducitur. Id vero & in externis, quos didicimus, euenire motibus passim intueri licet: quorum scilicet portionis quamuis interdum cognitio remanente, vbi ea saepe, intentèq; mouemur, reliquarum itidem cognitio emergit; quae scilicet non penitus euauerat, sed veluti latebat.

RERVM, QVARVM CONDITIO QVAEPIAM MANIFESTA, RELIQUAE OCCULTAE SUNT, HAS ITIDEM IJS SENTIRE SPIRITUM IN REBUS, QUIBUS ILLA INESSE, & QVAE TOTAE PERCEPTAE SUNT; QUOD INTELLIGERE DICITUR. Cap. III.



A non modò res sensu perceptas, motusq;, quibus ab ijs commotus est, absentes itidè, cessantesq;, recolare, & quoquo sentire pacto, & ab absentibus itidem, quo expositum est modo, pati; commoueri, & vel praesentium, vel absentium illarum, passionumq;, & motuum, quas ab illis passus, quibusq; commotus est, similitudine intueri spiritui datum videtur; sed rerum itidem, quarum conditio quaequam manifesta, reliquae occultae sunt, has itidè ijs intueri in rebus, quibus illa inesse conspiciuntur, & quae totae perceptae sunt, quod intelligere vulgò dicitur, quodque (ut postea dicemus) existimari, vel potius commemorari dicendum est. Non. f. quae sentit spiritus, vel vnum sunt omnia, vel vnum etiam singula; sed maxime à seipsis differunt entia; & singulis ijs multa insunt, quae maxime à se ipsis diuersa sunt; & quae singula seorsum à reliquis percipi possunt. Ens nimirum quoduis & natura, & dispositione, & specie propria, proprijsq; agendi, operandique, & patiendi facultatibus, aptitudinèq; donatum est: proprias videlicet singula actiones, propriasque adunt operationes, & proprias etiam patientur passionem; & horum quoduis per se manifestum esse, & à reliquis seorsum percipi potest; ijs praesertim in entibus, quibus integrè insunt naturae: quae igitur propriam ijs dispositionem, propriamq; speciem, & proprias agendi, operandique, facultates indidit. Nā quae ab imminutis constituta sunt naturis (quod vel propriam eedispotionem, vel propriam speciem, vel propriam agendi, operandique, facultates indidit non potuerit; vel impuras, obscurasq; indidit) quantūuis vna ipsorum conditio innotuerit, nequaquam reliquae, quae illis coire solent, inquirendè in ijs sunt: quae. f. vel

nulla

nulla insunt, vel obscurissima sunt: sed eo tantum in ente, quod à natura constitutum est materiam penitus exuperante: & quae igitur enti, quod constituit, propriam dispositionem, propriamq; speciem, & proprias agendi, operandique, facultates indidit oēs; itaque nusquam ea à se ipsis separantur, & nusquam latent; sed perpetuò manifestae sunt, & sibi ipsis coeunt omnes. Quod si non multis in entibus, nec quouis etiam in igne, in eo certe, qui à calore penitus exuperante accensus est, factum apparet: qui scilicet, & tenuis, & lucidus & bene mobilis est; & quae attingit, emollit, liquefacitque; & quae penitus vniuersa exuperat, in summam agit tenuitatem, quae non vniuersa, in fumum, cineresque; dispositione scilicet, quae maxime calor gaudet, & propria caloris specie, & ijs agendi, operandique viribus donatus est, quae caloris propriae sunt; caloris omnino condiciones, facultatesq; illi insunt oēs, perpetuòq; sibi ipsis in illo omnes coeunt. Quoniam igitur in igne, qui perfectus est, quouis condiciones hae omnes perpetuò, in entium verò aliorum nullo earum vlla, qualis in igne spectatur, conspiciuntur, & harum nulla seorsum à reliquis conspiciuntur vnquam; omnes ignis proprias esse intelligit spiritus. Itaque vbi harum quampiam percipit, reliquas ei annectit, vnitq; omnes. Enti nimirum, quod lucidum conspiciuntur, summum ei calorem, & emolliendi, liquefaciendique facultatem attribuit: & si attenuari quid, emolliariq;, vel si fumus modò, cinisq; conspiciuntur; ab igne, igneaque natura vtrumq; factum esse iudicat; ab illo vno vtrumque fieri perpetuò intuitus, ab alio nullo vnquam. Et si quid in super propria vi moueri conspiciuntur; ab ignea id natura moueri statuit: quod vnus ignis, igneaq; res, alia nulla à se ipsis moueri vis sunt. Sic & entium reliquorum condiciones omnes, & entia omnino ipsa vniuersa innoscunt, vel vna modò ipsorum conditione manifestata; vbi ens inuentum fuerit, cui inesse ea visa sit; & quod vniuersum, cuius. f. condiciones omnes spiritui perceptae sunt. Neq; enim ambigere licet, quin ijs illa copulata, coniunctaque sit, quibus perpetuò coeisse, & à quibus seorsum conspiciuntur numquam. nec quin huiusmodi omnino insit enti, cuiusmodi vni perpetuò coeisse, & à quo seorsum visa est numquam. Itaq; (liceat enim tanti momenti res aperitissima vt fiat, vel quae satis declarata sunt amplius explicare, & repetere quae dicta sunt) si entis cuiuspiam species innotuerit, natura, viresq; ignote sint; vt & ipsae innotescant, res omnino inuenienda est, quae eandem sortita sit speciem, & quae penitus innotuerit; cuius. f. non species modò, sed actio, passioque, & operatio percepta sit: ea porro inuenta, entis itidem, cuius species modò percepta est, natura, viresq; inspiciuntur. Eadem. n. sint oportet, quae entis penitus noti sunt: si quidem quae vtrique inesse visa est conditio, huiusmodi entibus oibus, alijs verò nullis inesse conspiciuntur vnquam. Et vbi contra actio modò, aut etiam passio, operatione manifesta sit, ipsum verò penitus ignotum sit ens; si quae illarum habetur, in ente penitus noto conspiciatur, reliquae omnes, & ens etiam ipsum vniuersum manifestum fiat. Neq; enim aliud sit, quam cuius quae habetur actio, passioque, aut operatio perpetuò, alterius verò nullius visa est esse. Et quoniam contrariae, quae sunt, naturae, perpetuò contrarias ex actiones, contrariasq; adere operationes, & contrariae hae, atq; illae à contrarijs conspiciuntur adi naturis; propterea contrarias actiones, operationesue intuitus (spiritus, à contrarijs eas naturis adi, & contrarijs perceptis naturis, contrarias eas actiones, operationesque adituras noscit. Quoniam verò, & quaedam entibus inesse visa sunt omnibus, & nulli quaedam; hae itidem qualia visa sunt, talia sentit: enti nimirum hae nulli, omnibus illa inesse. Quoniam scilicet enti cuius summum proprii boni, propriaeque conseruationis appetitum inesse sentit; itaque omnia propria, similiaque, à quibus fouentur, seruanturq; sectari, amplexarique, contraria verò, & à quibus corrumpuntur, aufugere, auersarique: ens omne bonum appetere statuit. Et quoniam quae percepta sunt, vel alba percepta sunt, vel non alba; quod album simul sit, & non album nullum omnino vnquam, enti profus nulli ve

Dō : quid


quid sit, & id non sit attribuere potest; sed omnia, aut esse quid, aut non esse id sentit. Quæ demum entibus inesse sentit omnibus, omnibus ea indit; & nulli itidem, quæ nulli: & si quid ponatur, quod ijs, quæ sentit, aduersum sit, contrariumque, & quod simul cum ijs stare non possit, sed si ponatur, ea, quæ sentit, vel quæ ex ijs necessario emanant, & pendent ex ijs, destruantur; id non esse, & esse non posse statuit; nec quæ non sentit, admittere, nec quæ sentit, rejicere, aut potens, aut volens. Ratio omnino omnis, quæ quid ponit, ex eorum id ponit similitudine, quæ sensu percepta sunt, & quæ quid rejicit, propterea id rejicit, quod ijs, quæ sensu percepta sunt, aduersum id est, contrariumque; nec alio modo, aliaue ratione vlla intelligere licet quid, aut ratio vlla confici nobis potest. Siquidem conclusio omnis alicui innitatur, & ab aliquo pendeat, & contineatur in aliquo necesse est; quod admisit, vel statim admittat spiritus. Huiusmodi sensu perceptum sit, summè est necessarium. Itaque intellectio cuiusuis principium, similitudo est sensu percepta; intellectio verò ipsa (quæ vere intellectio non est, sed (vt inferius dicitur) existimatio, vel potius commemoratio quædam) sensus quidam, imperfectus nimirum, & per similitudinem; non. si à re, quæ intelligitur, quæ nimirum penitus spiritum latet, longèq; interdum abest getium, sed à sensu factus, quæ similibus à rebus fieri percepit spiritus; & cuius cognitio, memoriaq; benè dum ei inheret, eius nimirum recollectio quædam. Itaque huiusmodi intellectio longè est sensu imperfectior. Id verò, & quæ dicta sunt omnia (si quidè amplius declaranda videri possunt, ipso, vt videtur, percepta sensu) inde manifestissima sunt omnia; quod non alia vlla, at ea modò, quæ sensu percipi apta sunt, & percipi non possunt, seu remota, occultauè, aut languidissimis donata viribus, & quæ, quod nihil nos immutat, nullum sui ipsarum sensum nobis faciunt, intelligere querimus; nec alia omnino ratione, quam eorum (vt dictum est) quæ percepimus, ope, ac similitudine; & quod quæ sensu percipimus, aut percipi possunt, nihil ea vterius ratione intelligere curamus, dignamur; vt quæ scilicet multò, quam ratione vlla intelligi queant, proximius percepta sint, præstantiusque. Nec verò lunam soli se supponentem, propterea quæ eius aspectum terris adimentem qui intueatur; quiue à solis contactu exuratur, aut eius motum, magnitudinemq; conspiciat, metiriq; queat; si cur amplius terris non luceat sol, eiusue naturam, viresq;, aut motum, magnitudinèq; ratione intelligere querat, minus is stupidus, minusue sit. ridiculus; quam qui cur non amplius lux conspiciatur, cui densum quid, opacumq; opponi viderit, aut qui ab igne torrefactus eius naturam, viresque inquirat; quiue præ oculis, præq; manibus quæ habet, quibus ea moueantur motibus, quantaq; sint, ratione intelligendum existimet.

SCIENTIARVM OMNIVM, ET GEOMETRIÆ IPSIVS PRINCIPIA à sensu haberi, vel proxima eorum, quæ sensu percepta sunt, similitudine; & conclusiones omnes ex ijs pendere. Cap. IIII.



A vero, vt clarius etiam res innotescat, scientiarum principia, tum & earum conclusiones inspiciamus: & num à sensu illa habeantur, vel ea eorum, quæ sensu percepta sunt, similitudine, quæ omnibus aperta sit, manifesta que, & quæ se se ipsa omnibus intuendam offerat, & hæc ex illis iuxta nobis expositum modum pendeant omnes, consideremus. Et quoniã omnium consensu exquisitissima est Geometria; ab ipsa itaq; doctrinæ ordinem, & quasi modum sumpsisse videtur Aristoteles: nam ipsa hoc pacto opus suum conficiat intueamur. Quoniã igitur magnitudines, & quæ magnitudinibus insunt, acciditq;, puncta, lineas, superficies, angulos, figurasq; res omnino tractat valde à communi hominum sensu remotas, & quarum ne nomina quidem omnibus innotuere; & multæ singulorum species sunt: his primum nomina indit;

indit; & quid singulæ sint, solius sensus simplici opera vsa ponit. Neque enim vel circulum, vel triangulum ponens, vel horum species, aliud agit, nisi quod quæ circulo, triangulisque, & illorum singulis inesse sentit, ea illis, illorumque singulis attribuit. Quoniã videlicet circuli omnes altero circini latere super centrum fixo, circumducto altero conficiuntur; & nequaquam proximioribus illis, vel remotioribus sibi ipsis factis quid vnquam, spatium itaque, quod à centro ad circumferentiam est, non æquale modò, quin vnum omnino, idemque videtur omne: propterea, quæ illud conficiunt, lineæ sibi ipsis æquales ponuntur omnes. Tum quoniã quædam conficienda sunt, quæ confici posse sensus ipse demonstrat; & vt confecta supponi nihil impedit; obstat nihil; at fieri posse, & confecta esse peruicaci homini probari non potest (veluti à puncto ad punctum lineam ducere; & centro quolibet, etiam spatio itidem quantouis circulum describere) hæc fieri posse, & vt facta esse postulat. Et quoniã insuper quædam quantitibus insunt, quæ non quidem penitus percipit sensus, at quin perceperit, senseritque parum deest; & cuius rationem haberi nolit anima; quæ itaque vel audiens, vel cogitans nullo admittit negotio; non fecus, ac quæ sentit, percepitque; nihil scilicet ijs repugnantia, nihilque dissidentia, at longè simillima, penè & eadem; & quæ denique esse nihil anima ambigat, si non sensu penitus percepta, at eò minus cuius (vt dictum est) rationem haberi nolit: hæc quoque postulat; & si talia non sunt, nec postulanda sunt; postulat autem, vel demonstrare impotens, vel negligens à sensu penè percepta. Postulat itaque Euclides lineas concursuras, in quas, quæ incidit, recta duos angulos duobus rectis minores eadem ex parte effecerit: quod nimirum futurum, ipsis, si in immensum lineæ protrahantur, intueri licet oculis; demonstrare longè esset laboriosum. Longo itaque sermone à Ptolæmo factum tradunt. Illud fortè non oportebat: rectos scilicet angulos omnes sibi inuicem æquales esse. Neque enim æque sensui patere, & & facillimè demonstrari posse videtur. Esto enim super lineam ab linea cd, & super lineam ef linea gh ad æquales vtraque, rectosque incidat angulos; angulus itaque ad e æqualis sit angulo cd b; & eh g æqualis angulo gh f, rectique omnes; tum lineæ ef & gh lineis ab & cd, angulique eh g gh f angulis a d c cd b superponantur: si linea gh super lineam cd non cadat, vnaque illi fiat, nec angulus eh g angulo a d c congruat, idemque illi sit; sed linea hg seorsum à linea cd cadat, veluti linea g d; erit vtique angulus g d b æqualis angulo g d a: maior itaque angulo a d c; propterea q; & cd b; pars nimirum toto. Rectè illud Euclides; duas videlicet rectas superficies non concludere. Neque enim superficies, quæ rectis duabus contineatur, conspicienda est vlla vnquam: at neque contineri posse vllam imaginari licet. At & alia sunt, quæ quantitibus inesse omnibus, omnibusq; accidere nullus ignorat; nec qui quantitatem conspexit, ignorare potest vllus: veluti totum sui parte maius esse; & quæ vni, atque eidem æqualia sunt, inter se æqualia esse; vel solo scilicet percepta sensu, vel eorum, quæ sensu percepta sunt, similitudine, quæ neminem latere queat; & quæ nihil querita omnibus se se ipsa ostendat, aperiatque. Hæc itaq; quoq; ponit; & sensu in singularibus percepta omnibus, vniuersali attribuit magnitudinis naturæ. Quoniã scilicet quæcunq; conspiciuntur, ea omnia tota ipsa quauis sui parte maiora vltia sunt; propterea totum omne sui parte maius esse enuntiat. Quæ præterea vni, atque eidem æqualia sunt, inter se æqualia ponit: magnitudo enim vtriq; par, veluti vtriusq; mensura facta, æquè vtrumque continet. Tum præterea, quod quæ sibi ipsis æquales sunt res, vbi sibi ipsis applicantur, nihil altera alteram excedit, sed quod ad magnitudinem vna, eademque vtraque videtur, & quæ igitur vni, atque eidem æquales sunt, vna, atque eadem videtur: sibi etiam ipsis vna, eademque videantur necesse est. His positis principijs, quæ (vt visum est) vel à sensu habentur, vel ex ijs, quæ sensus percepit, pendent, nulloque innotescunt labore: ex horum similitudine, & ea quæ



sensui ignota sunt, inquit, & modo, qui dictus est, sentit. Super datam itaq; rectam lineam terminatam triangulum æquilaterum constituere inquirens, edocensque, Linea (inquit) super quem triangulus æquilaterus constituendus est, esto a b; altero eius p̄to, a, centro, spatio verò a b circulus describatur a c d: tum rursus b centro, spatio verò b a circulus describatur a c e: à puncto ubi se circuli contingunt, quod c est, ducantur ad centra a & b lineæ ca, & cb. Quoniam igitur lineæ a b lineæ b c æqualis est (vtraque enim à centro circuli a c e ad eius circumferentiam) & lineæ itidem a c: nam vtraque à centro b c d ad eius circumferentiam: & lineæ igitur b c, & a c inter se æquales: vni enim atque eidem a b vtraq; æqualis. Æquilaterus igitur triangulus super datam rectam lineam a b constitutus est. Demonstratio hæc omnis, vel à sensu, vel ab eorum, quæ sensu percepta sunt, similitudine habetur. Propterea enim lineæ à centro ad circumferentiam æquales; quod circulus (vt dictum est) confici visus est circini lateribus nihil vaquam vel proximioribus sibi ipsis factis quid, vel remotioribus: itaq; spatium, quod à centro ad circumferentiam, circini videlicet laterum distantia vna visa est, atque eadem. Propterea itidem duæ lineæ vni, atque eidem æquales, sibi etiã ipsis æquales; quod veluti mensura eadem commensurate, æquè ab ea contineri visæ sunt; & quod magnitudo quænis alteri æqualis, vna illi, atque eadem visa est. Sic & quæ sequuntur omnes; eo tantum interiecto discrimine, quod non, vt prima, à solis pendunt principijs, sed à præcedentibus itidem. Nec tamen propterea minus certè apparent, aut minus omninò eas admittit spiritus. Quæ enim ijs, quæ sensu percepta sunt, verè similia videntur, non secus, ac illam et admittit.

CONCLUSIONES NATURALÈS IN EO MATHEMATICIS
præstare; quod hæc à signo omnes, illæ verò à proprijs causis, proprijsq; manant principijs. Cap. V.



A licet à simili mathematicæ itidem conclusiones, veluti & naturales, conficiantur; in eo certè naturales præstare videntur, quod à proprijs hæc principijs, & à proprijs manant causis, at mathematicæ à signo omnes. Neq; enim, quod extrinsecus angulus duobus intrinsecis æqualis est, propterea tres trianguli anguli duobus rectis æquales sunt: nam extrinsecus de p̄to, siue à principio non constituto, duobus nihilominus rectis æquales sunt. Neq; itidem propterea lineæ æquales, quod à centro ad circumferentiam: nam & circulo dempto, siue à principio non constituto, æquales nihilominus sunt. Itaq; æqualitas, quam extrinsecus angulus duobus intrinsecis sortitus est, linearumq; à centro ad circumferentiam exitus, quod tres trianguli anguli duobus rectis, lineæq; sibi ipsis æquales sint, non causa, sed signum, atque inditium sunt: at quod calor aquas euaporandi, & aquæ à calore in vapores agi aptæ sint, non à signo quopiam habemus, sed à propria caloris, aquarumque natura, iam diu sensu percepta, cognitaque; à simili igitur magis proprio, magisque à propria causa, propriaq; rei natura, & substantia, naturales, quàm mathematicæ. Nec verò illæ minus certæ esse debent, quæ verè sunt. Si quidem, & ipsæ ex ijs conficiendæ sunt principijs, quæ sensus perceperit; vel ea eorum, quæ sensus percipit, similitudine, quæ nihil quæ sita se se offerat, aperiatque; & quæ nihil decipere nos queat.

CUR DEFATIGATUR, DVM INTELLIGIT, SPIRITVS; ET
cur obliuiscitur; & cur decipitur; & intellectionem, vel si substantiæ
est à Deo in nos immixta, at spiritus omninò ope, ac ministerio
ei illam indi. Cap. VI.



ROTTERBA igitur defatigatur, dum intelligit, propterea q. decipitur spiritus; quod similitudinem, motus omninò, quibus cum eo olim ab ente commotus est, à cuius conditione, quam habet, modò comouetur, querat, inueniatq; necesse est: qui (quod iam diu ijs comotus non est) si non penitus periit, ita certè latent; vt quò eos inueniat (quod maximè spiritui molestum est, laboriosumq; ; at quod fieri manifestè sentimus) se se vniversus colligat, cōtrahatque, & varijs, laboriosisq; exagitetur motibus oportet. Et quæ intelligit, obliuiscitur spiritus; quod non idem perpetuò durans, & multis assidue commotus, multisq; intentus motibus, quosdam sibi orienti communicare negligat ipse occidens: quibus nimirum, vel non valdè, vel non sæpe commotus est; quibusue non valdè oblectatur. Et decipi intelligens potest, decipiturq. interdum; quod quæ rebus insunt, nō vnīs omnia insunt; & quæ insunt, non perpetuò, neque omnibus eiusdem generis rebus insunt. Non scilicet nix modò alba, sed alia præterea multa; nec masculi omnes, aut perpetuò barbati, musicie. Itaque decipitur; vbi quod album conspexit, niuem iudicat; & vbi imberbem, non masculum; vel non musicum, non hominem: vbi omninò non ex eorum intelligit si similitudine, quæ propria rei penitus perceptæ sunt; quæ scilicet eius generis indiuiduis omnibus, solisq; insunt, & semper, alijs verò nullis prorsus vnquam. Præterea, & quod entium, quæ apud nos sunt, nullum propemodū verè simile est; sed quoduis ferè, nec dispositione tantum, sed naturis quædam diuersis donata sunt; at ad eò latentibus, vix vt percipi possint; proindeq; quæ partium sunt actiones, passionesq; , vniuersis interdum attribuuntur entibus. Quoniam igitur quæ intelligimus corū, quæ sensu percepta sunt, similitudine intelligimus omnia; & intelligētes defatigamur, decipimurque, & eorum, quæ intelleximus, obliuiscimur: patet vtique, vel si (vt alibi dictum est) non spiritus in homine, sed substantia, quæ Dei est opus, intelligit; at spiritus certè opera, ministerioque, & quatenus ei immixta, eiusque cognitionis veluti particeps facta est, eā intelligere; & (quod sacræ diuinæ literæ testantur) ne iuxta propriam naturam operetur, terrena ab operatione eam turbari. Neq; enim, ni id fiat, sensus ope indigeat vlla; aut ea modo intelligat, quæ sensu percipi possunt; aut laboreret intelligens; vel eorum, quæ semel intellecta sunt, obliuiscatur vnquam; aut in vilius decipiatur intellectione. Sed nihil, quæ sensu percepta sunt, recolens vnquā, nullaque omninò vsa ratiocinatione, non reliqua modò entia quæuis, sed se etiam ipsam, & quæ nullo percipi possunt sensu, diuinas nimirum substantias omnes, & Deum etiam ipsum, proprium nimirum opificem, propriumque parentem nullo temporis momento, nulloque intueatur labore, & simul fortè omnia; nihil certè in vilius intellectione decipiatur vnquam: ita omninò operetur, conspiciatque omnia, quomodo reliquæ diuinæ substantiæ, & animæ etiam psæ, quæ corpore exolutæ ad ipsum euolarunt Deum; & quomodo corpori reunitæ diuino iam, penitusque impatibili, & eius vnus proprio subiecto factio operaturam esse, non sacræ modò diuinæ literæ, sed humanæ etiam rationes alibi à nobis positæ nos admonent, edocentque.

sunt propria, colligere, connehereque: ipsas nimirum rerum formas è rebus, atque è materia, cui insunt, eximere, easque exutas, & per se existentes; itaque nihil à se ipsis differentes, sed quàm simillimas, quin easdem omninò sibi ipsis factas (siquidem que rebus sub eadem specie contentis, quæ scilicet ab iisdem constitutæ sunt formis, diuersitas inest, à materia ea est omnis, à formis nulla prorsus) vniuersales omninò, immaterialesque rerum formas constituere, intuerique; tum etiã, quòd quæ sensui ignota sunt, occultaque, similitudine, & ratiocinatione inquirere, & intelligere videtur homo; operationes scilicet operari, quæ neque sensui, neque ipsi etiam attribui possint imaginationi. Ineptus enim sensus remotas, occultasque, & non in ipsum agentes res percipere, & conferre itidem, quas percipit, & omninò ab alio ad aliud transire; in ijs, quæ percipit, perpetuò fixus, hærensque, Et quæ imaginatur substantia, siquidem ab alijs ad alia transire, veluti & quæ colligit, ratiocinaturque, apta est; at diuersa, quæ tractat, tractat ratione. Hæc enim similitudines præsertim colligens perrarò, perque ægrè decipitur; & ubi decipitur, rerum inconstantia, non sui decipitur culpa; eaque modò intelligit, ac de his ratiocinatur, quæ sunt, vel quæ quin sint, nihil prohibet; & semper his, quæ quauis intelligi ratiocinatione, assentit, semperque ab his commouetur. At quæ imaginatur, decipitur plerumque; & quæcumque collibitum est, imaginari potest, & Centimanù gigen, terræque hiatus, & tremenda quæcumque neque ab his, quæ imaginatur, vel commouetur, vel assentit omninò ijs, quicquam. Horribilia igitur imaginantes quæuis nihil commouemur tamen: at ea intelligentes, vel etiam opinantes, nihilò sermè minus, quàm imminetia intuentes. Nec sentiens igitur anima, nec imaginans per se similitudines colligere, ratiocinarique potens videri potest; quin neque simul iunctæ. Et diuersam omninò à sentiente, atque imaginante colligentem, ratiocinantemque esse, inde (inquiunt) intelligere licet; quòd, vno homine excepto, animalia reliqua ratiocinationis, opinionisque omnis penitus expertia sunt. Id verò inde (inquiunt) manifestum est; quòd omni illa fide, omnique carent confidentia. Nam si vlla illis ratiocinandi, aut opinandi vis inesset, fides vti que illis aliqua, confidentiaque indi posset. Alia igitur humanæ animæ substantia necessariò adijcienda est; & longè ea, quàm sensus est, atque imaginatio, præstantior, diuinioreque: quæ benè sui natura agilis, multisque mobilis motibus, quæ sensus percipit, conferre, & quæ similia omnibus insunt, ab ijs seorsum, quæ singulorum propria sunt, in vnũ agere, formas nimirum materię immerfas ea exuere, denudareque omni, & pro singularibus, materialibusque vniuersales eas, immaterialesque facere possit; & quæ harũ ope ignotum percipiat; intellectus scilicet: siquidem perceptio illa omnis intellectio dicitur. Quin & is itidem diuidendus, distrahendusque. Peripateticis videtur. Quoniã enim quæ colligit substantia, & quæ vniuersalia constituit, intelligitque sui ipsorũ oblitis nulla vti videtur ratiocinatione, sed vnico intuitu, veluti & sensus, percipere; alia omninò à ratiocinante videtur. Tum & ipsa itidè ratiocinans duplex ponenda. Quoniã enim non nisi per similitudinem, atque affinitatem quandam cognitio animæ, veluti & sensibus, aduenit; & quæ intelligit anima summè inter se natura differunt (alia enim necessaria sunt, æternaque, & in quibus igitur error nullus committendus sit; caduca alia, & quæ & esse, & non esse possunt; in quibus itaque necessariò errandum animæ interdum sit) non vna, eademque substantia, aut non vna saltem, eadèque sui parte vtraque intelligere potest. Et ipsam igitur ratiocinantem in scientem, atque opinantem diuidunt; & scientiarum principia animæ verè intelligenti, & constituenda, & intelligenda assignant; earum verò conclusiones, vtrè, necessarièque, quæ sunt, scienti, non necessarias verò, nec semper veras opinanti. Quoniã igitur quæ in homine sit cognitio, & diuersarum esse rerum, diuersoque fieri modo, & omninò diuersa esse ipsa videtur: propterea & scientem (vt visum est) animam, vel in duas Peripateticis secant, vel duabus illam donant potentijs; & intellectum detoris illi adijciunt; & vel

vel ipsam in plures dilantant, vel pluribus onerant facultatibus. At è multis omnino, summèque, à seipsis dissidentibus substantijs animam componentes nequaquam multarum illam faciunt partium, vel substantiarum, sed vnus omnino substantiæ; detiores videlicet præstantioribus assidue, vt materias, subijcientes. Vbi (inquiunt) naturali sentiens accedit, vt propriæ materię illi vnitur, iungiturque; & sentienti imaginans, huic verò intellectus potentia, cuius (vt videtur) ratiocinari est; intellectui postremo potentia agens copulatur: neque vltius progressa est natura. Neque enim forma ad est, cui agens, vt materia, subijciendus sit. Vel multis igitur superaccedentibus substantijs, vna tamen, & substantiæ vnus assidue remanet anima; quòd quæ præexistit accedentis substantiæ materia sit, nequaquam tamen propria spoliata. Vna itaque tot substantijs superaccedentibus remanet anima (vnum enim, quod è forma, & materia) ac multis prædita facultatibus; tot nimirum, quot inextiteret substantiæ.

QUONIAM QUAE COGNOSCIT HOMO, DIFFERRE EA INTER SE, eorumque dignoscit differentias; propterea vna, eademque substantia omnia Aristoteli percipiat necesse est. Cap. IX.



NAM, eandemque in homine substantiam, & præsentia, & absentia percipere, quæque percepta sunt conferre inter se, & quæ similia in omnibus visa sunt, colligere, & ab ijs seorsum, quæ singulorum propria sunt, intueri, ignotumque rei, quòd est, & in necessarijs id, verèque existentibus rebus, & in ijs, quæ modò sunt, & modò non sunt, intelligere, inde Aristoteli imprimis patere potest; quòd diuersa ea esse, & quibus differant homo cognoscit omnia. Vnus (ipse inquit Aristoteles) atque adeo impartibilis sensus sensilia percipiat omnia necesse est. Nam si vel sensus diuersi, vel idem etiam, ac diuersi sui partibus illa percipiat; non magis illorum differentias dijudicet, quàm ego, & tu eorum, quæ seorsum, separatimque percipimus. Adeo scilicet, quòd dijudicat, vnum esse oportere Aristoteli visum est; vt ne in partes quidem diuidi posse visum sit. Quòd nimirum partibile si sit, non vniuersum fortè simul omnia percipiat: sed alia sui parte alia. Id verò si fiat; si scilicet quæ percipiuntur non vni, eidemque percipiantur, innotescantque omnia: nequaquam similia ne sint, an dissimilia, diuersaque dijudicare queat. Nam quòd dijudicat (inquit) vnum prorsus sic oportet, & vno insuper. Quoniã igitur quæ cognoscit homo differre ea inter se, & quibus differant, cognoscit omnia; vna omninò, atque impartibilis substantia omnia Aristoteli percipiat necesse est. Proprius itaque canon, lógeque pulcherrimus, firmissimusque prius, quàm tot homini inderet substantias, destruendus Aristoteli erat. Nec verò vnam, eandemque tot adiectis substantijs remanere Peripatetici dixerint; quòd assidue, quæ superuenit, præexistenti vnum sit, eius facta forma. Nam præterquam, quòd qui in corporea res materia fieri possit, imaginari non licet: oportet autem (vel ipse enim sensus incorporeus, vt visum est, Peripateticis videtur, ipsaque etiam naturalis facultas; & nisi tales sint, numquam illis vel intellectus agens, vel etiã potentia, vt propriæ materię, indi queant; nulli prorsus corpori hætere, vel eo etiam quauis vti ratione Aristoteli apti) nequaquam eo modo forma vlla enti vlli indi videtur, vt præexistentis formæ, vel substantiæ, vel ulla omninò remaneat facultas: at id modò euenire interdum; imminui nimirum accedentis, exuperantisque formæ vis à contraria repugnante passa, debilitataque. Et ni illud fiat (nisi scilicet præexistens natura penitus corrumpatur) minimè, quòd constituitur, ens verè unum sit, sed è multis compositum, & entia omninò multa; & quorum singula suas proprias habeant vires, propriasque operetur operationes; nullum autem quæ aliarum sunt. Et ubi igitur intellectus sensui, atque imaginationi accedit, corrumpatur sensus, atque imaginatio,

natio, omnisque eorum facultas, & ea modo intellectus intelligat, quæ sui natura intel-
ligere aptus est, alia nulla oportet. Tum minime omnium Aristoteli liceat, substantiam
vnam multis onerare potentijs. Quoniam enim ne duplex quidem motus corpori vl-
li dandus homini videretur, qui (vt dictum est) vna omnes videri possunt operatio; &
substantiæ vni vnam modò (vt videtur) operationem assignandam esse contendit;
vnam itidem facultatem substantiæ vni attribuat necesse est. Plures enim attribuens,
operationes itidem attribuit multas; & vnam illam multas omninò facit. Quod nisi
dictus Aristotelis canò obstat; præstaret, reor (quod antiquioribus, postremo & Ga-
leno factum est) tot homini indere animas, quot operationes operari videretur. At vn-
de digressi sumus redeamus: & vel satis omnibus Aristotelis rationibus, quibus è di-
uersis substantijs humanam animam componi contendit, ab ipsomet simul reiectis,
singulæ amplius reijciantur.

SENTIENTEM SVBSTANTIAM IMAGINANTI EANDEM

esse, & inanes esse Peripateticorum rationes contrarium
altruentes. Cap. XI.



SENTIENTEM substantiam vel in ijs omnibus, in quibus à Peripate-
ticis imaginanti differens videtur, ab ea diuersam ponendâ non esse,
vtriusque passio, operatioque manifestat. Quoniam enim quæ à seip-
sis differunt substantiæ nequaquam iisdem à rebus easdem patiuntur
passiones, iisdemque Aristoteli commouentur motibus; sed proprijs
à rebus singulæ proprias patiuntur passiones, proprijsque commouen-
tur motibus; & ne Peripateticis quidem ipsis aliud videri potest sensus, nisi passionum,
motuumque, quas sentiens substantia patitur, quibusque externis à rebus commoue-
tur, perceptio; nec imaginatio ipsa aliud, nisi dictarum passionum, dictorumque motuum
memoria; nec iners ea, sed quæ illos recolit, repetitque; itaque triste quid, horribileque ima-
ginantes modo eodem, quo sentientes, inruentesque commouemur, exortescimusque,
& contremiscimus; & nauigationis memores, veluti nauigantes, nauis afficimur; &
propterea omnino, vel Aristotelis testimonio, quorum desiderio tenemur, diu ea, li-
benterque imaginamur, quod imaginatio obscurus quidem, languidusque, at sensus
omnino quidam est; obscuriore nimirum, languidioreque; ab absentibus, at eodem om-
ninò, quo à presentibus, commouetur anima motu: utique imaginantem substantiam
à sentiente diuersam esse existimare non licet. Eòque etiâ minus; quod languidius com-
mouetur imaginans. Summe enim rationi congruum est, præsens, agensque vt vis ve-
hementius, quam ipsa eadem absens, nihilque; agens animam immutat. Mirari certè Pe-
ripateticos licet, inde à sentiente diuersam imaginantem astruentes; quod illa anima-
libus omnibus, at non & hæc itidem inest. Quoniam enim præsentium, agentiumque
rerum vires, & proprias omninò passiones percipere vsque adeò facile, promptumque
est, vt non animalium modò animis, sed entibus quibusuis tributum id sit; at cessantes
eas recolere, & absentium, nihilque agentium rerum vires percipere, & quibus semel
commota est motibus, iisdem, vbi libet, moueri, non entis, nec verò spiritus cuiusuis,
sed bene modò sentientis, & bene sui natura agilis, mobilisque, & cui præteritos mo-
tus recolere vacet: utique vel si infantibus, muscisque, & vermibus sentiens quidem,
at non & imaginans itidem in esse visa sit; non propterea ab illa hanc diuersam esse sta-
tuedum fuit. Forte enim eadem & sentit, & imaginatur reliquis in omnibus: at in his
sentit modò; quod non eam propriæ naturæ, propriæque dispositionis mensuram, qua,
vt imaginetur, donatam esse oportet, nata est; vel ab interno aliquo malo exagitate,
conficiturque; (id quod sentienti itidem, intelligentique; vsu interdum euenit) imagina-
ti non vacat; vel etiam, quod statim absumitur, & prius, quam sibi ipsi orienti, quas
p. 111 est

passa est passiones, quibusque commota est motibus, communicet. Et dictis omninò
de causis nec infantes, nec muscæ, nec vermes valdè imaginari apparent. Siquidem
in mollissimo, beneque calido infantium corpore plurimus quidem assidue sit spiritus,
at statim elabitur vniuersus; & dum remanet, ab assiduo vaporum confluxu exagita-
tur, turbaturque; itaque perpetuò ferè in ijs inuertendis, exuperandisque occupatus per-
petuò detinetur somno. At & is tamen, siquidem iterum manus flammis ad mouet, non
& tertio itidem, quartoque, & quinto. Muscis qui inest, longè is (vt existimare licet)
tenuissimus est; & qui nouis (vt dictum est) assidue intentus motibus præsentibus parùm
consideret, præteritos certè nihil recolat vnquam; itaque nihil certum vnquam lecto-
tur, sed temerè huc modò, modò illuc feratur. Nam præteritorum motuum memoria,
cognitioque vt remaneat; & dum ijs mouetur, intentus ijs sit spiritus, & cessantes eos
sæpius recolat oportet. Contra vermibus qui inest, quod parum calidus, & bene cras-
sus est, ita motus exhortet omnes; vt nec præsentibus à rebus libens commouetur,
nec recolat eos vnquam; itaque rei nullius memor nullam certo sectatur motu. Nam
quæ animalibus ratio, quodque malum vitandi, bonaque sectandi inest studium, id om-
ne ex ijs, quæ pridem percepta sunt, cognitaque, & quæ spiritui hæere, inest: quibus
præteritarum rerum memoria nulla facta est, temerè ea huc, illuc ferantur oportet.
At & muscarum tamen, vermiumque spiritus eò assidue promptè ferri videtur, vbi com-
modius seruari, oblectarique queat; nec vel sæpius inde reiecta redire eò cessat. Itaque non
propterea, quod infantum, muscarumque, & vermium animæ sentire quidem, at non &
imaginari itidem videntur, substantiâ, quæ imaginatur à sentiente diuersam esse exi-
stimandum est. Minus etiam; quod quæ presentia percipit perraro, perque agrè decipi-
tur, quæ verò absentia imaginatur, persæpè, & persacilè. Non siquidè integra vsque-
quaque, illequeque præteritarum passionum, præteritorumque motuum cognitio seruatur;
sed alia interdum pro alijs passiones, motusque apparent: at non qui à præsentibus in-
duntur rebus. Non. scilicet vel presentis agentis caloris, vel frigoris actio spiritum lateat; &
vbi dilaturatur, constringi se sentiat. Tum vbi præsens, inque; cum agens sentire contentus
est spiritus, rei in ipsum agentis actionem, spetiemque modò percipit, nihil eas ab illa
separans, vel rebus alijs adiciens: at qui imaginatur id insuper. Decipitur itaque, &
quæ seorsum sensit, seorsumque esse volunt, iungens, connectensque; & separans quæ
iuncta sensit, & seiungi omninò nolunt. Diuersam porrò à sentiente imaginantem inde
altruentes, quod hæc vbilibet, & vel in sonnis quauis, & oculis clausis colores etiâ in-
tuetur, at illa rebus in ipsam agentibus, vt sentiat opus habet, quod queritur sumunt.
Querentes. n. num quæ presentia percipit, ab ea, quæ absentia recolit, diuersa sit, in-
de diuersam declarât; quod quæ presentia sentit, ipsis opus habet rebus (presentes ni-
mirum res sentit) at non quæ absentia imaginatur. Propterea igitur diuersam; quod hæc
absentia, presentia illa percipiat: at hoc quereretur. Si substantiam, quæ presentes rerum
vires percipit, non ipsam, sed aliam eas recolere, imaginarique declaratum Peripateti-
ci velint; utique sentientis ignauia quæpiam, & alterius ad eas recolendas apitudo, &
vis, tum & modus insuper, quo earum cognitio ab illa huic communicetur, aperien-
dus omninò ijs est. Horum quid non explicantibus, nequaquam non ipsam, quæ à præ-
sentibus rerum viribus immutatur, sed aliam eius passiones recolere declaratum sit vn-
quam. Mirari itidem Peripateticos licet, è vocum significationibus idem dedarantes.
Siquidem rerum naturam indagantes non earum nomina temerè interdum posita, sed
res ipsas, ipsarumque intueri oportebat ingenium. Tum contrarium omninò eius,
quod volunt, astruunt. Diuersus (inquiunt) ab imaginatione sensus ponendus est; si-
quidem vbi exquisitiore sensu quid perpendimus, nequaquam eius imaginationem
habere dicimur, sed sensum: vbi contra hebetius quid, obscuriusque sentimus, id ex
imaginatione quadam nobis ita videri asserere solemus. Minime igitur à sensu diuer-
sa imaginatio, sed sensus omninò, at obscurus (vt dictum est) languidiusque. Nihil
E x itaque

itaque à Peripateticis aslatum videtur, quod aliam in nobis substantiam presentiam sentire, aliam absentiam imaginari declaret.

MINIME INTELLECTVM A SENSU DIVERSVM HOMINI IN-

pendendum Aristoteli fuisse, qui vniuersale constituit, intelligatque, nam ipsimet Aristoteli, & sensus vniuersale componit, percipitque, & intellectus singulare intelligit. Cap. XII.



MINIME etiam intellectus à sensu diuersus humanae animae adiciendus Aristoteles fuit, qui bene sui natura agilis, mobilisq; singularia, quae sensus percipit, colligat, & in vnum agat; penitus scilicet immaterialis ipse formas materia omni exuat, & per eas, nudasque intueatur, quales nihil omnino inter se differentes, non singula singularum amplius, sed omnium vna, eademque videtur: quod nimirum

3. Post.
cap. VII.

in ijs, quae percipit, sensus haerens, & ineptus omnino ab alio ad aliud transire, & quod vnum, idem, in multis, diuersisq; est, colligere, intueriq;, singulares modo, materiq; conditionibus obuolutas formas percipere possit. Nam & ipsimet Aristoteli, & sensus vniuersale è singularibus colligit, percipitque, & intellectus singularia intelligit. Itaq; modum inquirens, quo vniuersales illae, immediataeque, propositiones, è quibus demonstrationes conficiuntur, innotescant, & qui illas cognoscit habitus; qui nimirum vniuersales naturas constituit, intelligit. Dubitare (inquit) conuincit, numimmediatorum principiorum cognitio iam inde à primo ortu inlita nobis fuerit, & latuerit nos; aut adultis iam, confirmatisq; uocasset. Nam & inexistere, at latere absurdum: quod demonstratio, nec scientia omnino, cognitioq; vlla multa, quam quae principiorum est, minus exquisita, quae nobis insit, nos latet. Et non habentibus illi accedere, nobis, qui doctrinam omnem ex praesensenti fieri cognitione posuimus, dicere minime licet. Nihil enim principijs prius, nihilq; superius. Manifestum itaque, quod neq; a principio insitam illam, congenitamq; habere nos, nec ignorantibus postea accedere possibile est. Nisi habitus quidam, potentiae nobis insit; iuxta quam, nihil ea prius perceptis, aut longe obscurissimè. Quibus non remanent, nulli ijs praeter praesentium rerum sensum cognitio inesse potest: at quibus remanent, remotas etiam illas intuentur, & quo quo sentiunt pacto; quarum videlicet simulacra in seipsis habent. Alia non hoc tantum; sed quae in memoria condiderunt, conferunt ea inter se, & similia similibus conuertunt, coniunguntq;, & in vnum agunt. E sensu igitur memoria exoritur, & è memoria saepius praesentim facta peritia, atq; experientia. Memoriae n. multae numero experientia vna est. Veratram scilicet hocibilem trahere sensu primum percipio: deinde, & recordor. Iterum aliud id operari sentio, & iterum memini, & rursus aliud, atq; aliud. E pluribus demum sensationibus, memorijsq; multis factis experientia, peritiaque vna congregatur, qua veratram bilem trahere scitur. Qua in dies alijs sensationibus, memorijsq; aucta, tandem vniuersale enunciatum in anima reponitur, seruatque; veratrum omnemibilem trahit. Quod igitur dictum est, è sensu memoria, è memoria experientia, ex experientia vniuersalis cognitio exoritur; quae & artis, & scientiae principium est. Artis quidem, si circa ea sit, quae oriuntur, & occidunt; scientiae vero, si circa ea, quae vera sunt; Neque igitur iam inde à primo ortu principia sciimus, neque ab alijs illa cognitionibus; habitibusque, quam ipsa sunt; notioribus, sed à sensu, & memoria congregantur. Ea videlicet, quae sentit, anima praedicta est facultate: ut sensu-

ut sensibus etiam rebus praeterlabentibus, earum tamen imagines excipere, & memoriae reponere, quodque in singularibus simile, communeque, & vniuersale est, intelligere, atque in vnum agere possit. Singulare enim (inquit) sentitur, at sensus vniuersalis est: veluti hominis, non autem Callie hominis. Vbi videlicet Socratem quis intuetur, hominem quoque intuetur. Neque n. ut idem prorsus & Socratem, & hominem sentit, sed vbi Socratem intuetur, id in Socrate videt, quod in alijs quoque hominibus simile, communeque est. Patet itaque (inquit) quod principia inductione cognosci necesse est. Sensus enim eo modo vniuersale constituit. Quod. f. albis, quae conspexit, inesse omnibus sensit, albo id attribuit omni. En à re ipsa, & ab ipso ductus, coactusq;. Aristoteles sensu, vniuersalis constitutionem, cognitionemq; omnem sensui attribuit; intuitus quidem, nolensq;. cui ab intellectu illud confici summopere placebat, & demonstrandum proposuerat: at ab ipsa (ut dictum est) victus re, quae adeo sese aperit, ostenditq;, ut non conspici, vel occultari, ullo possit pacto. Modum porro inquirens, quo intelligit intellectus, Quoniam (inquit) aliud est aqua, aliud quod aqua esse est, & aquae essentia; aqua enim id est, quod è materia, & forma concretum est, aquae autem essentia id, iuxta quod aqua est; aquae nimirum natura, formaque; quod enim sunt entia, non iuxta materiam, sed iuxta formam sunt; diuersa haec, vel diuersis sui partibus, diuersisque facultatibus, vel magis vna, eademque, at diuerso se habente modo percipit intellectus. Ad aquae scilicet essentiam intelligendam solus ipse sufficit intellectus; at non ad eius quoque materiam, & reliqua, quae aquae insunt, è quibus aquae ratio conficitur. Sed ad haec percipienda aliqua sensus ope indiget. At eadem tamen parte, eademque omnino facultate, quae aquae essentiam, aquam etiam vniuersam intelligit. Nisi enim idem omnino intellectus vtramque percipiat; nequaquam aquae essentiam ab aqua diuersam esse intelligat. Vnus itaque, atq; idem intellectus vtramque intelligit; at diuerso se habens modo. Id quod linea pati videtur; quae vna, eademque existens, at modò recta, modò curva facta diuerso modo se se habere videtur. Praeterea & rationum modos nos edocens, plurimarum singulares esse conclusiones declarat, & nihil illas minus veras, minusq; intellectui admittendas, quam quae vniuersalia sunt. Non scilicet minus aquam hanc, quam aquam ipsam à calore euaporabilem intelligit intellectus; nec minus Socratem rationalem, quam hominem. Et quae hominibus aguntur, ab intellectu ea omnia intelligi euumerat; & ab intellectu omnino moueri homines id intelligente, appetenteque, cuius gratia mouentur, singulare nimirum. Nec ab eo, qui vniuersalia speculatur, hunc, qui quae agenda sunt, intelligit, vel substantia, vel re alia vlla, at eò tantum diuersum ponit Aristoteles; quod sola illi speculatione, non alius vllus propositus est finis; huic verò praeter speculationem externum aliquid, cuius appetens operatur. Rationis (inquit) opus est, verum hoc, an illud agendum sit, considerare, perpendereq;. Minime igitur (ut dictum est) intellectus à sensu diuersus homini ab Aristotele indedus fuit; qui è singularibus (quae sola percipit sensus) vniuersales colligat naturas, easq; intelligat. Nam & sensus Aristoteli in primis vniuersale componit, percipitque; & intellectus nihil minus singulare, quam vniuersale intelligit: ut idem vterq; Aristoteli operans, idem alteri alter ponendus omnino sit.

RATIONES, QUIBUS VNIVERSALE A SENSU CONFICI, ET à sensu percipi Peripatetici negant, reijciuntur, & à sensu vtrumque operari declaratur. Cap. XII.

NE vero vniuersale à sensu Aristoteli constitui, percipiendè, vel operari omnino hæc posse sensum Peripatetici negent; propterea quod sermo ille absoluens, & veluti, quae dicta erant, corrigens, vniuersalis compositione, cognitionemq; intellectui attribuerit. Quonia (inquit) habituum, qui ad intelligentiam

De anima lib. 3.

E 2 2 perti.

22 pertinent alij semper veri sunt, alij non semper: non semper veri opinio, & ratiocina-
 23 tio; semper veri scientia, & intellectus: & principia scientie cognosci non possunt; que
 24 nimirum ex assumptionibus præcognitis sit, à quibus principia haberi non possunt; ni-
 25 hil. n. ijs prius, nihilq; superius; superest itaq; ut intellectus ea cognoscat. Eoq; etiam
 26 amplius, quod principia exquisitius cognosci, quam ea, que ex ipsis sunt, oportet. So-
 27 lus autem intellectus scientia omni exquisitior est. Nullam ipse afferens causam, cur, quod
 28 visum fuerat, non à sensu ea cognosci possent. At sui illi explicant. Quonia (inquiunt)
 29 id est vniuersale, quod simile, & idem in singularibus inest, & vnum omnino in multis:
 30 id ut constituitur, quæ similia in singularibus conspecta sunt, ab ijs seorsum, quæ sin-
 31 gularum propria apparent, in vnum agenda sunt, vniendaq; omnia. Id autem sensus
 32 minimè præstare potest. Singularia. n. modo percipere is videtur, inq; ijs, quæ percipit,
 33 herere; minimè verò, quæ præsertim non simul percipit, conferre, & quæ similia omni-
 34 bus insunt, ab ijs, quæ singularum propria apparent, sciungere, separareq; & in vnum
 35 agere, vniereq;. Similitudinem itaq;, quæ singularibus inest, & puram illam, id scilicet,
 36 quod vnum in omnibus, & simile in diuersis visum est, seorsum à reliquis, quæ singu-
 37 lorum propria sunt, intueri, non sensus, sed substantie alterius opus esse existimandum
 38 est, intellectus nimirum; qui bene sui natura agilis, & bene mobilis, & conferre quæ
 39 sensus percipit, quæque similia sunt in vnum agere, & separare, quæ diuersa sunt, &
 40 omnino ab alio ad aliud transire possit. Modus itaq; (inquiunt) quo vniuersale con-
 41 stituitur, cognosciturq;, inductio quidem est; eiusq; assumptiones sensus ipsi ponunt,
 42 qui scilicet singularia percipiunt: at conclusio intellectus est, & ab intellectu confici-
 43 tur: quod (vt dictum est) solus is & conferre, & colligere, & separare possit. Quod si-
 44 quando (inquiunt) sensus vniuersale Aristoteli percipit, non purum ipsum, sinceru-
 45 que, & penitus à singulari seiunctum, quale intellectus intelligit, sed singulari con-
 46 fusum, commissumque, & ad singulare vergens, & in singulari omnino, & quod non
 47 verè vniuersale videri possit, percipit. Nimia sanè religione Aristoteli adstricti Peri-
 48 patetici; qui & sibi ipsis, & sensui repugnantem illum intuiti venerari tamen non de-
 49 situnt, & quæ manifestè is propriæ positionis tuendæ gratia protulit, proprijs ea ab-
 50 surditatibus, proprijsq; figmentis ita stabilire nihil verentur. Rationis itaque (inquiunt)
 51 quæ vniuersale constituit, assumptiones ipsi ponunt sensus (ipsi enim singularia per-
 52 cipiunt) at eius conclusio intellectus opus est. Homo nimirum Socratem, Calliamq;, &
 53 Platonem bipedes visu percipit, & ex ijs, quos visu bipedes percipit, hominem bi-
 54 pedem statuit: at non visu, sed intellectu visus ab albo hoc, & illo, & illo dilatari, &
 55 à nigris illis constringi se percipit. Decernitur itaque album omne dilatare, & ni-
 56 grum omne constringere; sed non à visu, at ab alia homini inexistente substantia,
 57 & quæ albi, nigrique actiones minimè ipsa percipit; quod visus conferre, quæ percipit,
 58 non possit: figmenta nimirum figmentis tegentes. Que enim substantia album
 59 omne dilatate, & nigrum constringere vel statuere, vel cognoscere omnino possit,
 60 nisi quæ à nigro constricta est ipsa, & ab albo dilatata? aut quæ rationis vilius con-
 61 clusionem, quæ in assumptionibus omnino continetur, & quæ necessariò ex assump-
 62 tionibus emanat, constituere, aut intelligere queat, nisi quæ assumptiones percipit?
 63 At & ipsi iidem, qui sensum conferre, & similia connectere posse negant, iidem
 64 id illum operari affirmant. Vt enim non id vniuersale, quod intellectus intelligit,
 65 sensus iidem percipiat, sed magis singulari confusum, commissumque; at è singula-
 66 ribus omnino collectum id ut sit, summè est necessarium. Sensus itaque, quæ percipit,
 67 conferendi, similiaque colligendi facultate Peripateticis etiam præditus est.
 68 Vnum porro, eundemque vniuersalem hominem ubique à nobis percipi, non dupli-
 69 cem, & magis alterum singulari confusum, commissumque, quem cum singulari ali-
 70 quo sensu percipiamus, puriorem alterum, magisque à singulari seiunctum, què nul-
 71 lo singulari conspecto intellectu comprehendamus, minimè declarandum videtur.
 72 Neque

Neq; enim quispiam (reor) alium vniuersalem hominem, magisq;, aut minus singu-
 22 lulari confusum percipit, ubi singularem aliquem intuetur; alium verò, ubi per se il-
 23 lum animo concipit: sed vnum ubique, modoq; eodem singulari confusum, vel ab
 24 eo separatum. At fortè, vel minus id demonstrantibus Peripateticis, ineptus omnino
 25 est sensus, quæ percipit, conferre, similiaq; connectere. Ipsum itaq; per se, ipsiusque
 26 naturam, viresque, & num verè ea operari non possit intueamur; ipsius scilicet circa
 27 presentia operationem. Obscurius enim, languidiusque, at eodem omnino modo, ea-
 28 demq; ratione, quæ circa presentia operatur, circa absentia eidem cum operari exi-
 29 stimandum est. Veluti igitur ubi plures intuetur homines, confert inter se illos; quis
 30 enim id neget? & quod omnibus simile, atq; idem conspectum est, omnibus attribuit;
 31 at non quæ singularum propria apparent; omnes itaq; bipedes ponit, at non omnes
 32 vel varos, vel vatios; quod omnes bipedes vidit, at non omnes vel varos, vel vatios:
 33 sic absentes illos recolens, vel non simul etiam conspectos, at omnes bipedes recor-
 34 datus omnes bipedes statuit; & simpliciter bipedem hominem omnem, quorum ni-
 35 mirum nullum non bipedem conspexit; at non omnes vel varos, vel vatios, quod non
 36 omnes vatios conspexit, vel varos. Hoc quin possit sensus, nullum (vt opinor) Peri-
 37 pateticorum obstat decretum; quin propriæ eorum positiones hoc vt possit ponunt.
 38 Quonia enim eorum, quæ percepta sunt, & quæ ab ijs passus, vel circa ea operatus
 39 est sensus, in ipsomet memoria Peripateticis residet omnibus: vtique quæ presentia
 40 percipit, & quæ a presentibus passus est, & quæ circa presentia operatus est, & quæ de
 41 presentibus decreuit, obscurius quidem (vt dictum est) languidiusque, at absentia iti-
 42 dem percipit, & ab absentibus patitur, & circa absentia operatur, & de absentibus de-
 43 cernit. Neq; enim quæ ipse percipit sensus, & quorum cognitio, memoriaq; in ipso re-
 44 posita est, non ipsum, sed aliam substantiam absentia ea recolere, & circa ea operari
 45 existimare licet; eodem præsertim (vt dictum est) modo ab absentibus affici, immuta-
 46 ri que animal conspicientibus, quo à presentibus illis passum est, immutatumque. Sè-
 47 sus itaque, qui presentes homines omnes bipedes videt, & bipedes decernit, absentes
 48 iidem bipedes videt, & bipedes decernit. Satis hæc (reor) sensum, quæ sentit, confer-
 49 re, & quæ similia visa sunt connectere, & vniuersale omnino constituere Peripatetici,
 50 declarant. At si amplius manifestari id expetant; bruta, quæ ipsis vocantur, id ipsis
 51 apertissime manifestant: quæ solo ipsis prædita sensu, & vniuersales naturas omnes,
 52 vniuersalesq; quasdam cognitiones paulò fortè, quam homines, habent minus. Neq;
 53 enim quin hominem illa, & leonem, & animal etiam, plantamque, & huius ad illud
 54 differentiam, & ignem calefacere, aeremque, & aquas cedere dignoscant dubitare li-
 55 cet. Singularium, quæ percipit sensus, illorumq; speciei, actionisq; memor confert
 56 illa inter se, & quæ similia in illis conspecta sunt colligit, inq; vnum agit, & separat, quæ
 57 diuersa sunt. Vt superius omnino alia ab Aristotele humane anime indita videri pos-
 58 sit substantia; propterea indita, vt rerum similitudinem intueatur, colligatque.

NON PROPTEREA INTELLECTVS A SENSU DIVERSVS PO-
 22 nendus Aristoteli fuit; quod si singulare intelligit, non propria id vi, sed
 23 sensus ope intelligit. Cap. XIII.



24 **M**INIME etiam à sensu diuersum poni Aristoteli intellectum potuisse
 25 Peripatetici dixerint; quod si singulare intelligere visus est, non pro-
 26 pria id vi, nec solus omnino intellectus, sed cum sensu, & aliqua sen-
 27 sus ope, vel scilicet sensui coniunctus, vel eo vt organo visus intelli-
 28 gere visus sit. Nam, quod queritur, sumit. Queritur enim, vnus ne,
 29 idemq; sensui sit intellectus; & num qualis Aristoteli ponitur, intel-
 30 lectus homini insit: & inde vnus, atq; idem sensui colligitur, quod singulare, quod
 31 sensus

sensus est obiectum, percipit. Diuersum itaq; si ponant, quod non solus intellectus, sed cum sensu illud percipit; iam inesse illum homini, & à sensu diuersum sumunt; qui num in se, & à sensu diuersus sit, inquiritur. Prius scilicet intellectum, & à sensu diuersum humanæ animæ inesse demonstrandum Aristoteli erat; & nequaquam ex ijs, quæ percipiuntur, id astruendum: quæ nimirum vni cognita omnia, si non temere, superflueq; alter adijciendus est, vnum homini inesse declarant. Tū modus quo, quæ alterius sunt, percipiat, opereturq; alter, & multò, quàm Peripateticis factum est, apertius explicandus. Non siquidem qui incorporeus, immaterialisq; intellectus materialia intelligat, & à materialibus igitur quoquo modo patiat, & materialia fiat, (nam & intellectum quoquo modo ab ijs, quæ intelligit, pati, eaq; in seipso suscipere, & ea omnia fieri Aristoteli placet) satis declaratum videri potest, propterea ea illum intelligere pronunciantibus; quod sensui, atq; imaginationi iungatur, & vtriusque terminus sit. eo ferme pacto, quo communis, princepsq; sensus, quæ sensus singuli percipiunt, illis mistus, illorumq; existens terminus ea omnia, & sensuum singulorū percipit passiones, Esto enim sensuum omnium communis terminus sit sensus, non (vt nobis vitum est) quod vna, eademque animæ substantia sensorij inexistat omnibus; itaq; vna, eademque sensuum omnium percipiat actiones; sed (vt Aristoteli placet) quod sensoria omnia, singuliq; qui illis inexistunt, sensus ad communem sensum vnū existentem, & seorsum, longèque ab illis positum, vt ad communem ferantur terminum, veluti ad centrum linearum; is itaque communis omnium terminus, quæ illi percipiunt, & quæ patiuntur, percipiat, patiat, & ipse ea omnia: at nequaquam modus ex ijs patet, quo intellectus, quæ sensus sunt, percipiat. Neque enim ea intellectui ad sensum, imaginationemque, quæ communi sensui ad sensus singulos est, cognatio esse Aristoteli videtur. Communis siquidem sensus sensuum singulorum, veluti centrum linearum ad ipsum delatarum, positus Aristoteli terminus, non eiusdem modò illis ponitur naturæ, sed idem omninò illis omnibus; qui igitur quæ illi percipiunt, & quæ illi patiuntur, percipere, pati; & ipse queat, & necessariò etiam percipiat, patiat, & ipse. At intellectus quàm longissimè à sensu natura Aristoteli dimotus, neque iungi illi, neque illius terminus fieri potest. Non igitur quod sensui iungatur intellectus, & quod sensus terminus fiat, quæ sensus sunt, & singularia percipere posse videtur. At neque quod eo vt organo vtatur. Vt enim incorporeus sit Aristoteli sensus, corporeo certè organo opus habet, & sine eo nihil Aristoteli sentire potest. Et intellectus itaque si sensus ministerio vtatur, corporeo omninò vtatur organo; quod (vt dictum est) minimè Aristoteli placet. Tum neque modum (reor) explicent Peripatetici vnquam; quo incorporea, nullique corpori hærens substantia, vel alterius sit ipsa organum, vel alia simili, aut re omnino vlla, vt organo, vtatur; explicandum omninò. Neque enim adeò res à sensu dimota sola enunciatione contenta videri potest. Alius itaque Peripateticis modus, aliaque indaganda est ratio, qua intellectus singularia intelligat. Et nisi in sensu naturam illum agant, materialemque omninò faciant, numquam (vt mihi quidem videtur) illam inueniant. Non siquidem imaginari licet, qui incorporea, atque immaterialis substantia, & materiæ nulli inhærens formas penitus materiæ immerfas, illarumque insuper sentiat actiones: nisi enim id fiat minimè illarum natura innotescat, & vis. Nequaquam igitur alius à sensu intellectus poni Aristoteli potuisse videtur; quod licet singulare intelligat, non propria ipse id vi, sed sensus ope intelligit.

Substantiam

SVBSTANTIAM, QUÆ SENTIT IN HOMINE, RATIO-
cinari; & animalia reliqua ratiocinationis non pro-
fus expertia esse. Cap. XIIII.



RATIONES, quibus non eandem in homine substantiam singularem percipere, & conferre ea inter se, similiaque, quæ ijs insunt, colligere, inq; vnum agere, vniuersales nimirum natura cōstituere Peripatetici astruunt. latis (reor) superius reiectæ sunt: eæ modò soluedæ, quibus quod rei ignotum est nō ab ea ipsa percipi, intelligique, quæ, quod notum est, sentit contendūt; si quidem non & ipsæ reiectæ sunt, confutataq; omnes. Quoniam enim propterea præcipuè ratiocinandi facultas sensui Peripateticis abnegata est; quod non bene is sui natura agilis, mobilisq;, & qui quæ percipit, conferre inter se ea, dijudicareq; queat (quæ ratiocinanti substantiæ operanda omninò sunt) sed in ijs, quæ percipit, perpetuò hæere visus ijs est; & liquidò illa omnia sensus operari conspectus est; nequaquam ratiocinationis expertis ponendus est, quod illa operandi impotens sit. At age diligentius res inspicatur. Forte enim ea modò agilitate donatus sit, qua similia, quæ in rebus conspecta sunt, conferre inter se, inque vnum colligere, & quæ percipit, imaginari, recollere eæ omnia possit: at nequaquam horum similitudine quæ non percipit percipere. Id porrò non alia, aut proximior ratione manifestum fieri potest, quàm eorum, quæ inquirimus, tum & medij, quo ea intelligimus, inspectione. Nam si illa sensus obiecta, & sensui omninò percipienda, hoc verò sensui perceptum esse appareat; quia quæ sentit substantia ratiocinetur dubitare non licet. Quæ igitur inquirimus, & medium, quo ea intelligimus, vel sæpius vtrumq; conspectum iterum ante oculos ponere ne grauemur. Quæ vniuersa sensui occulta, ignotaq; sunt, substantia ea nulla quæ sint, aut qualia, inquirere videtur; quæ nimirum pacto nullo innotescere possunt: at ea modò, quorum quid sensui apertum est, & ignotum quid. Quæ scilicet integra innotescere possunt, si quæ horum nota sunt, in alijs, quæ penitus innotuerūt, quæ scilicet vniuersa sensu percipimus, inuenta sint: quod (vt dictum est) quæ sui natura, & in ente quopiam iuncta sunt, perpetuò iuncta esse volunt. Vbi igitur quid rei cuiuspiam habemus, & quod ignotum est inquirimus, in re penitus nota inquirimus; eo que in hac inuento, quæ ei in re penitus nota annexa sunt, iunctaque anneximus omnia. Hoc porrò alia substantia nulla, sed ea tantum operetur, quæ & rem penitus percipit, quæque eius memoriam seruat; & quæ insuper, quod rei nō penitus notæ notum est, sentit, percipitque. Non scilicet quæ iuncta sentit sensus, iuncta ea esse oportere, vel quæ contraria sentit sensus, contraria esse oportere, non sensus ipse, sed alia decernat substantia. Vel rationis itaque penitus expertibus reliquis cōspectis animalibus, quæ in homine sentit, eadem & ratiocinari existimandum foret, absolutiorem quid factam, quàm in illis est, perfectioremque. Eò igitur magis, quod vel Aristoteli ipsi ratiocinari illa, illorumque actiones multæ, & prudentiæ, & sanctitatis etiam, verèque fortitudinis plenæ videntur: alijs, & longè illorum peritissimis non hoc tantum, sed nihilo, tere, quàm homines minus animalia omnia, aut pleraque proprias affectiones, passionesque, & necessitates omnes conferre inter se, consiliaque inire, eaq; de animalibus multis recensent, in quibus manifestè ratiocinari, & illa etiam omnia operari videtur. Ratiocinationis (inquit Aristoteles) est, vtrum hoc, an illud agendū sit considerare. Quin igitur animalia omnia, aut pleraq; quadam ratiocinandi, vel existimandi (vt dicemus) cōmemorandi; facultate donata sint ambigi non potest. Eorū enim longè plurima plurimis in actionibus quid agendū sit manifestè cōsiderare, & veluti perpendere, & plerumq; quod præstat feligere, agereque, & eorum opera omnia summa industria, summaque arte confecta esse videntur. Natura inquit duce ea operantur, peraguntque: at rationis omnis, omnisque opinio.

opinionis expertia esse inde manifestum fit, quod nulla fides, confidentia nulla illorum vlli indi potest. Nam si ratiocinandi vis vlla illis inesser, vtique persuasione aliqua capi, & confidentia omnino aliqua indi illis posset. Rectè sanè, si nihil persuaderi illis potest, neque vlla indi confidentia; si nihil omnino quibusuis hominum factis de propria natura, feritateq; deponunt, rationis profus expertia esse existimandum est. Nam quæ ratiocinari possunt, ea sapius præsertim admonita, edoctaque bene sibi ipsis euenturum quid, aut necessariò etiam subeundum, amplectuntur id, aut a quo tandem animo sustinent; & à quibus sibi benefactum vident, benefici etiam sperant, confiduntque; & supplicio affecta vbi parere recusant, iterum peccare abstinere; persuaderi sibi omninò sinunt, itaque & mansuescunt. Quædam igitur ratiocinandi, dignoscendique vis animalibus insit oportet. Nam & blanditijs, beneficijsque allicti, capique videntur; & non modò benefactoribus confidere, sed amare etiam eos, colereque, & pugnas etiam pro eis pugnare, gratiamque habere, & vbi licet referre etiam; & vel quæ summopere appetunt, auerfari, aut non agere, pœnis ob ea affecta, & vel minis terreri; eaque interdum illorum multa discere, quæ non multis hominum discere liceat. Nec verò si ratiocinandi, è præteritis nimirum rerum actionibus earum, similibusque nihil dum agentes vires intelligendi, dignoscendique vis animalibus tributa non fit (quæ eorum longè plurimis manifeste inesse videntur) præteritarum passionum, præteritorumque morum cognitio, memoriaque indenda ijs erat vlla. Neque enim alium ea in vsum indita videri potest, nisi vt vel nihil à præsentibus contacta, passaque rebus, earum vires dignoscant tamen. Itaque alienas eas, & à quibus oblatantur, nihil amplius ab ijs offensa auerfentur, declinentque; similes verò, cognatasque, & à quibus adiuuentur, nihil haesitantia sectentur, amplectenturque; eadem scilicet ab iisdem, vel à similibus se se passura cognoscant. Nec ambigere licet, quin in præcipua quæuis, & densa in quæuis passim irruant, nisi nullum vbi adest densum, cui innitantur, & à quo ne delabantur veluti reiiciantur, se se sustinere, & densa permeare non posse dignoscant; & ex ijs omnino, quæ sensu percipere. Minus etiam ea peragant, ob quæ peragenda vel in primis ratiocinandi vis tradita hominibus videtur. Nec victum scilicet, qui non omnibus semper præstò adest, sed eorum multis magna plerumq; industria comparandus est, comparant; nec prole ibi adant, vbi commodè, tutòq; eam adant, & rectè eam educunt, ac instituant etiam. Nam & id itidem eorum multis faciendum est, & fieri etià videtur; & summa hæc omnia industria, prudentiaque ab animalibus fieri ipse in primis Aristoteles prædicat. Vt nunc quæ satis hominè mirari queas; qui cū summa ratione animalia uti intuitus sit, prædicetque, nullà illà ijs postea, & à nulla, vt videtur, impulsus necessitate inesse decernat.

ANIMAM A DEO OPT. MAX. CREATAM, ET SINGVLIS HOMINIBUS INFUSAM, VNIVERSO QUIDEM SINGULORUM CORPORI, AT SPIRITUI PRÆCIPUE, VT PROPRIAM FORMAM INDITAM ESSE: ITAQ; SUBSTANTIAM, QUÆ IN HOMINE RATIONANTUR, NON VNAM, SIMPLICEMQ; ESSE; SED EX ANIMA À DEO CREATA, & È SPIRITU È SEMINE EDUCTO COMPOSITAM ESSE: & FACULTATEM IGNOTAS RERUM CONDITIONES EX EARUM SIMILITUDINE, QUÆ IN ENTE PENITUS NOTO CONSPICITUR, COGNOSCENDI, NON RATIONANDI, INTELLIGENDIQUE, SED EXISTIMANDI, VEL COMMÉMORANDI POTIUS APPELLANDAM ESSE. Cap. XV.

T vel si quas sensus non percipit rerum conditiones, ex earum, quæ enti insunt, quod penitus sensui innotuit, similitudine percipit; eam omnino facultatem, quæ humane animæ propria videtur, & rationalis dicitur, reliquorū itidem animalium animam sortitam esse manifeste intuemur: non tamen & ipsam, veluti

veluti humanum, rationalem esse dicamus vnquam; animalium nimirum spiritum (is enim animalium animæ substantia visus est esse) rationalem & ipsum, veluti humanū, ponamus. Nec propterea modò, quod humanus (quia multò, quàm ferinus purior est, & copiosior, vt existimandum est, & ad motus recolendos multò commodiorem nactus est locum; proptereaq; qui in ipso fiunt motus nullis à fuliginibus interrumpuntur, confundunturq; vnquam; itaq; integros eos, purosq; recolit spiritus) adeo ferino præstantius ratiocinatur; vt huic ille collatus, ratiocinandi profus impotens videri possit: sed multò amplius, quod humanus non solus ipse, sed cum anima simul à Deo creata, & hominem singulis infusa ratiocinatur, quin vnus ei, idemque factus videri potest. Quoniam enim quæ homo sentit, & quæ appetit, operationesque, quas iuxta sensum, appetitumq; operatur, non alia corporis pars, sed vnus modò sentit, appetitque, atq; operatur spiritus; & prauas huius appetitiones, operationesq;, animæ ab ipso creata morte Deus punit; vtique; (vt superius dictum est) nisi priorū operum oforem, in quomudè Deum existimare velimus; necessariò animam ab ipso creatā, & hominem singulis infusam, vniuerso quidem singulorum corpori, vt Sacrosancta Ecclesia docet, at spiritui præcipue, vt propriam formam, inditam esse iudicandum est; facultatemq; ei tributam, quin munus impositum esse, vt (formarum reliquorum ritu, quæ materialium, quas subeunt, viribus reiectis, corruptisq;, & vnum omninò illis facte, propriarū actionum, operationumq; potentis illas faciunt) anima itidè à Deo creata, & spiritui indita, proprium ei ingenium, propriosq; inderet mores. Itaq; non vltius prauas, Deoq; iniustas, sed probas, Deoq; gratas, & quæ diuinæ animæ propriæ videri possent, operetur operationes. Et propterea omninò; vt quæ nihil spiritus viribus, illecebrisq; cederet, sed prauas illum ad voluptates, prauasq; ad operationes ruentem cohiberet, reprimeretque, & ad probas, Deoq; gratas ageret; proprium ea ad opificem, ad cognatasq; vt rediret substantias, æternoque, cum his, longèque beatissimo frueretur æuo. Quæ contra propriæ originis, propriæq; dignitatis, & muneris à Deo impositi oblita spiritus viribus succumberet, proindeq; nullis cum voluptatibus, nullisq; reijceret ab operationibus, quin veluti ipsius assumpto ingenio, iisdem, quibus ille, voluptatibus, iisdemq; oblectaretur operationibus, & quæuis spiritui sectanti obsequeretur; vt in terræ ima deiecta proprii opificis, proprii q; parentis, & cognatarum substantiarum, quibus adeo dissimilis facta est, intuitu orbara, quibus digna est, perpetuò lueret pœnas. Itaq; quoniam quæ in homine ratiocinatur substantia ex anima à Deo infusa, & è spiritu è semine educto (qui sui natura rationalis nō est) è diuina nimirum, immortalisq; altera, & è sensibili, mortalisq; altera composita est substantia; & quoniam homo (quod cæteris animalibus denegatum est) nō sensilia modò, mortaliaque, quæ ad præsentem modò sui ipsius pertinent conseruationem, intelligit, appetitq;, sed diuina etiam, immortaliaque, & quæ ad æternam sui ipsius spectant conseruationem intelligit, appetitq;: duplex utiq; homini appetitus, & duplex indendus videtur intellectus, & spiritui quidè præcipue vt etque; at ab anima alter à Deo opt. max. creata, à spiritus ipsius natura altera. Siquidem quæ intelligi diuis non hominibus modò, sed animalibus etiam inesse apparet, sentienti substantiæ, & spiritui omninò indita est omnis. Et duplex quidem homini appetendi vis antiquioribus etiam indita est: & altera, eaq; omninò, quæ spiritui attribui potest, sensiles res, & quæ bona apparent, vel si verè bona non sint, præsentèq; modò appetit conseruationem, proptereaq; sensitiuus appetitus appellatus est; altera diuina, immortaliaq;, & futuram, æternamq; sui ipsius appetit conseruationem, & voluntas nuncupata est. At inuisandi videri possunt, quod nō & intelligendi vim duplicem fecere; sed eam omnem vnā, eādemq; posuere, & confuso nomine intellectum appellarunt. Manifestè enim bene à se ipsa diuersa cum sit (quod nobis factū est) distinguenda omninò erat: & altera vni homini indeuda (quæ scilicet vni ei ab anima à Deo creata indita

dita erat; & qua (vt dictum est) diuina, immortaliaque. & qua ad aeternam sui ipsius conseruationem spectat, intelligit: altera spiritui etiam tribuenda, qua is sensiles modo res, & qua ad presentem modum sui ipsius conseruationem pertinent, intelligit: ignotas nimirum rerum conditiones ex earum similitudine, qua in ente penitus sensu percepto in notuere, percipit quam non hominum modo, sed multorum etiam animalium spiritus sortitus videtur. proprieque in ijs non ratiocinandi, intelligendiq. (quomodo, qua anima a Deo creata, qua vna verè rationalis est, inest, appellatur) nuncupanda est, sed existimandi, cognoscendique, vel, si placet, commemorandi. Nam occultarum rerum inquisitio, inuentioq., commemoratio quadam est. Manifestè enim (vt visum est) qua ignotum quid inquirat substantia, non aliud operatur, sed qua in ente, quod non vniuersum innotuit, notas habet conditiones, quo in ente penitus ei noto conspecte sunt, commemoratur. Quoniam igitur duplici intelligendi facultate praeditus est homo, proindeq. non sensibile tantum, apparensq. bonum, sed verum etiam, aeternumq. intelligit: & horum alterum ceterarum interdum apparet alteri, & homo ad vtrumq. appetendum liber est, liberumque arbitrium habere dicitur: si quod verè bonum est eligit, meretur, sin malum demeretur. Id reliquis animalibus euenire non potest. Vnum enim modum bonum cum cognoscant, idq. modum cum appetant, proindeque ad id modum cum ferantur, nec mereri, ne demereri possunt. Itaq. vbi sacra diuinae litterae intellectum animalibus demunt, intellectum ijs demunt, quem anima a Deo creata hominibus indit, non cum, qui animalibus inesse videtur. At vnde digressi sumus redeamus; & rationes reliquas, qua humanam animam in multas Aristoteli diuidunt inspiciantur, perpendanturque.

SVBSTANTIAM, QVAE RATIOGINATUR, NEQVAQVAM A
sentiente diuersam ponendam esse: quod qua ratiocinatur ab alio ad
aliud transit, qua verò sentit haret. **Cap. XVI.**

Non eandem postremo substantiam in homine sentire, ratiocinariq., presentia nimirum, agentiaque, & remota, nihilq. agentia percipere ponentes Peripatetici, quod qua presentia percipit, haret, qua verò absentia inquirat, ab alio ad aliud transeat, nihilominus incusandi videtur: quam si diuersum ponant artificem, qui eandem quidem materiam, eundemq. in usum, sed diuerso positam situ diuersis organis, & diuerso omnino tractet modo. Non modus scilicet, quo res cognoscuntur, sed ipse intuenda sunt res. Eadem enim qua sunt, eidem omnino substantiae cognoscendae, percipiendaeq. Aristoteli praesertim sunt. Modus, & cognitionis etiam praesentia si diuersa earum positione varietur, minimè a diuersa substantia percipi illas arguit: veluti hec; artificem diuersum, qui materiam eandem, at alio situ locatam, aliam distantiam, non iisdem organis, nec eadem omnino tractet ratione. Quod si cognoscendi itidem modus intuendus est: non mansio tantum, transitusque, sed in quibus mansio, & quibus a rebus ad quas transitus fit, intuendum insuper, & multo etiam prius, multoq. diligentius, & diuersis ijs conspectis, a diuersa substantia percipi ponendum: Sin eadem visa sint omnes, vel non eodem cogniti modo, ab eadem eas substantia percipi, statuendum omnino est: Peripateticis praesertim (vt dictum est) quibus nimirum cognitio omnis similitudine, & cognatione quadam sit; & quibus propterea a diuersis substantiis anima componi videtur, quod diuersas percipit res. Res igitur in quibus haret, & a quibus, & ad quas transit anima, & quas insuper ratiocinatione inquirat, intelligitq., inspicendae; & si eadem visa sint omnes, substantiam omnino eandem manete, haret, & transire, sentire nimirum, ratiocinariq., existimandum est. At

At nihil profus differre illa omnes videntur, sed omnes sensiles esse, & sensu comprehensa esse omnes, vel comprehendendi saltem posse. Transitus scilicet qui fit, a re (vt dictum est) haret, cuius quid sensu perceptum est: & non ab ea vniuersa, sed ab ea eius parte, vel conditione, vel actione, qua sensui innotuit, ad rem penitus sensu perceptam, cui id inest, quod in re, qua non vniuersa innotuit, notum habemus; vt quaecumque ei in re penitus sensu percepta iuncta esse sensimus, in rem idem, qua non vniuersa innotuit, iungamus, annectamusque. Nihil igitur vspiciam videre est, quod non sensibile; & quod etiam sensu perceptum non sit, nisi id modo, quod inquiratur. Quod ipsum, si dum ratiocinatione inquiratur, sensui manifestetur, nihil amplius ratiocinatione id intelligere anima laborat: sed magis etiam acquiescit, quam si ratiocinatione innotuisset: quod inquirerebat nimirum aucta, & praestantiore quodam modo, quam quo inquirerebat. Non quidem, si a sentiente diuersa sit intelligens superius dicta, aut non a sensu pedit, & (vt dictum est) imperfectior ea sit, & per similitudinem, sed a via adhuc ratiocinatione id intelligere inquirat. Veluti vbi attingere quid expetit anima, minimè eo conspecto acquiescit, sed ardentius etiam interdum attingere studet, nititurq. Vt liquidò pateat, eandem & sentire, & ratiocinari substantiam; intelligentemq. (vt dictum est) sensu esse posteriorem. Eadem autem existentes diuerso sicut modis, quod eadem quidem res, at modo longe diuerso animae illas percipienti exposita sunt. Praesentes nimirum hae, in quibus animam ipsam agentes, ipsamq. immutantes animae, quas igitur vt percipiat earum modum excipienda illi est, attendendaq. actio; in ea scilicet vel attingendis, vel intuendis haret, immorandumque. At qua remota, & remotiores, sunt, nihil, in ipsam agunt, nequaquam vel intueas eas, vel attingens, vel earum excipientes actiones, percipit eas vquam. Alia itaq. via, aliaque cognitio earum, & quali sensus indagandus est ratio. Id nimirum (vt dictum est) quod in re non penitus nota habemus, in re penitus nota inquirendum; vt qua ei iuncta, vniuersaque esse visa sunt, in ignota etiam re iuncta esse, vniuersaque intelligantur. Non igitur qua ratiocinatur substantia a sentiente diuersa ponenda est, quod qua ratiocinatur ab alio ad aliud transeat, haret verò qua sentit, immoreturque; sed eadem omnino & sentire, & ratiocinari, quod eadem res & sentiuntur, & intelligantur; & vbi sentiuntur, nihil eas intelligere curat anima.

IMAGINANTEM INTELLIGENTI, ET SIBI IPSI INTELLIGENTEM omnem eandem esse: diuersa autem imaginanti, atq. intelligenti, & intelligenti etiam ipsi euenire; quod res diuerso modo animae expositas, & non eundem tractant in usum. **Cap. XVII.**



Quoniam igitur qua presentia percipit substantia eadem & absentia illa recolere, & conferre inter se, & qua similia sunt, colligere, & vbi non vniuersa res innotuit, quod ignotum est, similitudine percipere, qua sentit: nimirum eadem & imaginari, & intelligere, & ratiocinari visa est: vna, eademq. imaginanti intelligens, ratiocinansq.; & intelligenti ratiocinans ponenda omnino sit, si qua vni, eidemq. idem, sibi ipsis itidem vnum sunt. Non igitur Peripateticorum rationes, quibus intelligentem ab imaginante diuersam ponunt, & quibus intelligentem etiam ipsam dissecant, dilantantq., reiiciendae: qua nimirum cum manifestè vanam astruunt rem, tum satis ex ijs, qua dicta sunt, quaeq. dicuntur, reiectae videri possunt. At modus tantum, ratioq. explicanda (si quidem & ipsa explicata non est) cur vna, eademque cum imaginetur, colligatur, & ratiocinetur anima, eademq. vniuersa tractet res, per facile imaginans decipiat, & qua nec sunt, nec esse possunt imaginetur, nihilq. ab ijs commoueat, ac ne assentiatur ijs interdum, at qua ratiocinatur, acrius decipiat, tur,

tur; nihil omnino, quæ colligit, & vtraq. ijs, quæ intelligit, assentiat omnibus, & à quibusdam commoueat etiam. Quoniam. scilicet quæ sentit anima, quæ sensit, recollere ea omnia, conferreque, inter se, & similia, quæ in illis sunt, colligere, inque vnum agere, & diuersa separare, & vbi quid non vniuersum conspectum est, quod eius occultum remanet, id quod innotuit in re penitus percepta intuens intelligere visa est; quæ sentit nimirum imaginari, & intelligere, & ratiocinari: facile & imaginans, & ratiocinans etiam decipi potest; quod moruum, qui à sensilibus in spiritu facti sunt, cognitio ita obscuratur interdum, vt bene præsertim sibi ipsis similes qui sunt, iisdem prorsus; proindeque & res, à quibus fiunt, eadem videri possint, & videantur interdum. Et imaginans seorsum; quod præteritos motus recolenti iuncti interdum obuij fiunt, quibus seorsum mota est; intelligens verò, quod bene diuersis, & contrarijs interdum entibus, si non vere eadem, at persimiles, & quæ longinquò præsertim perceptæ eedem videri possunt, insunt conditiones; itaque enti indi possunt, cuius non sunt. Præterea & quod entia apud nos fortè omnia è longè diuersis composita sunt partibus: itaque quæ certarum illorum partium actiones sunt, passionisque, vniuersis attribui possunt. Postremò & quod quæ apud nos fiunt, eueniuntque, non necessariò fiunt, nec necessariò eueniunt; sed non fieri, & non euenire possunt, & quæ facta sunt, assidue, diuersisque, corrumpuntur modis. Itaque illorum exortum, constitutionemque, & euentum, permanentiamque; ex ijs, quæ fieri, euenireque plerumque percipimus, ratiocinantes facile decipi possumus. At colligens perrarò, perque ægrè decipitur; quod nec obscura, confusaque, recollit, neque sensui occultum quod est, similitudine inquirat, obscura interdum, remotaque, & in rebus, quæ non semper eodem eueniunt modo, sed similia in singularibus dudum, manifestèque, percepta colligit modò; quæ igitur id tantum ponit, quod sentit, vel quod dudum sensit. Perrarò itidem, perque ægrè quæ necessariò, & quæ semper eodem modo fiunt, intelligit; vbi similitudine intelligit certa, propinquaque. At quæuis intelligat, quoniam eorum intelligit similitudine, quæ sensu percepta sunt, non quæcunque vult, & qualia igitur nunquam sensu percipit, & nec sunt, nec esse possunt, sed ea modò, quæ sensu perceptis similia aut sunt, aut esse possunt. Et ijs itaque perpetuò assentit, & commouetur ab ijs interdum; quæ nimirum esse, aut euentura omnino existimet ijs similia, quæ sensu percipit. At quæ imaginatur, quodlibet; sensu modò id perceptum, eiusque cognitio, memoriaque seruata sit: quæ scilicet sensit, omnia recollere, & quasi ante oculos ponere, intuerique, & quæ insuper seorsum percipit, & iuncta esse nolunt, iungere, & separare quæ iuncta sensit, & iuncta esse volunt. Quoniam enim quæ percipit, ea omnia in se ipsa habet, & vbi libet, quouere, libet modo, vel simul scilicet omnia, vel seorsum singula recollere potest: quæ etiam diuersa, separataque percipit, nihil minus, quàm similia, agglutinare ea, connectereque, & è multis, diuersisque, vnum componere potest; & quod ente in quo uis percipit, id ei demere, alijsue apponere; quæ demum percipit omnia, vt libet, commiscere, confundereque, atque vnire, & separare, diuidereque. Et Centimanos igitur, & semicapras, monoculosque; viros, atque alatos serpentes effingere potest: at nequaquam & assentiri ijs, multòque etiam minus ab ijs commoueri ab ipsamet efficitis; & quæ nullis, quæ sensit, similia, neque esse euentura, neque esse etiam posse videantur. Propterea igitur vna existens, eademque anima, & eadem omnino percipiens res diuersæ in earum perceptione efficitur, diuersaque ipsi eueniunt; quod non modo eodem expositas eas, neque eundem in usum tractat. Nam & præsentis, inque ipsam agentes, & remotas, nihilque agentes, & perceptas tamen, interdum etiam & ignotas, & in propria interdum eas natura intueri contenta est: interdum etiam & ab ea illas amouere. Et quod rerum ipsarum inconstans, instabilisque, & diuersa est natura.

SVI OBLITVM ARISTOTELEM IMAGINATIONEM HOMINI inditam statuere, vt intellectu, vel passionibus, vel morbis, vel somno oppresso illa hominem regeret: ab vnaque omnino substantia perpetuò homines gubernari. Cap. XVIII.



V: certè oblitus Aristoteles, imaginationem propterea hominibus inditam statuit; vt, intellectu vel passionibus, vel somno oppresso, illa homines gubernet. Penitus. n. incorporeus, nullique corpori herens, ac ne corporeo quidem organo villo utens Aristoteli intellectus, minimè aut sensus affectionibus, passionibusque; (sensus enim, non intellectus affectiones, passionisque; sunt omnes) aut corporis morbis, aut etiam somno opprimatur, aut turbetur omnino quicquam. Multo certè, quàm imaginatio minus; quæ sensus affecta, comesque, & vnum penè sensui Peripateticis etiam visa; & quæ magnam omnino corporibus cognationem, affinitatemque; habeat: & sensus, & corporis affectionum particeps sit necesse est. Tum homines etiam ipsos gubernans imaginatio interdum, ratiocinandi facultate necessariò donanda est. Nā vel vbi quæ maximè rationi aduersari videntur agunt homines, ad quæ ab imaginatione Aristoteli impellantur oportet; ratiocinatione omnino aliqua duce, & duplici interdum agere videntur. Siquidem & num agendū id sit ratiocinantur; nec agere vnquam agrediuntur, nisi, pensatis prius impellentibus, retrahentibusque; causis, agendum statuatur. Tum vbi id decretum est, consilium initur, quò agendum sit modo. Non quidem, si quæ ratiocinatur non eadem imaginanti sit. Neque enim modum illa inquirat, quo agendum id sit, quod contra eius consilium, & repugnantè ea, inuitaque; agi decretum est. Nec quiescat homo vnquam, si non vna, eademque; substantia, & vna omnino, eademque; vi, quæ proposita sunt, cognoscat, appetatque; omnia. Nam diuersæ homini si insint substantiæ; vtiq. & diuersa appetant, & perpetuò inter se pugnent oportet. Neque enim altera proprii boni, propriaque; voluptatis oblita alterius studiū sequatur vnquam. Nec verò ab altera alteram vel persuasam, vel coactam dicant, victamque;. Irrationalis. n. Aristoteli imaginatio, sensusque; nec persuasionem vlla à ratione allici, nec rationem ipsi blanditijs vllis allicere queant. At neque sensus, imaginatioque; rationi Peripateticis repugnet vnquam, rationis materiæ, subiecta que illis cum sint. Tū nulla corporis pars, aut inexistentis substantia ad opus vllum inuita trahi apparet: sed, vbi de liberata est res, homo vniuersus promptè ad agendum moueri videtur. Ibi scilicet (vt suo amplius expositum est loco) secum ipsa pugnare anima videtur; vbi non vnum bonum, sed plura, & quæ non simul consequi liceat, proposita sunt; quod præligat nimirum anceps, dubiaque. Id quod & ibi eadem nihil minus pati videtur; vbi plura proposita sunt, & generis etiam eiusdem honesta, vel plura vtilia, aut etiam dulcia plura; & quæ eodem insuper sensu percipienda sint. Tandiuque; secum ipsa pugnare videtur, fluctuareque; dum alteri anteferat alterum, & contempto omnino altero alterum amplectendum, sectandumque; statuat. Idque vbi factum est, nihil amplius secum pugnat; nihil fluctuat, nihilque; hæret; sed veluti vinculis soluta ad id, quod selectum est, agendum, fruendumque; accurrit. Vt ab vna, eademque substantia perpetuò homines gubernari, eandemque omnino imaginanti ratiocinantem esse manifestum sit. Nulla igitur, vel Aristotelis, vel suorum ratio obstare videtur; quin quæ sentit eadem intelligat anima. Intellectus itaque naturam explicans nē audiendus quidem esset Aristoteles: rem scilicet superfluam tractans, inuolvensque. At audiarur tamen. Fortè enim res etiam ipsa per se; & absurditatum plena, & ab Aristotele omnino efficta, & sui vbi que Aristoteles similis, suo videlicet vbi que arbitrato res componens videri poterit.

INTELLECTVM ARISTOTELI POTENTIA ESSE; ET VBI INTELLIGIT, PATI, AT NON CORRUPTIAM PASSIONEM, SED PERFECTIAM POTIUS; NULLAMQUE IPSUM PROPRIAM FORMAM SORTITUM, NEC ENS ACTU, NEC CORPUS OMNINO ESSE, NEC CORPORE PRO ORGANO VTI; SED POTENTIAM MODÒ, APTITUDINEMQUE AD FORMAS SUSCIPENDAS, & FORMARUM OMNINO ESSE LOCUM.

Cap. XVIII.

§. de aia
Tex. 2.



QUONIAM (inquit Aristoteles) non statim, nec semper, neque eadem intelligit intellectus, sed aliàs aliàs; non actu cum esse, sed potentia, cuiusmodi & sensus est, & pati, ubi intelligit, existimandum omnino est. Neque enim è potentia ad actum agatur, nulla intercedente passione. Minimè porrò, ubi intelligit, actuque sit, corrumpi visus, sed perfici, absoluique magis, non verè pati, quin passionis propriae dictæ impatibilis prorsus, & nulla ipse præditus forma sit oportet. Siquidem propria si insit, alterius aduentu (quæcunque ea sit) pereat intellectus in aliud actus ens. Et aliarum susceptivus, & potentia talis, at nequaquam actu quid esse; & sic se ad intelligibilia habere, quemadmodum ad sensibilia se habet sensus. Veluti. scilicet eorum, quæ sentiuntur, nihil actu est sensus, sed potentia omnia: sic & intellectus ea, quæ intelliguntur, potentia esse omnia, actu eorum nihil. Quoniam igitur omnia intelligit; omnia potentia eum esse, actu nihil, nec propriam omnino habere formam oportet. Quæ nimirum si inexistat, alienas rejiciat, & aditum ipsi obsepiat, obstruatque. Ut nulla prorsus alia sit eius natura, nihilque ipse aliud sit, nisi potentia, aptitudoque ad formas suscipiendas. Intellectus igitur nihil eorum, quæ intelligit, actu prius, quam ea intelligat, eaque ipse fiat. Quapropter neque corpori immisceri illum dixeris. Corpori enim immixtus, necessariò eius qualitibus afficiatur, & calidus fiat, frigidusque; vel si (quod sensus facit) corpore pro organo utatur. Penitus itaque impertinens, penitusque incorporeus intellectus; & id modo existens, aptitudo nimirum (ut dictum est) potentiaque ad formas suscipiendas, & veluti formarum locus, & receptaculum. Non similiter porrò sensui intellectum pati, nullaque prorsus corporeo uti ipsum organo, inde intelligere licet; quòd ubi, quòd summè intelligibile est, intellexerit, quæ minus intelligibilia sunt, nihil deterius, sed præstantius etiã intelligere videtur. Id quòd sensus minimè facere apparet. Excellentius enim sensibili percepto, obscurius quòd est, languidiusque; minus percipit: à robustiore nimirum illius actione passio, dissolutoque; penè & corrupto organo. At formas ubi susceperit, eaque ipse factus fuerit, non amplius potentia tantum, sed actu est intellectus; & per se intelligere, & operari potens, nulla externa opus habens opè. Et non formas modò, quas susceperit, quæque ipse factus est, sed se etiam ipsum intelligit; qui. scilicet susceptis formis idem factus est. Illas itaque intelliges, & se etiam ipsum intelligit. Illud fortè dubitaret quis: si simplex, atque impartibilis est intellectus, nullique admixtus materię, & nulli omnino còmune habens quid; quomodo intelligit? Siquidem intelligere pati est quoddam. Quæ enim patiuntur, communem agentibus materiam sortita sunt. Neque igitur quòdlibet à quòlibet patitur, nec in quòdlibet agit quòdlibet: at ea modò in se ipsa mutuo agunt, & mutuo à se ipsis patiuntur, quibus communis subest materia. At eorum (quòd sæpe dictum est) tollenda est dubitatio. Non scilicet corrumpitur formas suscipiens intellectus; sed perficitur magis, è potentia ad proprium actum, propriamque actus perfectionem, eaque omnia factus, ad quæ comparatus erat: eo sermè pacto, quo tabella, ubi figuræ in ea depinguntur, quæ in ea pingenda erant. Veluti igitur hoc ubi sit, minimè corrumpi tabella videtur potest: sic neque intellectus ubi intellectibilia, quæ potentia est, & ad quæ suscipienda factus est, suscipit, illaque ipse sit; minimè eum pati, sed perfici potius, absoluique existimandum est.

MI 17

SI

SI INTELLECTIO FORMARVM SUSCEPTIONE (VT ARISTOTELI VIDETUR) FIAT; RECTÈ PROPRIA FORMA CARERE, & À FORMIS, QUAS SUSCIPIT, NON PATI, SED PERFICI VISUS SIT: AT CORPOREUS OMNINO, MINIMÈQUE SENSUI DISSIMILIS PONENDUS SIT. Cap. XX.



ROPTEREA (ut videtur) & propria forma priuandus esse intellectus, & neque actu ens, neque corporeus faciendus, nec corpori villo modo immiscendus, sed potentia tantum esse, aptitudoque ad formas suscipiendas, & pati quidem ab illis, & non in aliud ens agi, sed perfici, absoluique; ad id actus, ad quòd factus erat, paratusque, Aristoteli visus est; quòd intellectio itidem, veluti & sensus, formarum susceptione fieri vilia est; idque modò animam percipere, quòd suscipit, & quòd sit, aliud nihil. Neque igitur, vel quæ pacto nullo percepta sunt, pacto villo ab anima cognosci; nec quæ etiam adiunt, & in animam ipsam agunt, at nihil eam immutant, æquè ei, vel eius organo calida, aut frigida. Rectè hæc quidem. Neque enim à quibus nihil patitur, nihilque immutatur, nec passa, immutataque est vnumquam, villo ea pacto percipere anima potest. Et si vel modica formarum actio, modicaue ipsius passio, immutatioque; ad illarum naturam percipiendam animæ satis non sit; sed illæ, ut sensus, vel intellectio fiat, suscipiendæ omnino sint: utique & propria ipsam forma carere; & à formis, quas percipit, non verè pati, sed primæ materiæ more perfici, absoluique; ita tuere liceat. Siquidem formas suscepturam omnes, propria eam carere oportet. Nam propriam obtinens ægrè alienas, & non nisi coacta, deuictaque, & corrupta etiam suscipiat. Et ad formas suscipiendas facta si sit, paraque; nequaquam eas suscipiens corrumpatur, sed perficiatur, absoluatque. Et magno studio (quòd Aristoteli factum videtur) substantia inquirenda sit, quæ formas sensu perceptas materia omni exuat: neque enim materię dum immersa formarum vicem tibeant, formæque ipsæ sint. Intellectus nimirum penitus immaterialis, formæque ipse existens omnes, summèque; propria natura actius; qui materiæ immersas formas, & cum aliqua materiæ conditione à sensu perceptas, sui ipsius, illas similes, & penitus immateriales faciat. Id modò inculandus videri posset Aristoteles; quòd animam formas suscepturam incorpoream statuerit. Quòd enim vel formam, vel aliud quiduis suscepturum est ens, aut passurum quid, vel è quo aliquid constituendum; corporeum id sit maximè est necessarium. Nec imaginari licet, formas, aut aliud quiduis ab incorporea, nullique affixa corpori re suscipi posse. Neque ipsa igitur materia incorporea videri potest; & Peripateticorum præstantissimis minimè videtur. Et qui incorpoream illam ponunt, huc acti, atque illuc, modum tamen, quo corpus constituent, generentque; inuenire nullum possunt. Et quantumvis cum inquirent, nunquam (reor) inueniant. Qui enim ex incorporeis rebus corpus constituatur? Minus mehercule hoc possibile, quam è non substantijs substantiam constitui: quòd vel summè exhorre Peripatetici videntur. At ut materia incorporea formas suscipere possit; anima certè non potest: quæ nimirum plures simul, & contrarias etiam suscipere videtur. Et ipse igitur (vtilis est) Aristoteles inuitus quidem, propriisque presentibus positionibus aduersus, contrariusque subiecto tandem sensum donat; multumque eum non ratione tantum, sed subiecto itidè facit; ut varijs sui partibus varia suscipere, & varia pati, & varijs moueri possit motibus. Nec verò non similiter sensui pati intellectus, & non eodem sensui modo formas, quas intelligit, suscipere, aut magis incorporeus, vel sensui omnino dissimilis videatur; quòd summè intellectibili intellecto, ad minus intellectibile suscipiendum, intelligendumque; nihil ignauior fiat, quin promptius id suscipiat, ex quo sensus que intelligat. Secus ac sensus; qui excellenti sensibili suscepto, perceptoque, languidius, quòd est, obscuriusque, vix suscipit, & vix percipit. Ut enim sensibilia, intellectibiliaque; &

F 2 vtrorumque

vtorumq; perceptiones rectè contulerit Aristoteles; minime ex ijs sensui dissimilem, aut alium omnino à sensu intellectum declarasse videtur. Quonia enim non alias res sentit anima, alias verò intelligit, sed easdem prorsus & sentit, & intelligit; idq; modò à sensibus intellectiles differre videntur, quòd præsentibus illæ, propriæq; innotescunt actione, hæ verò remotæ, occultæque, & similitudine quadam intelliguntur; & quæ intelliguntur omnes, si præsentibus fiant, sentiuntur itidem omnes; nequaquam quæ sentit anima intelligenti dissimilis, vel non eadem propterea ponenda fuit; quòd quæ sentit ab excellentibus præsertim, summisque sensibus magis, quam ab intellectibus commouetur, magisq; patitur; & ab illorum susceptione, sensuque ad languidiorum sensuum perceptionem debilior fit, ignauiorque: at non quæ intelligit; sed summè intellectu suscepto, intellectuq; minus intellectu promptius suscipit, exquisitiussq; intelligit. Vel idem, n. sensus, & ab iisdem in super rebus, at non æquè propinquis non eodè patitur modo; sed à quibus proximis summè immutatur, validissimèque exagitur motibus, à remotis iisdem insensibile quid mouetur. Non. s. à passionis, perceptionisue diuersitate (quæ, vt dictum est, vel eodè in sensu, & à rebus iisdem, at variè distantibus summa fieri videtur) sed à rerum, quæ percipiuntur, diuersitate animæ dissimilitudo declaranda Aristoteli erat: quæ intelliguntur nimirum ijs, quæ sentiuntur, diuersa esse, dissimiliaque; & quæ non ab eadem suscipi queant, percipi; substantia. Et hoc ni fiat, nõquam quæ præsentibus res sentit anima, ab ea quæ easdem absentes intelligit, diuersa poni poterit. At vel si nihil sensuum, intellectuumq; natura, nihilq; sensus, intellectusque similitudo, dissimilitudoq; à rerum, quæ sentiuntur, intelligunturq; similitudine, vel dissimilitudine, sed ab ijs modò, quæ ab utrisq; anima patitur, & à diuerso passionis, cognitionisq; modo inspicenda sit; nequaquam tamen ex dissimilitudine Aristoteli conspecta sensui dissimilis intellectus ponendus est. Non si quidem quæ conferenda erant, collata Aristoteli sunt. Non s. summè quod est intelligibile excellenti sensibili, minime verò intelligibile minime sensibili proportione respondere videtur. Sed si quidem quæ summè intellectu mouent, summèq; intelliguntur, ijs, quæ sensum summè mouent, summèq; sentiuntur, & quæ parum intellectum mouent, parumq; intelliguntur, ijs, quæ parum sensum mouent, parumq; sentiuntur conferenda sunt (quod utiq; faciendum videtur: neq; enim iuxta earum nomina temerè interdum, perperamq; posita, sed iuxta earum vires, actionesq; res estimandæ sunt, conferendæq;). Summè sensibili non summè intelligibile (si id summè intelligibile est, quod summè est à sensu dimotum, & quod remota, obscuraq; intelligendum est similitudine, & vix intelligi interdum potest) sed quod minime est intelligibile; quod nimirum parum ab ijs, quæ sensu percipiuntur dimotum, si non propria ipsum actione, at similitudine propinqua intelligitur, aperta que: minime verò sensibili, quod nimirum vix sensum mouet, longeq; sentitur ægerrimè, summè intelligibile conferendū est; quod & ipsum obscurè, multoq; intelligitur labore. Quòd si quæ conferenda sunt, conferantur; non modò nihil sensui dissimilis, sed idem prorsus sensui videri poterit intellectus. Veluti scilicet summè intellectu suscepto, intellectuque, quod minus in intellectu est, promptius suscipit, faciliusque intelligit intellectu: sic itidem & sensus summè languente, summèq; ignauo sensui suscepto, perceptoque, vehemens, robustumque nullo labore, longeq; sentit exquisitiuss. Et veluti ab exuperantibus sensibus immutatus, commotusque sensus languentes eorundem actiones ægerrimè percipit: sic & intellectus aperta, propinquaque intelligere assuetus, quæ summè remota, summèque sunt obscura, si quidem ea intelligit, obscurè, summoque intelligit labore. Vt si (quod dictum est) quæ conferenda sunt, collata Aristoteli forent; similes à similibus & sensus, & intellectus visæ essent passionis, similesque similibus cognitiones, & eadem omnino sentienti intelligens anima; nulla alia vnquam intelligens, nisi quæ si præsentia fiant, sentiat omnia. Eadem certè ratione, quæ

intelliguntur formæ, & quæ sentiuntur, suscipi si videntur: utiq; si hæ non nisi à corporea anima suscipi posse visæ sunt, illæ itidem à corporea suscipiantur oportet. At dicitur hoc Aristoteli, reliqua modò rectè illi posita sint. Si scilicet formarum susceptione intellectu fieri, & non verè à formis, quas intelligit, pati anima, sed illarum materia existens perfici ab illis, absoluique videatur; & forma carens, & impatibilis videatur intellectus.

ANIMAM NEC SENTIRE, NEC INTELLIGERE, QUOD FORMAS SUSCIPIAT, SED QUOD AB EIS PATIATUR, IMMUTETURQUE; & PROPTEREA & PERFECTAM, & MAXIMÈ PATIBILEM PONENDAM ESSE: & QUOMODO SENTIENS, INTELLIGENSQUE OBLECTETUR, PERFICIATURQUE. Cap. XXI.



SENTIENS animam, spiritum nimirum à rebus, quas sentit, verè pati, immutarique, satis (vt opinor) suo declaratum est loco: ne declarandum quidem. Quis enim à calore dilatari, constringiq; à frigore, & ab exuperante utroq; corrumpi eum non sentit? At neque quæ sentiens patitur, imaginantem eum, intelligentemq; itidè pati ambigere licet. Longè enim quidem languidiores, obscurioresque, at eadem certè passionis, quas sentiens passus, iisdemq; motus, quibus sentiens motus est, imaginantem, intelligentemque sequi videatur. Nec aliud omnino imaginans; intelligensque agere videtur; quàm passionis, motusque, quas, quibusque à presentibus rebus passus, commotusque est, recolorè. Navigationis itaq; (vt sæpe dictum est) memores paulò minus, quàm id inuenientes tremore corripimur, rigoreque. Easdem scilicet passionis ab imaginatis, intellectisq; rebus patitur spiritus; iisdemq; ab ijs commouetur motibus, quas, quibusq; à presentibus, agentibusq; passus est. Vt nisi nimis sibi placens Aristoteles sensum etiam ipsum proprijs positionibus posthabendum iudicauit: ijs, quæ sentiens, & imaginans, intelligensq; anima patitur, conspectis, minime eam à formis, quas percipit, vt earum materiam, ad easque suscipiendas factam, paratamque perfici, & impatibilem, sed ipsam per se existentem, perfectamque, & summè patibilem ponat; quæ ad eò à nihil, vel exile quid agentibus rebus patitur, immuteturq;, & corrumpatur etiam. Verè porò passus, corruptusq; interdum à formis, quas intelligit, spiritus, & nequaquam vnquam propterea intelligens, quòd ens suscipiat, illæq; ipse fiat, minime earum materia, minimeque earum susceptione perfici videri potest. At sensus, intellectusq; appetentissimus, & summè in utroque oblectari, acquiescereque, & præstantior omnino in utroque, perfectiorq; fieri visus cum sit: perfectio inquirenda, quam à sensu, atque intellectus neis habet. An satis ea superius conspecta est? Et sentire scilicet, & intelligere appetit spiritus, summopereque & sentiens, & intelligens oblectatur, & perficitur etiam; quòd (vt expositum est) multò quidem robustius sentiens, at & imaginans, & intelligens itidem ad motum, ad propriam agi videtur operationem. Longè scilicet languidius ab ijs, quæ imaginatur, intelligitque, quàm ab iisdem sensu perceptis, at dilatari, constringique, ad motum omnino agi videtur. Et amplius etiam, quòd longè plurimis modis corrumpi eum possit spiritus; & quibus non nisi externarum rerum vsu, viribusq; occurrere possit: utique rerum omnium vires, & sui ipsius, & proprijs tegumenti, proprijsq; organi naturam, constructionemq; cognoscendi appetitu tenetur, & earum cognitione non modò summopere gaudeat, sed ad sui ipsius conseruationem aptior factus cum sit, perfectior etiam factus sibi ipsi videatur, oportet; & sit omnino. Non quòd potentia modò, & imperfectus per se existens ab accedente substantia actu, perfectusq; fiat; sed quòd actu quidem existens, at sui ipsius corporis, cui in-

fidet, & rerum aliarum naturæ inscius, ab earum sensu, intellectuque, & sui ipsius, & corporis, & illarum omnium naturæ, viriumque sciens, itaque & seipsum quoad licet conservandi potens sit. Quoniam igitur nec sensus, nec intellectus formarum susceptione, nec earum materia, nec formæ omnino potentia, & quæ a susceptis ipsi perficiatur, sed perfectæ, actuque existens visa est anima; & sentire quidem ab earum viribus exile quid passæ, intelligere verò, ubi à re aliqua, at non ab universa ea, sed ab vna modo eius conditione quapiam patitur; & à reliquis, quæ occultæ sunt, nihilque agunt, idem pari imaginatur, quod à rei, quæ universa egit, & cui dicta conditio inesse visa sit, conditionibus reliquis passæ est: intellectum explicans Aristoteles, qui rerum formas à sensu perceptas, minimèque omnibus ab eo materiæ conditionibus exutas, talesque factas, quales intelligi videtur, huiusmodi ipse eas faciat, & intellectui potentia eas indat, talis ipse sui natura existens, agendique vi præditus, ne audiendus quidem videri posset. At veritas ut undique eluceat, audiatur tamen.

INTELLECTVM POTENTIA ACTV IS FACIT, QVI ACTV
est, perfectusque, & qui quæ ille fieri potest, facere ipse illum potest omnia:
multòque, quàm ille, hunc separabilem, immistumque, & im-
patibilem esse magis. Cap. XXII.

g. de aia
Tex. 17.

POTENTIA (inquit) existens intellectus humanus, atque imperfectus, si ad actum agendus, perficiendusque est, ab intellectu actu existente, perfectoque absolvendus: rerum omnium natura constantium ritu; quæ omnes, quod sunt, potentia prius existentes ab eo perficiuntur, absolunturque, quod actu tale est, & perfectum. Veluti igitur in omni natura hoc quidem materia est omnia, quæ naturæ illius sunt, fieri apta, illud verò causa, & efficiens eadem omnia facere potes: sic & humanæ animæ nequaquam solus intellectus potentia, sed alter itidem in se oportet actu existens, perfectusque, & omnia, quæ intellectus potentia fieri poterat, facere eum potens; formas nimirum, quas non habet, & quas suscipere aptus est, illi inde fieri omnes, artis more in materiam agentis nulla præditam forma, at formas suscipere aptas omnes. Neque enim aptitudo, & potentia modo intellectui humano indenda; sed actus, perfectioque, ad quam suscipiendam factus erat, paratusque, adijcienda itidem sunt. Duplex igitur humanæ animæ inexistere videtur intellectus: alter omnia fieri potens, alter verò omnia facere; ut habitus quiddam, & veluti lux. Nam & lux visum potentia, & colores potentia, visum actu, & colores itidem actu facit. Sic intellectus actu non modo intellectum potentia perficit, ad actumque agit; sed quæ potentia intellectiva sunt, actu intellectiva facit. Actum scilicet existens intellectus intellectum potentia, ut propriam materiam, subiens actu eum facit, formarum omnium more proprias materias subeuntium. Et formas sensu perceptas, minimèque dum materia exutas, & aptas factas, ut suscipi, intelligi, ab intellectu potentia queant, penitus ipse immaterialis, formæque existens omnes, & summè actiuus materia eas conditionibus denudat omnibus; talesque, quales ipsi inexistunt, & quales ipse est, illas facit. Quod ubi factum est, ubi libet speculari possumus. Siquidem intellectus actu non, ut ars, seorsum à materia, sed intellectui potentia totus intextus, immersusque, & vnum illi factus est (vnum enim, quod est forma, & materia) & verè separabilis intellectus actu, impermixtusque, atque impatibilis. Licet enim & alter itidem eadem omnia habere visus sit: at actu existens præstantiore quoddam modo ea habet. Vique- quaque enim patiente agens, & principium omnino materia honorabilis est, nobilisque. Id etiam seorsum ab intellectu potentia habet agens; quod eius substantiæ prosus admixta est potentia; nec eius operatio à substantia differt quid, sed hæc illi eadem.

Tex. 18.

Tex. 19.

eadem. Non scilicet hoc modo, modo illud intelligit, sed simul omnia; & ab intellectu cessat nunquam. Et propterea ea, quæ non hoc intelligit modo, quæ scilicet corpori inclusus intelligit, eo exclusus minimè memoria tenet; quod non solus ipse ea intellexit, sed cum alio intellectu; cum imaginatione videlicet omnia, cuius ratio cinari est, & amare, & odio proficere, & passiones omnino omnes. Hic porro cum corpore occidit, & sine hoc nihil ille corpori inclusus intelligit.

NEC INTELLECTVM AGENTEM, NEC FORMAS A SENSU
perceptas, & ab agente materiæ conditionibus exutas, nec harum similes
ab his ex intellectu potentia eductas eius formas fieri.

Cap. XXIII.

R

ECCE quidem quæ potentia quid sunt, ad actum ut agantur, & actu id ut fiat, eo utique omnia opus habere statuit Aristoteles, quod ipsum actu tale sit, perfectumque. Neque enim vel materia ipsa vllam sibi comparat formam, vel actu quod est, agendi vi præditum materiæ, in quam agit, & quam exuperat, non propriam, sed alienam indat naturam. Rectè itidem, inde humanam animam potentia intelligentem astruit; quod non simul, ac corpori ingenita est, sed nisi adultam, benèque confirmata intelligit. Et si ubi intelligere incepit, perpetuò, atque incessanter, eademque intelligat; rectè etiam substantia inquit Aristoteli sit actu intelligens, perfectaque; à qua perfectæ illa sit, & ad actum actu, intelligendi facultate donata. At quoniam intelligens facta nequaquam perpetuò intelligit, sed per sepe, & diu ab intellectu cessat, summo opereque ab ea defatigatur: nequaquam eam illam potentia esse existimandum fuit; quæ ad actum, ut agatur, forma donanda sit, actu intelligente. Qua nimirum donata non statim modo, sed incessanter etiam intelligeret, eorum itidem omnium natura constantium more; quæ potentia quid existentiæ, ubi actu id fiunt, statim, atque incessanter iuxta actus, quem recipiunt, ingenitè Aristoteli in primis operantur. Ignis (inquit) potentia existens, ubi actu factus est, statim ignis operatur operationem; eamque, dum existit ignis, operari nunquam cessat. Et intellectus igitur potentia actu factus statim iuxta actum, quem recipit, operetur. Intelligat itaque statim, nihilque ab intellectu cesset unquam: multòque etiam magis, quàm entia quævis alia; alterius formæ ipse incapax, & ab intellectu formatus maximè actiuus, cuiusque operatio eadem substantiæ existit. Intelligere (inquit) in nostra est potestate; quoniam intellectus agens non quemadmodum ars seorsum à materia, sed totus intellectui potentia intextus, immersusque; veluti si artifex propriæ insit materiæ. At hoc si factum sit, non ubi collibitum est modo intelligamus, sed semper: neque enim inertis artifex agens. At neque ab intellectu potentia id agens patitur, quod formæ interdum nonnullæ in materiam agentes à contraria, & æque robusta occupatæ forma. Passa itaque, & debilitata agens forma, non integrè amplius, sinceraque subiectum subit, sed veluti imminuta, inexistentiq. formæ commixta. Impatibilis enim agens, maximèque actiuus; & intellectus potentia forma omni denudatus, impermixtusque, atque incorporeus, & parum quid ab agentis natura remotus: quem itaque agens exemplo robustissimæ formæ, & in materiam agentis nihil repugnantem, temporis momento, nihilque imminutus, immutatusque occupet. Vique- quaque igitur iuxta propriam operetur naturam; & nunquā à propria cesset operatione, multò etiam, quàm reliquæ formæ minus (quæ omnes (ut dictum est) simul, ac quamuis occuparunt materiam, iuxta proprium operantur ingenium, & dum existunt, operari nunquam cessant) maximè propriè, maximèque morigerè materiæ inditus, & quæ (ut dictum est) exiguum quid ab ipsius natura absit, nihil igitur repugnante,

3. de aia

gnante, obluanteque materia quod ex ipsis compositum est iuxta agentis operatur ingenium; nihil videlicet passus, nihilq. immutatus, aut impeditus agens, semper, & omnia simul intelligat, & numquam defatigetur. Propria siquidem operatio non tantum nihil operantis vires imminuit, nec oblaedit substantiam; at robur addit, maximèq. ens omne in propria conseruat natura, summaq. insuper afficit voluptate. Et multò etiam, quàm entia reliqua agentem magis illa conseruet; cuius operationi substantia eadem Aristoteli existit. Tum neque obliuiscatur vllius vnquam. Forme enim ipse existens omnes, si licet obliuiscatur, sui ipsius obliuisci videatur; vel ea, quæ est, non esse. At neque erret vnquam. Si siquidem entium, vel in quibus diuersa ab operatione substantia est, nullum prauè propriam operari videtur operationem; eò agens ampliùs rectè illam perpetuò ædat, in quo nihil prorsus ab operatione substantia Aristoteli differt. Vt nisi formæ, quæ ipsi insunt, ipseq. omninò agens non perpetuò idem sit, sed diuersus à seipso interdum fiat; nunquam erret; nunquam videlicet alias ab ijs, quæ ipse est, formas intelligat vllas. Nec verò non & ipsi hæc addubitant Peripatetici, & Theophrastus ipse. Si sociatus, congenitusq. est, qui mouet (inquit) statim mouere oportebat. Et semper inexistens, cur non semper mouet? & vnde nobis obliuio, & error, fallaciaque? An culpam habet permissio? Eadem omninò Peripateticos angustia premant, si non ipse agens se se intellectui potentia indat, vnūque illi fiat; sed id modò agens præstet, quod rerum formas sensu perceptas, & in imaginatione repositas, nec dùm penitus materia exutas suo ipse eas fulgore illustret, & sui similes faciat; penitus nimirum immateriales, talesq. factas intellectui potentia affigat, vniatque; vel tales ille factæ sui similes ex intellectu potentia educant iuxta Peripateticorum positiones. Formas enim, quæ factus est, quocunq. ea sit factus modo, perpetuò intelligere eum oportet; & nequaquam eas intelligentem defatigari vnquam. Neq. enim esse, nec obliuisci. Non siquidem veluti in illius superficie depictæ ea sunt; è qua igitur deleri queant: sed illas, vt propriam formam, suscipit; eaque ipse factus est. Sui itaq. obliuisci, quin esse omninò definire videatur, si formarum, quæ semel factus est, obliuiscatur. Neque erret etiam vnquam. Neq. enim formæ, quæ non est, fiat, vel quæ factus est, alia pro alijs videantur.

INTELLECTVI POTENTIA AGENTEM, VT PROPRIAM FORMAM, ACCEDERE ARISTOTELI VISUM ESSE: & HUMANAM ANIMAM PROPRIA NATURE INTELLIGENTEM NON ESSE. Cap. XXIII.



A intellectum potentia ab agente, vt à propria forma, perfici Aristoteli placuisse existimandum est omninò. Explicata itaq. intellectus potentia, ingenio, naturaq., agentem illi necessariò adijciendum ratiocinatur; quòd nulla in natura, nulloque in genere, materia, & potentia sola constituta sit, & iners ea, imperfectaq. relicta; sed natura, genereue in quolibet substantia itidem, à qua illa perficiatur, absoluaturque, conspiciatur.

3. de aia

Quoniam (inquit) in omni natura hoc quidè vt materia vnoquoq. in genere, quæ eius generis quæ sunt, fieri omnia potest; illud causa, & efficiens, quòd illam ea omnia facere potest: humanæ itidem animæ differentias has in esse necesse est. Quoniam ergo intellectus, qui omnia fieri potest, inesse visus est: is itidem necessariò indendus videtur, qui illum ea omnia facere possit. Et multò is separabilis, immixtusque, & incompatibilis magis, quàm ille; nullaq. prorsus potentia admixta, idem & substantia, & operatione sit oportet. Vsq. quequaq. enim efficiens patiens, & principium materia præstantius est, honorabiliusque. Et alibi, Cogitare (inquit) & amare, & odio prosequi, non illius (agentis videlicet: de eo enim ibi est sermo) sed illum

illum continentis (imaginationis scilicet) quatenus illum continet. Quapropter continente corrupto, neq. recordatur, neq. amat: neq. enim illius sunt hæc, sed communis (id est permissio) quæ iam periit. Intellectus autem fortè diuinius quiddam est, & incompatible. Et causam inquirens, cur eorum, quæ in vita egimus, nihil recordamur, neq. inimicitias vlciscimur; neq. ijs, quòrum desiderio summè tenebamur, apparemus vnquam; Propterea (inquit) post meriem non reminiscimur; quòd incompatible quidem hic est intellectus: at alius, sine quo hic nihil intelligit, corruptibilis. Intellectui igitur potentia agens, vt propria forma, copulari, vniri que, & suprema omninò animæ nostræ portio, & forma Aristoteli videtur. Nam si vel agentem intellectui potentia non vniri, vel si nos non agentem, quem vnus verè immortalem, æternumq. statuit, iudicaret Aristoteles: ne inquirendum quidem erat, cur eorum, quæ in vita egimus, nihil recordamur. At questio, intellectus vtriusq. natura, coniunctioneq. explicata, & hominum facta ea forma, summè opportuna, summèq. etiam necessaria. Immortalibus enim ijs statutis querendum omninò erat; cur eorum, quòrum tanto in vita studio tenebantur, memoriam omnem deposuere. Et solutio dictis conuenientissima. Nos (inquit) verè intellectus agens sumus. At is vbi in viuis nobis ab alio ad aliud fertur, vbiq. vel amore afficitur, vel odio. Et vbi quæ hic sunt intelligit, non solus afficitur, nec solus intelligit, sed cum alio ea omnia; cum imaginatione videlicet, & imaginationi permixtus, quæ cum corpore occidit. Iure igitur quæ solus per se intelligere non potest, corpore exolutus, ab ijsque, quorum ope, & quibuscum ea intellexit, separatus solus ipse per se existens, intelligere non potest. Eadè & Theophrastus (si Themistio credimus) quæ ab Aristotele tradita sunt, retractans, Rectè illud quidem (inquit) quòd in omni natura inueniri dicebamus, hoc quidem, vt materiã, & potentiam esse, illud verò, vt causam, & efficiens; & quòd semper efficiens patiens, & principium omninò materia honorabilius est, præstantiusque. At id considerandum; quales nam duæ naturæ illæ sint, quibus ratio hominis, atque mens constat; & quale idem id sit, quòd intellectui agenti subijcitur: mixtum enim quodammodo, & quasi concretum videri intellectum ex agente, & potentia. At siue ipse agens, vt propria forma, intellectum subit; siue rerum formas sensu perceptas materia ab ipso exutas illi vt propriam formã indit; siue illæ huiusmodi factæ sui similes ex intellectu potentia educunt: semel illum quouis modo formis donatum, perfectumque, & adu factum, semper vtiq. (vt visum est) & simul omnia intelligere oportebat; siquidem ea intelligit, quæ factus est: minimèque intelligendo defatigari; propria enim operatio nec vires, vt dictum est, imminuit, nec substantiam immutat, quin robur auget, maximèq. substantiam conseruat: nec obliuisci; non scilicet quòd est, non esse: nec errare vnquam; aliud. scilicet quàm quòd est, esse. Quæ quoniam omnia non interdum, sed assidue patitur quæ intelligit anima: nec vniuersa ipsa, nec eius portio vlla sui naturæ intelligens videri potest; cuius videlicet propria operatio intellectio sit. Passio igitur quædam intellectio sic oportet: & si quidem operatio; at ad quam non à propria ipsius substantia, sed à passione omninò quapiam agatur; quæ penitus vacat, quæ proprijs viribus iuxta propriam operatur naturam.

NEQVAQVAM, VT PERIPATETICORVM NONNVLIS PLACEAT, PROPTEREA INTELLECTUM, DUM INTELLIGIT, DEFATIGARI, & OBLIUISCI, DECIPIQUE; QUÒD IN HOMINUM CORPUS ILLAPSUM VELUTI IN SOPOREM DEIJCIATUR. Cap. XXV.

Nec verò propterea intellectum non semper intelligere, & dum intelligit defatigari, & obliuisci interdum, decipique; dixerint Peripatetici; quòd in corpus illapsus, intellectuiq. potentia inditus, vnusq. minimè, qualis sui natura erat, adu nimirum intelligens, & non aliud operatione, aliud substantia existens re-

strens remanet; sed formis, quæ ipse erat, si non penitus deletis, abolitisque, at ob-
 scuratis lanè, & veluti caligine quadam aspersis in rerum omnium inscitiam; & ve-
 luti in soporem, veterumque deiectus sit; è quo, vt excitetur, & formæ, quæ erat,
 rursus eluceant, sensu omnino, atque imaginatione opus habeat, è qua illas hau-
 riat; vel vt propriæ obscuratæ (vt dictum est) aut in soporem deiectæ ab ijs, quæ sen-
 su perceptæ in imaginatione repositæ sunt, illustrentur, aut expergeant. Non as-
 siduè igitur eum intelligere, defatigarique, dum intelligit; quod corpori immerfus,
 quasi in aliam actus naturam, libens stertat; & propterea etiam obliuisci; quod quæ
 stertebant formæ, non bene expergefactæ iterum in somnum delapsæ, iterum ab ijs,
 quæ in imaginatione repositæ sunt, expergefaciendæ sint: & decipi interdum; quod
 veluti somno oppressus intellectus non diligenter formas, quas suscipit, à quibusue
 expergefit; intueatur. Nugæ enim hæc, & figmenta, vix poetis ipsis concedenda; &
 quæ singula angustie excipiant multò etiam, quàm quas effugere student, minus su-
 perabiles. Primum enim penitus immaterialis, nulliq; profus corpori conuenire po-
 tens agens, nullumq; externum, at ea modò, quæ ipse est, intelligens; qui à corpo-
 re obledatur, aut corpori inclusus in sui ipsius inscitiam delabatur, declarent oportet.
 Tum quoniam intellectus vterq; immortalis Aristoteli existit; proptereaq; inge-
 nitus etiam ei sit necesse est: nisi alia vterque, atq; alia subeat corpora (quod Aristo-
 teli minimè placet) infinito iam tempore per se vterq; excipit nihil alteri committas.
 Iners quidè intellectus potentia, segnisque, & veluti non ens; agens verò multò (vt
 videtur) perfectior, absolutiorque, quàm postea illi vnitus factus est. Per se igitur exi-
 stere potens cur illi iungi velit, à quo incommoda multa, bonum habeat nullū, que-
 rendum omnino. Ea enim modò copulari, vniriue inter se velle videntur; quæ aut
 seorsum esse non possunt, vel quibus vnitis, iunctisq; melius est. Tum si vel illius illè-
 cebris capus, vel occasione alia quavis vniri illi velit; at non propterea hominū cor-
 pora subeunda illis sint. Quid enim obstat, quin vbiuis propriam materiam, nihilque
 eam repugnantem subeat agens? Nam si eam dixerint intellectus potentia naturam
 esse, vt non nisi corpori inclusus, & à formis, quas sensus, atque imaginatio habet,
 perfici possit: is itaque, qui prius à corpore separatur, quàm formas vllas susceperit;
 vel qui corpus subijt sensorio quopiam, visus presertim, orbatum, non infinito tan-
 tum tempore potentia, materiaq; formæ expert, qualis nulla alia vel temporis specta-
 tur momento, existit, sed infinito itidem tempore erit. At neq; quomodo, aut qui,
 cum ad corpus, & ad sensitiuam animam penitus incorporei, nulliq; corpori inherē-
 tes intellectus accedat, Peripatetici explicent, motum omnem incorporeis abnegan-
 tes rebus; neq; etiam quando, agens presertim. Nam potentia (inquiunt) magis ani-
 mæ cognatus videtur, & prior; in ipso fortasse primo ortu comprehensus. Neq; nobis
 magis obscura hæc, quàm Peripateticis videntur. Ipse itaq; Theophrastus, Si sociatus
 (inquit) congenitusq; intellectus, qui mouet, statim mouere oportebat, & semper.
 Si verò posterius accedit; quicum, aut quomodo generatio hæc absoluitur?

EXPLICANDVM ITIDEM PERIPATETICIS ESSE, VNVSNE
 sit intellectus vterque, an plures. Et illorum nonnullis ab his fortè incom-
 modis reiectis non intellectum, sed cogitatuam substantiam homi-
 nis formam positam esse. Cap. XXVI.

EGERRIME (teor) difficultates, quæ expositæ sunt, Peripatetici diluant.
 Vel ipsius igitur Theophrasti hæc inquirentis, tractantisq; oratio plena du-
 bitationum, contentionisque, & disceptationis Themistio videretur. At illud
 vel in primis que endum fortè etiam ægius: nam scilicet plures sint intellectus potē-
 tia, & plures iidem agentes; an vnicus hic modò, multi illi. Quodcunque enim po-
 nant,

nant, magnas ponant absurditates. Plures scilicet si sint vtrique, vel alter etiam mo-
 dò, infinitum actu necessariò ponendum, summè ab Aristotele reiectum, explosumq;:
 si vnicus vterque, vel alter etiam tantum; modum, quo hominum intellectio, & ipsi-
 met à seipsis differant homines, intueri non licet. Neq; enim possibiles à seipsis re dif-
 ferunt vlla, eiusdem omnes naturæ, nullaque affecti materia, nec corpore vllò pro
 organo videntes, ab eodemq; omnes informati, perfectiq; agente. Hæc fortè incom-
 moda vitantes Peripateticorum nonnulli non intellectum supremam hominis for-
 mam (qualem Aristoteli positam esse vel ipsi visum est Theophrasto) esse, & hominis
 essentiam non ab intellectu præberi contendunt; sed aliam homini indunt substan-
 tiam: quæ materialium formarū longè nobilissima, supremaq; animæ sensitivæ potē-
 tia, vera hominis forma sit; & à qua singulorum propria suum singuli habeant esse; &
 è qua omnino, & organico corpore, vt è forma, & materia, homo consetur. Nam ex
 homine, & intellectu non hominem; neq; vt è materia, & forma, sed veluti è natura,
 & naui diuini quid componi; intelligentem nimirum hominem. Non itaq; esse ab
 intellectu homini præberi, sed ratiocinari, atq; intelligere; & ab vno, eodemq; ho-
 minibus omnibus: non siquidem in plures quasi secandus. Quia neq; in possibilem,
 agentemq; diuidendus ijs intellectus videtur. Eo autem eum intelligere modo, quo
 intelligentiæ reliquæ, quarum eum in numero reponunt: quod nimirum ideas in se
 ipso, rerumq; habeat rationes. At illarum infimam, ignobilissimamq; hoc fortiam,
 vt extra se progrediat, & ad humana corpora delabatur, in quibus propriam perfe-
 ctionem amittat omnem; inq; omnium, quæ in seipsa habet, & sui etiam ipsius deci-
 dat ignorantiam. Minimè itaq; intellectus actu amplius remaneat, at potentia tan-
 tum, & tabellæ non depictæ similis. Rursus porro perficitur, actuq; sit, quod non ex
 vniuerso ipso ideæ, formæq; deletæ sunt; neque vniuersus omnino intellectus à cor-
 pore oppressus, & veluti in veterum deiectus: sed præstantissima ipsius pars nihil de
 propria natura immutata, & ideas, formasq; in seipsa retinens, seruansque omnes
 ab ijs, quæ sensu perceptæ, & in imaginatione repositæ sunt, occasione sumpta, &
 veluti ab ijs commota, excitataque in altera eas parte, è qua quasi deletæ erant, re-
 ponat. Verè (vt ille inquit) miseri, infelicesque, & serui natura Peripatetici; qui Ari-
 stotelem substantiam, quæ nulla homini inest, ei indentem in maximas difficultates
 coniectum, & intellectum omnino, qualem Aristoteles homini indit, indi non posse
 intuiti minimè (quod oportebat, si non hominis decreta, sed rerum naturam intueri
 propositum ijs erat) mistum illū faciunt, sed labantes illius positiones proprijs figmen-
 tis fulcire nituntur. At nec id agunt tamen; & Aristotelem omnino inertie damnant,
 aliam, & quam is intuitus non sit, homini indentem formam; & nequaquā difficulta-
 tes, à quibus reiecti illam commenti sunt, effugiētes, vt sequens manifestabit sermo.

VEL SI COGITATIVA HOMINIS SIT FORMA, IDEM TAMEN
 intelligere hominibus sit omnibus: & cogitatuam nusquam Aristoteli
 conspectam fuisse. Cap. XXVII.

SI quidem non hominibus idem est esse, quod non ab intellectu vno
 id omnes, sed à sua quisque habeat cogitatuam: at intelligere idē om-
 nibus esse negare minimè licet. Quia ipsi in primis manifestè ponūt,
 ab intellectu vno, eodemq; id omnibus præbentes. Neque enim re-
 rum formas à sensu perceptas, & in imaginatione repositas diuer-
 sas in diuersis hominibus esse, vel intellectū diuerso ab ijs modo in
 diuersis excitari ponere licet. Minimè igitur id illis incommodum amolitur cogitati-
 ua: cuius fortè gratia vel in primis ipsam commenti sunt. Nā Aristoteli penitus igno-
 tam fuisse cogitatuam, & intellectum supremam humanæ animæ partem, veramq;
 hominis

hominis formam visam fuisse, minimè nobis declarandum. Summo enim ille studio, summaque diligentia substantias, facultatesque, quæ homini insunt, inquirens, explicansque nihil cogitativæ meminit vsquam: quæ vera hominis si sit forma, quam diligentissimè explicanda erat. At is sensus, imaginationisque natura declarata, & modo, quo à seipsis, & à singulis rationalibus differunt facultatibus, nulla omninò vsquam cogitativæ facta mentione intellectus naturam manifestat, apertissimèque animæ nostræ partem eum facit. At neque intelligentiarum numerum inquirens, colligensque Aristoteles, singulisque suos singulos assignans orbes, de intellectu humano, aut de humano vsquam meminit orbe; qui vel in primis inquirendus erat. Nisi enim non vna sit, continuaque intelligentia, at in partes diuisa; & quæ vel cum hominibus singulis orientur, occidantque; vel quæ è morientibus in nascentes, paresque eos numero migrent (quod nunquam, reor, ponant) nequaquam hominum corporibus, aut animis indi potest; sed alius omninò assignandus ei est orbis, minimèque is ab hominibus remotus; aer nimirum, in quo homines degunt, & cui multò, quam terræ, commodius substantia huiusmodi indi queat. Perpetuus itaque, ibi, continuusque existens intellectus, hominum corpora omnia subeat, nusquam vel ortus, vel intereptus; quod mundi animæ euenire nonnullis videtur. At hoc præterquam quòd minimè Aristoteli placet; qui scilicet æri, & reliquis primis corporibus præter propriam formam, propriamque substantiam inesse quid pernegat: per se id absurdum, poetarumque figmentis persimile apparet. Non scilicet adeò nobilis substantia, qualis intelligentia videtur, orbi indenda est; qui passim interrumpatur, immuteturque, & corrumpatur. Tum si per spatium hoc vniuersum diffusa quæcunque in eo sunt necessariò subit: non hominum modò animas, corporaque, sed reliquorum etiam animalium, plântasque, & faxa subeat; in quibus multò etiã corrumpatur magis. Si declinare hæc queat, & declinet malum declinans; neque hominum itidem animas subeat, in quibus sui ipsius illam capit obliuio, penè & corrumpitur. Illud etiam absurdus, è præstantioribus videlicet, atque ignobilioribus partibus incorpoream, & maximè vnam componi substantiam. Aristoteles certe id non ausus duplicem potius intellectum humanæ animæ indendū censuit. His quidem seorsum, alijsque suis similibus angustijs cogitativæ, humaneque intelligentiæ inventores opprimi videntur, minimè illis liberi, in quibus hæreret, cõsistarique Aristoteles visus est. Summopere itaque inculandi, qui dum Aristoteli erranti hæreret pertinaciter volunt, & cum deserunt, & incommodò, cuius fortè gratia id fecere, minimè vitato alia multa ipsi subeunt nihil illo minora.

VEL SI HOMINIBVS SINGVLIS SINGVLI INSINT INTELLI-

ctus agentes; illorum tamen intelligentiæ discriminis causam Peripateticis reddi minimè posse: nobis verò manifestissimam eam esse.

Cap. XXVIII.



A ut agens itidem proprius singulis insit hominibus; singulorum itaque hominum intelligere proprium sit: non certe discriminis, quod inter eorum intelligentias spectatur longè maximum, causam Peripateticis assignare queant vnquam. Quoniã enim re nulla prorsus à seipsis possibile differunt, sed eiusdem sunt omnes naturæ, & qui vnus omnes videri possint, verèque vnus sint omnes, & multò agens amplius; & ne possibile quidem ipse corpore vllò pro organo vitur; & si quid ad intellectum sensus confert, sensusque affecta imaginatio, nihil id diuersum in diuersis est hominibus, sed idem prorsus in omnibus; quales enim sunt rerum formæ, tales hominibus omnibus, eademque, prorsus hominibus sentiuntur omnibus; & quales sentiuntur

tiuntur tales in imaginatione reponuntur; nihilque prorsus in sentiendis ijs à seipsis differunt homines, sed omnes modo eodem eas percipiunt; & eadem quæ sunt, eadem videntur omnibus: formis itaque ijsdem ab omnibus sensu perceptis, ijsdemque in imaginatione repositis, in omnibusque ab agente eodem materiæ cõditionibus denudatis, eidemque intellectui potentia affixis, qui in diuersis hominibus diuersæ fiant, intuitu minimè licet. Nobis nullus neque in hoc labor. Quoniam enim passionum, motuumque, quibus aliàs commotus est spiritus, recollectione intellectio fit; & spiritus longè à seipsis calore, tenuitateque, & puritate differunt; in longèque diuersissimis collocati sunt, operanturque; cerebri ventriculis; nec æquè ab externis rebus cõmoti sunt omnes; nec præteritorum motuum cognitio, motusque ipsi æquè in omnibus remansere; nec æquè ad eos recolendos prompti, nec æquè aptum locum nacti sunt omnes: longè intelligant diuersissimè necesse est. Nam etsi (vt dictum est) non spiritus ipse in hominibus, sed substantia à Deo immissa intelligit: quoniam, dum in corpore ea inhabitat agentibus naturis, & corruptioni omninò obnoxio, spiritus ministerio, atque opera intelligit; itaque ea modò intelligit, quæ è rerum sensu perceptarum similitudine intelligi possunt, & quæ spiritus ei intelligenda veluti offert, aut ministrat: vtique prout spiritus ad motus recolendos, similitudinesque dignoscendas aptior, ineptiorue fuerit; præstantius ipsa, deteriusue, & (quod passim euenire videtur) iuxta spiritus omninò naturam intelligat oportet. Age verò quæ cuiuslibet spiritus naturæ intelligentia, & à quibus corporis naturis, dispositionibusque singuli illi fiant, inquirere ne grauemur. Res enim si non vniuersa loco conueniens, at quæ fortè non nisi modo, quo sentit, quoue imaginatur, & quo intelligit spiritus, expolito, rectè explicari poterat, longè cerrè inquire dignissima, quin hic inquiretur nihil impedimento esse debet.

SPIRITVS CALORE INTER SE, TENVTATEQVE ET PVRTATE differre, nitoreque; & quibus horum exuperans ad intelligendum aptior, ineptiorue sit. Cap. XXIX.



Maximè diuersis, maximèque dissimilaribus è rebus, & à maximè diuerso, & languente omninò calore educti hominum spiritus; non, vt celestes orbes (quibus persimiles conspecti sunt) eodem omnes naturæ robore, eademque tenuitate donatos esse, eodque tantum inter se differre, quòd in alijs magis in seipfos collecti, conspissati; sint, in alijs minus, sed calore, tenuitateque, & puritate insuper, nitoreque summè inter se diuersos esse, alios nimirum alijs multò calidiores, tenuioresque, & puriores, nitidioresque, minus scilicet ab immistis fuliginibus sædatos, obscuratosque esse existimare oportet. Quoniam enim à calore quouis tenuitas vel summa confici, ab eaque crassities, in qua ingenua est, confertim inde, copiosaque vndique, & magna erumpente vi in minutissima quædam frustula dirumpi, in fuligines nimirum agi, & cum illa ea effertur conspectæ sunt: quin in ciborum concoctionibus, quæ in animalium corporibus fiunt, & tenuitati, quæ ad cerebri effertur ventriculos, immistæ ipsi immisceantur spiritui, itaque spiritus ipsius continuitatem interrumpant, tenuitateque impurent, & nitorem sædent, obscurantque, ambigere non licet. His porò conditionibus inter se cum differant spiritus: vtique & patiendi, & operandi, intelligendi oinò facultate inter se differant necesse est. Et si modum, quo intellectio, ratiocinatioque fiat, ante oculos ponamus; qui spūs ad intelligendum præptior, aptiorque, & qui purius oinò intelligat, manifestū fiat. Quoniam, si intellectio, ratiocinatioque rerum sensu perceptarum similitudine fit; & rerum, quæ perceptæ sunt, nequaquam imagines, sed motuum modò, quibus ab ijs cõmotus est, cognitio, memoriaque; in spiritu remanet; itaque; vbi quas

Go is sensit

is sensus res imaginatur, nequaquam earum imagines intueri, sed motus, quibus ab ijs commotus est, spiritum recolare visum est; utique qui spiritus ad motus recolendos promptior est, is ad intelligendum promptior sit necesse est; calidior nimirum qui est, tenuiorque; segnior contra frigidior, crassiorque. Liceat enim (quando non spirituum natura, dispositioque, sed differentia hic inquiruntur, quibus iuxta harum utramque inter se differunt spiritus; & adeo calore, tenuitateque ab alijs alij exuperantur, ut illis hi collati frigidi, crassique videri possint) frigidus eos, crassosque appellare. Nec à ratione res ipsa dissentire videtur. In calido siquidem corpore promptior, perspicaciorque vsquequaque spiritus; & calidis in morbis excitari, exacuique intelligentia, & qui ijs vexantur maximè mente celeres, atque adeo præcipites fieri videntur: in frigido contra corpore hebes, torpidusque spiritus; & cerebro perfrigerato Galeni testimonio letargo homines afficiuntur, & memoriæ, intelligentiæque iactum fit. At si quod calidior, tenuiorque sit spiritus, eò ad motus recolendos, & ad intelligendum promptior; non & aptior itidem sit. Quando enim præteritorum, præsentiumque motuum collatione intellectio fit: ubi adeo ardens, tenuisque, ad motus scilicet promptus factus est, adeoque nouis moueri assidue motibus festinat spiritus, ut præsentis cum præteritis conferre nihil curet; præter certè intelligit, motuum similitudines, vel nihil, vel non satis intuens; proindeque similes enuncians, qui similes non sunt. Is itaque ad intelligendum & promptus, & aptus erit, is scilicet rectè intelliget spiritus; qui calidus quidem, tenuisque, & moderatè vtrumque est. Et quoniam insuper sibi ipsi continuus, nitidusque qui est spiritus, à nullis scilicet fuliginibus, maculisue interruptus, obscuratusque, & scedatus, continuus, integrasque, nihil videlicet, vel interruptas, vel reiectas rerum percipit actiones; & continuis ab ijs, nihilque interruptis, immutatisue commouetur motibus; itaque quales sunt, tales percipit res; & qui rebus ab ijsdem in eo fiunt motus perpetuo apparent ijsdem, & diuersi, qui à diuersis: purus qui est, nitidusque, purius omnino is intelligit, distinctiusque; qui contra ab immixtis fuliginibus interruptus, vel à tenebris quibusuis scedatus est (quod qui in ipso fiunt, nec continui, nec vigentes fiunt motus: est & ubi qui ab ijsdem fiunt rebus, non ijsdem, & similes, qui à diuersis fiunt; quin & continui, clarique qui facti sunt, dum recoluntur, interrupti, obscurarique, itaque pro alijs videri possint) confusè is, perplexèque intelligit. Nec verò vel insensibilis rei commitione summopere spiritus intelligentiam, & motus, qui in eo fiunt, vel recoluntur, interrumpi, immutarique mirari licet: vel ipsam solis lucem aerem longè tenuissimis vaporibus obsitum permeantem, & à speculis paulò crassiore spiritu afflatis resilientem diuersam factam, & aerem per interruptas res commotum adeo diuersos adentem sonos, adeo scilicet diuersis motibus spiritum commouentem sentientibus. Quæ certè eueniunt, rationi, quæ exposita est, nihil dissentiant vsquam. Perplexæ scilicet, turbulentaque eorum omnium ratio est, qui visceribus immoderatè calidis donati sunt; siquidem ab exuperante calore præcipuè fuligines fieri visæ sunt: pura contra eorum, tranquillaque, quorum spiritus purissimus; à quorum scilicet moderato calore nullas, aut perpaucas fuligines fieri existimare licet. Quod igitur dictum est, moderato calore, moderataque tenuitate donatus qui est spiritus, promptus, aptusque ad intelligendum; qui verò ijs excedit, præceps is est, instabilisque: & purus qui est, splendidusque, exquisitè is, distinctèque intelligit; frigidus contra, crassusque, segnis, ineptusque ad intelligendum; impurus, obscurusque indistinctè intelligit, perplexèque.

QVI CALIDVS EST, NON PERPETVO ET TENVM ETIAM, purumque esse spiritum, & qualis esse possit inquirendum. At prius quibus reficitur è rebus. Cap. XXX.



VONTIAM verò nequaquam hui calore exuperat spiritus tenuitate itidem, puritateque, & splendore perpetuo exuperat; sed, vaporum more è terra à sole ductorum, qui calore interdum præstat, tenuitate superatur, puritateque; & (ut alibi satis declaratum est; & iam amplius declarabitur) multa ex dictis oppositionibus coniugia oriri possunt; ut non maioris modò, minorisue ratione inter se differant spiritus, sed iuxta coniugia itidem: utique quales constitui, quæ nimirum ex dictis qualitibus coire inter se queant (neque enim omnes, & quæ sibi ipsis opposita sunt) inquirendum; tum etiam, & à quibus tales constituantur. Nã si (ut dictum est) non loco omnino conuenias, at dignissima inquiri res, quam diligentissimè inquirenda est. Et illud igitur prius; è quibus videlicet, & à quo nutriatur, reficiaturque spiritus. Neque enim, ut reliqua ferè omnia, è quibus est refici etiam spiritus potest, ad eò in nervoso genere exiccato, arefactoque semine, ut tenuitas nulla amplius inde educi queat.

E QVIBVS, ET A QVIBVS REFICITVR SPIRITVS. Cap. XXXI.



VONTIAM (ut in superioribus expositum est commentarijs) spiritus assidue imminuitur; itaque, si seruandus, reficiendus assidue est; & vel si proprius ipsius calor magnus omnino est, at quod tenuissimo inditus subiecto longè exilissimus, proinde & languidissimus factus est; & qui non res quasuis, & ubiuis positas, sed eas modò exuperet, & in seipsum agat, quæ exiguum quid ab ipso dissident, & quas copia summopere excedat, & veluti circumplectatur: utique calidis, tenuibusque è rebus quibusuis, quibus ad cerebri ventriculos, ipsumque ad spiritus vniuersitatem patefactus est aditus, quæ illos scilicet subeunt, ipsique immisceatur spiritui, & ex aere omnino, quem assidue inspiramus, & è vaporibus, qui ex assumptis cibis à ventriculi, ventrisque calore assidue educuntur, & ex euaporatione amplius, quæ è venis, arterijsque quibusuis, quæ cerebri ventriculos attingunt, ex eaque præcipuè labitur, quæ sub cerebri base in numeris flexibus in retis morem, vnde nomè adepta est, complicata est, spiritui refici maximè est rationi congruum. Nec propterea modò, quod illorum singula magnam habent ad spiritum cognationem; & singulis ad cerebri ventriculos patefactus est aditus: sed & amplius fortè; quod iuxta singulorum diuersitatem, immutationemque diuersi fiunt, assidueque immutantur spiritus. Bene videlicet sui natura calidus, beneque tenuis est aer; & qui, in spiritum ut agatur, frigore modò, quo à præpotente terræ natura affectus est, exuendus, & modicum quid amplius attenuandus; & manifestus è per nares ad cerebri ventriculos patefactus est meatus. Et ad spiritum quampiam ipsius portionem esse ferri, spiritui immisceri, in ipsumque agi spiritum; cum odorum, aeris scilicet ab aliena quampiam natura affecti perceptio, & quas iuxta hanc animal patitur passiones, tum & quæ in hominum diuerso sub aere degentium ingenijs, corporibusque diuersitas spectatur, & morborum, qui aeris vitio concipiuntur, malignitas manifestè declarat. Non scilicet tanta ab odoribus quibusdam voluptate, & tanta contra à quibusdam molestia animal afficiatur, ut ab illis veluti viuificetur, ab his contra penitus exitio detur, & nullo vtrumque temporis momento; nisi aeris, qui inspiratur, portio quampiam cerebri ventriculos subeat, ipsique immisceatur spiritui; animalis nimirum parti, quæ vna ab aeris viribus pati, immutarique, & exuperari potest; & cuius qui in animali sit sensus est omnis; & quæ omnino ipsum est animal. Minus etiã, nisi spiritus ex aere, qui inspiratur, reficiatur; ad eò qui diuerso sub aere ge-

niti, educatiq; sunt, intelligendi, motusq; adendi facultate, & corporis robore, coloreq; inter se different: & sub tenui, puroq; illo bene intelligentes, benequod motus omnes prompti, & robusto, beneq; colorato sint corpore; sub crasso contra, impuroque, mēte hebetes, & torpidi, segnesque, & infirmo omnino corpore, & colore colorato, qui proximam denunciet corruptionem. Manifeste. n. propterea cuiusmodi utriq; sunt, sunt, quod tenuis, purusq; aer copiosior ventriculos subit, & in huiusmodi statim vniuersus agitur spūm; qui igitur motus, quibus a sensilibus commotus est, puros, nulloq; recolat labore, & valentissimè corpus moueat, & rectè nutriat, gubernetque: è crasso contra, impuroq; (quod minor eius copia ventriculos subit, longèq; inuertitur agrius, & non vniuersus in spūm agitur) modicus, crassusque, & impurus conficitur spiritus; qui igitur oēm ad motum ineptus nullum propriorum munerum (quæ. s. omnia motu obeunda sunt, perficiēdaq;) rectè obire queat. Et morbi aeris vitio concepti, nulla medicorū ope curari posse videntur; quod non viscus vllū, nec venis inexistēs humor, sed ipse vitiatu est spiritus. Itaq;, vt curentur, nō (quod medicis fit) vllus euacuandus est humor; sed preinexistens spūs fouendus, & tenuior omnino faciendus, & alius, multusq; is, & tenuis, purusq; ingenerādus. Quod è proprijs odoribus, & cibis, potionibusq; fit: è quibus statim euaporatio multa, & tenuis, puraque educatur. Idq; vbi interdum factum est, vbi. s. multus, probusq; ingeneratus est spūs, superati sunt morbi. Vapores itidē, quos assidue è cibus ventriculi, ventrisq; educit calor, bene spiritui proximi sunt; bene. s. calidi, beneq; tenues; & latum is a sphagus, meatusq;, qui ex ore ad nares, indeq; ad cerebri ascendit ventriculos, ad spūm præbet iter. Et spiritui oīnō eos immisceri, in ipsumq; agi spiritum, inde liquidō patet; quod vbi longa inedia, magnisq; cōfecit fumus laboribus; vbi videlicet valdè imminutus est spiritus: quātulouis cibo, vinoq; assumptō, nullo tēporis momento refici, & veluti viuificari videmur. Neq; n. rāione alia vlla id euēire intelligere licet; nisi quod tenuitas, quæ cibo, vinoq; inerat, è contrito illo, & è contrectato, cōmotoq; hoc, ex vtriusq; oīnō cōcalectis, ad apertisq; quid egressum nata ad cerebri elata vētriculos, & spiritui immista bene ipsi proxima in ipsum statim acta est spūm. Præterea, & quod post assumptos cibos quo suis somnus nos occupat, eōq; longior, profundiorq;, quo magis h̄ statulēti sunt; quo. s. copiosiores ex ijs, crassioresq; exhalant vapores: & succi nōnulli non soporē modō, stuporēq;, sed mortem etiam inferunt. Propterea. n. illud; quod (vt in proprio declaratum est commentario) spūs vniuersitate vaporum, qui in ciborū cōcoctiōe sunt, copia oppressa portiones, quæ reliquis in corporis partibus residēt, illi opē vt ferant; ad ventriculos constuunt oēs; tandiuq; ibi immorantur, quoad vapores exuperentur, & in spūm agantur. Idq; vbi factum est, proprias singule redeūt ad sedes, & viribus, & copia aucte. Et succi, qui, quod exitiū inferunt, venenosi dicuntur, non proprijs id viribus, nec (vt medicis videtur) proprio inferunt frigore. Hoc. n. (vt alibi declaratum est) nostrorum entium nulli prorsus inest: & si illis, ad eōq; in se robustum, vt ventriculi calorē exuperet, extinguatq;, summam (quod frigide portiones faciunt) inexistenti spiritui molestiā inferant; nihilq; exuperati, proindeq; in nullos acti vapores nullum prorsus faciant somnum. Illorum etiam sapor, non cuiusmodi cōplurimum est; amarus sit, inspidusue. Propterea itaq; soporē, exitiumq; inferunt; quod longè plurimi, longèq; crassissimi ex ijs exhalant vapores; & qui (quod plures assidue faciū a spiritu, qui assidue in ventriculos cōstuit, exuperati non possunt) alius assidue, atq; alius, & vniuersus tandem ad illos constuit: itaq; vniuersus in vnum actus, non magis fortè a vaporum copia, crassitieque, atq; a seipso comprimitur, suffocaturque spiritus. Id verò inde intelligere licet; quod crassiore aere inspirato (cuiusmodi qui è fossis iam diu cōclusis, & sulphureis è cauernis exhalat, esse existimare licet) statim sensu, motuq; animal destitui, & de portuum omnino apparet: & nisi statim in frigidam iniiciatur, penitus moriatur; & in eam iniectum, veluti reuiuiscit. Propterea id enim;

quod

quod spiritus vniuersitate ab inspirato aere oppressa portiones relique omnes ad eā conflueret: tum singula sui partem, quæ proprijs in sedibus reliqua facta erat, à frigida correptam, molestia nimirum affectam sentientes illi opem vt ferant, ad suas singula redeunt sedes. Itaq; vniuersitas non amplius ab ijs compressa, & inspirata crassitie deuicta, tandem propria restituitur naturæ. Et (vt existimare licet) ingens ille dolor, & mors etiam, quæ nullo propemodum tēporis momento neruorum, quibus multus inest spiritus, non incisionem, sed cōpunctionem consequitur, non ad eō neruorum, preinexistentisq; spūs vlnus, sed huius cōsequitur compressionem. Siquidem neruis recisis (spiritui nimirū, quo elaboratur, patefacto aditu) si non penitus cessat dolor, imminuit certè; & animal non cōmoritur. Et membris, quibus nerui infixi sunt, abscissis, proinde & neruis, & preinexistente spiritu, & ipso etiam a tali maius passio malū, non ad eō, ac cōpunctis in neruis doler, & non interimit animal. Itaq; quoniam quacūq; occasione, & quauis in corporis parte multū in seipsum spissatur ipūs, non summa modō molestia afficitur, sed penitus corrumpitur; & vaporibus è ventriculo, ventreeq; ad caput sublatis, multis præsertim, crassiq; (vt alibi satis declaratū est) summo pere spūs vniuersitatis offenditur; ad eamq; spiritus portiones vndiq; confluunt oēs; vtiq; soporē, mortēq;, quæ quibusdam assumptis cibis animal corripit, non ab illorum natura, viribusq;, sed a vaporibus fieri ex ijs ad cerebri ventriculos elatis, spūsq; vniuersitati in ijs inhabitante, immistis, & ab ea exuperari repugnantibus, proindeq; è vaporibus è cibus educētis spūm refici omnino existimandum est. Neq; n. nullum illos in vsum, sed in malum oīnō, incommodūq;, ad spiritū efferri existimare licet. Quod si amplius id intueri libet, in dolore intueri licet, quæ vapores, qui ex aeribus exhalant cibis, capiti inferunt. Quoniam. n. cerebro h̄ molesti esse non possunt; cuius. s. substantiam nihil iijactingāt, nec si attingant oblatant quicquam; & quod nullū prorsus propriarū passionum animali sensum præbet: vtiq; spiritui, qui in cerebri vētriculis habitat, & cui vapores immiscetur, & qui à tenuitate quauis exuperari pōt, & cuius sensus, qui a tali sit, est omnis, dolorifici sint necesse est. Postremō & ex euaporatione, quæ è venis, arterijsq; quibusuis, quæ cerebri ventriculos attingunt, & ex ea amplius, quæ (vt dictū est) sub cerebri base in retiformem plexum cōplicata est, spūm refici; tum arteriæ longitudo, angustiaq;, & situs, tum euaporationis natura, & pulsuum immutatio, quæ Galeni testimonio spū imminuto malum aliud nullum a tali passo fit, manifestissimè declarat. Propterea. n. tanta, talisq; facta, & ibi locata est arteria; vt è longa ea, beneq; agitata multa, tenuisq;, & pura educatur exhalatio; & propterea sub cerebri vētriculis collocata; vt ad eos illa efferatur. Et propterea imminuto spiritu frequēiores sunt pulsus; quod imminutū se is sentiens, & refici summo pere appetens, procuransque, & ex euaporatione in primis (vt existimare licet) è plexu retiformi elapsa id fieri sentiens, frequētius arteriam, quæ in eum cōplicata est, itaq; & reliquas ita pulsat oēs. Nam (vt alibi dictum est) quos vna in partē spiritus edat pulsus, si præsertim magnum quempiam in vsum, magnaue quapiam necessitate impulsus tales ibi edat, in reliquis etiam huiusmodi edat oibus. Quoniam igitur ex aere, quem inspiramus, vaporibusq; è rebus sublatis, quæ ventriculo, ventreeq; insunt, & ex euaporatione, quæ è sanguine in plexu retiformi contento exhalat, ab infomet spū, & à cerebri insuper substantia, motuq; amplius cōcoctis reficitur, nutrietq; spiritus: vtiq; diuerso ex aere, diuersisq; è vaporibus, & diuersa in primis ex euaporatione, & diuersa à cerebri natura, motuq;, proindeq; & diuerso è sanguine, & diuerso ab arteriarum motu, diuersaq; earum dēfinitate diuersum constituit spūm existimandum omnino est. Age verò, quando (vt dictū est) non calore magis, quàm tenuitate, puritateq; inter se differunt spiritus: qui calor quam tenuitatem, quam tūm ue puram, & è quali educat re; vel satis superius, & in cōmentario itidem de pluujs declaratum, vt quæcūque ad tanta rei explicatiōnem pertinent veluti ante oculos posita sint, repetere ne grauemur.

Go 3 Qv

QVI CALOR QVAM TENVITATEM, QVAMVE PVRAM
è quali educat re. Cap. XXXII.



QUONIAM (vt in superioribus declaratum est commentarijs) quibusuis viribus donatus sit calor, quam subit molem eoque attenuat, quoad ita tenuem, leuemq. faciat, nullo vt eam euehat labore; & vbi talem eam fecit, nihil, vt tenuiorem faciat, immoratur; sed mansionis, compressionisq. impatiens egressum molitur, eumque nactus facta in tenuitate statim elabatur: patet vtiq. tenuitatis diuersitatem non diuerso caloris robore, sed diuersa rerum, in quibus fit, dispositioni tribuendam esse; & calorem quemuis è crassis, densisq. rebus, & quæ summæ modò tenuitati exitum præbeant, in tenuiore, è mollibus contra, laxisque, & è quibus tenuitati cuius exitus pateat, in crassiore omnino exilire subiecto (nisi forte ijs præditus sit viribus calor, quibus factam tenuitatem nullo temporis momento summam faciat) & è rebus, quæ veluti medias dispositiones sortitæ sunt, robustiorem calorem, qui scilicet magis eas laxet, & qui grauius etiam onus sustineat, in minus tenui, languidiorem contra, qui scilicet minus eas aperiat, & qui leuissimam modò sustineat molem, in magis tenui elabi tenuitate. Et bene dissimilariibus è rebus, quæ scilicet è bene tenuibus, beneq. crassis partibus, & ita sibi ipsis immixtis compositæ sunt, vt nequam alteræ seorsum ab alteris spectari queant, quauis ea sint dispositione, puriore languidior, impuriorem verò robustior educit tenuitatem calor. Magnis enim is agens viribus, tenuiores partes prius in summam agit tenuitatem, quam crassiores ita laxet, vt elabenti illi exitus pateat. Nullum itaq. ex his illa egressum nata, & summo pere in harum angustijs compressa, confestim ex vniuersis simul, magna que erumpit vi. Itaque in longè minutissima eas frustula, & quæ sensum omnem lateant, at longè etiam crassissima distumpit, secumq. ea effert omnia: proindeque (quod dictum est) robustior calor non in crassiore modò, sed in impuriore etiã elabatur tenuitate. Itaq. quales spiritus fiant inquirentibus non rerum modò, è quibus fiunt, quibus similes fieri existimandum est, aeris inquam, vaporumque, & euaporationis natura, dispositioque, & puritas, sed rerum insuper, è quibus ea exhalant, terræ scilicet, ciborumque, & sanguinis natura, dispositioque, & vniformitas, difformitasque, & caloris, à quo illæ ingenerantur, robur inspiciendum est.

QVIBVS IN TERRIS, QVIBVSQVE IN CORPORIBVS MODERATE calidi, tenues, purique, & calidiores, tenuioresque, & impuriore, magis tum & calidi, crassique, & impuri spiritus fiant: & fieri hos omnes posse; minimè verò calidos, crassosque, & puros. Cap. XXXIII.



QUONIAM (vt dictum est) ex aeris, qui inspiratur, portione quapiam, & è vaporibus, qui assidue è ventriculo, ventreeq. ascendunt, & ex euaporatione amplius, quæ è plexu retiformi exhalat, reficitur spiritus; & illis hunc similem fieri existimandum est: neque enim à languidissimo huius calorem penitus illa exuperari, penitusq. proprijs exui conditionibus existimare licet: vti que qui crassas incolunt terras, & qui iccinore, corde, cerebroq. moderate calidis, crassisque, & densis donati sunt arterijs, & quibus hæc, proindeq. & ipsum etiam cerebrum moderate commouetur motu, calidum ijs, tenuemque, & purum spiritum inesse rationi consentaneum est. Crassis enim è terris tenuis omnino, purusq. educitur aer; & à moderato iccinoris, ventriculiq. calore tenues, puriq. ex inexistentibus cibis, non valde præsertim laxis, dissimilariibusq. educuntur vapores;

vapores; & calidus, crassusque, & purus conficitur sanguis. Et ex hoc, densis præsertim contento in arterijs, nec vehementi exagitatis motu calida, tenuis, puraq. exhalat euaporatio; & in qua à moderato præsertim cerebri calore, motuq. fuligines nulle fiant. Et moderate calida, crassioraque qui sortiti sunt viscera, quod huiusmodi conficiunt sanguinem: vtiq. & cerebrum etiam, arteriasque (quæ scilicet è sanguinis portione quadam assidue reficiuntur) huiusmodi sortitos esse, & moderato eas, itaque & cerebrum commoueri oportet motu. Nihil enim à calore sanguini inexistente commotus spiritus, nihil itaq. amoliri opus habens, appetensque, eo fortè tantum arterias commouet motum; quo eorum modò onus rejiciat. At qui easdè, quos ijs, incolunt terras, easdemque, & modo eodem pulsantes arterias, iecur verò, cerebrumque, & cor, vel illorum alterum paulò calidius nati sunt; spiritus in ijs non calidiores modò, tenuioresque, sed impuriore etiam fieri oportet. Quoniam enim res, quas illorum vtrumuis concoquit, bene dissimilares dum sunt: si vehemens sit alterius calor; queat vti que crassioribus earum partibus nihil dum laxatis, ad apertisque, tenuiores ijs inexistentes in summam agere tenuitatem; & quæ ab illis coerceri, comprimique non subsistens, exitumq. ex vniuersis illis moliens in minutissimas illas dirumpat frustula. Qui contra molles incolunt terras; & quibus viscera mollia quidè, at magna, beneq. calida, & corpulentus, multiq. caloris capax ventriculus, & arteria insunt molles, laxæque, & vehementiore hæc, & cerebrum exagitur motu: ijs spiritum inesse existimandum est, calidum quidem, at crassiore, impurioremq., rebus scilicet, è quibus reficitur, similem. Quoniam enim è mollibus, itaq. dissimilariibus terris, quem inspirant, exhalat aer: vtiq. & crassus, & impurus sic oportet; & vapores insuper, qui è cibis ventriculo inexistantibus, euaporatioque, quæ è sanguine in plexu retiformi contento exhalat. Nam & illi, & hæc è bene dissimilari re, & bene robusto educta est à calore, & è bene laxis hæc elapsa arterijs. Et fortè, dum in spiritum in ventriculis aguntur, à robustiore cerebri calore, motuq. aliæ in singulis fuligines fiunt. Nam bene dissimilares eas dum esse omnes, & vel à languido cerebri calore, motuque tenuiores earum partes in summam prius agit tenuitatem, quam crassiores, in quibus illa continebantur, ita laxentur, aperianturque, vt elabenti illi exitus pateat, existimare licet. Et quibus omnino quopiam à medicamento vnum modò cerebrum plus iusto crassius, calidiusque factum est; turbulenti ijs, perplexique, fuliginosi nimirum spiritus inesse videntur. Et quibus magna, molliaque, & bene calida viscera, itaque & copiosus, liquidusque inest sanguis; ventriculus ijs corpulentus, & cerebrum plus iusto calidum, & arteria molles, laxæque insunt; sanguini scilicet, è quo assidue singula reficiuntur, similia sint; oportet. Et frequentiores in ijs fiunt pullus; quod arterijs insidens spiritus à nimio fortè sanguinis ijs inexistens calore molestia quapiam afficitur. E liquido certè eo, laxoque ne nimis euolet calor; frequentiore à frigidi aeris immixtione retinendus omnino est. Spiritus porro, qui expositi sunt, quin fieri queant omnes, nihil (vt videtur) obstat. Neque enim calori tenuitas, puritasque, & impuritas, nec crassities etiam, impuritasque coire in præ sunt. At calidus, crassusque, & purus confici fortè non potest. Robustus enim calor (à quali vapores, è quibus calidus conficiatur spiritus, faciendi omnino sunt) dissimilariibus è rebus vt crassam educat tenuitatem, non certè vniformem eam, nec puram educat vnquam: & quibus ex arterijs crassa elabatur euaporatio, quin fuligines ex ijs elabentur, fieri non potest. Quibus certè è terris crassus enascitur aer, robustiore sub sole fuliginosus etiam fieri videtur.

ET IN QVIBVS FRIGIDI, CRASSI, IMPVRIQVE; TVM ET
frigidi, tenues, purique: & fieri utrosque hos; at non crassos simul
purosque, nec tenues, impurosque.

Cap. XXXIII.



QUOD verò molles incolunt terras, & mollibus quidem, at nō calidis
visceribus, & cerebro huiusmodi, & laxis, adaperisq. donati sunt
arterijs; frigidum in ijs, crassumque, & impurum spiritum fieri exi-
stimandum est. Nam res, è quibus reficitur, crassa omnes, frigide-
que sunt, & impuræ, è mollissimis, maximèq. dissimilaribus rebus
à non robusto factæ calore. Nam aer quiuis præ vaporibus, qui è ve-
triculo, plexuq. retiformi ad spiritum efferuntur, & præ ipso amplius spiritu frigidus
omniñò videri potest. Et (vt dictum est) in adeo tenuibus rebus quouis à calore fuli-
gines fieri possunt: & quibus parùm calida, molliaque insunt viscera; itaque & parùm
calidus, liquidusque inest sanguis; cerebrum etiam parum calidum, molleque, & ar-
teriarum laxæ insunt, & languidos excedant pulsus oportet. Nam & ipse, qui eas attollit, lan-
guidus est spiritus; & vehementius vt attollat, nullam habet occasionem, nihil ab in-
existente sanguine commorsus, & nullo, ne calor euolet, imminente periculo. Qui
verò tenui sub cœlo degunt, & viscera frigida, crassaque, itaque & cerebrum huius-
modi, & densas sortiti sunt arterias, & quæ moderatè pulsant; frigidum quidem ijs,
& tenuem, purumq. spiritum fieri existimare licet. Nam & sanguinem ijs inesse iudi-
candum est, qualia viscera sunt, frigidum, crassumque; & à nulla & ipse, vt vehemē-
tius pulset, stimulat necessitate. At (quod superius dictum est) si horum itidem ie-
cinori, cerebroue paulò robustior insit calor; & qui in rebus, quas concoquit, fuli-
gines facere queat: frigidus in ijs adhuc quidem, tenuisque, at non purus fiat spiri-
tus. Et quin huiusmodi itidem spiritus confici, talesque esse queant, nihil itidem (vt
videtur) obstat. Nam languenti calori crassities, atque impuritas simul, & tenuitas,
puritasque, tum & tenuitas itidem, impuritasq. simul coire potest: minimè verò cras-
si simul, purique fiunt. Vt enim dictum est, mollibus, dissimilaribusque è rebus ca-
lor omniñò nullus crassam, vniformemque, & puram educat euaporationem: &
quæ tenuitati non benè dum tenui factæ patent arteriæ; quin fuliginibus etiam
ex parent, ambigere non licet. Quòd si viscerum naturas, dispositionesque sibi
ipsis dissidentes, & cerebri itidem, arteriarumque naturam, dispositionemque, &
motum minimè illis congruentem quidam sortiti sint; & aerem inspirent vaporibus,
euaporationisque dissimilem: spiritus etiam in ijs naturam, dispositionemque
iuxta illarum immutationes immutari oportet.

SPIRITVS INTER SE COPIA ITIDEM, TVM ET CAPITIS,
ventriculorumque, in quibus continetur, magnitudine, figuraque
differre. Cap. XXXV.



VIN & ob diuersam copiam summopere à seipsis differunt spiritus.
Itaque singuli nihil prorsus immutati, at copiosiores tantum facti non
modò robustius singulas corporis partes commouent; & ad quæuis per-
agenda multò fiunt alacriores; motusque, quibus olim à sensilibus co-
moti sunt, multò recolunt promptius: sed præsentibus etiam, & à quibus
modò commouentur, longè percipiunt exquisitius; illorumque ad hos similitudinè,
dissimi-

dissimilitudinemq. rectius intuentur; præstantius nimirum sentiunt, præstantiusque
ratiocinantur. Imminuti verò non modò languidius corpus commouent: sed multò
pigrius, deteriusq. præteritos motus recolunt, longèq. obscurius præsentium actio-
nes percipiunt. Itaq. dormientes, modico scilicet externis in partibus facto spiritu,
non nisi vehementes istas, ac ne has quidem interdum sentiunt. Et vbi diuturno à
morbo; diuturnae ab inedia, vel diuturniore à morbo imminutus est spiritus; vel è
cerebri ventriculis magna vniuersitatis portio ad quampiam corporis partem spiri-
tui ibi laboranti operam salutarem confluxit: parùm sentit; multòque ratiocinatur de-
terius; quia ratiocinandi penitus impotens fit. Quòd nimirum languens iam, &
veluti sibi ipsi inens spiritus, nec motibus, ad quos à præsentibus sensilibus agi-
tur, moueri, & inuadere cum ijs, quibus olim commotus est; conferre vacat,
nec valet. Et fortè etiam; quòd in copiosiore, magisque in seipsum collecto spiri-
tu magis, quàm in exili, & parùm sibi ipsi vniuersi manifesti fiunt motus. Neque enim
ne adeo spiritus sparseretur, denseturque, vt sensilibus actiones rejiciat, vereri licet.
Copiosiores porrò fiunt spiritus, à rerum, quibus nutriuntur, copia, bonitateque;
& amplius fortè à viscerum, à quibus illæ fiunt, magnitudine, roboreque. Quin
& ijsdem prorsus conditionibus, viribusque, & copia etiam donati qui sunt spiri-
tus, at in cerebri ventriculis, qui & magnitudine, & figura inter se differant, inha-
bitant, longè alijs alij præstantius ratiocinantur, deteriusue. Itaque quibus cere-
brum ita percussum est, vt nihil prorsus ipsius substantia, dispositione, sed ventri-
culorum modò immutatus sit situs; è bene omniñò intelligentibus veluti dementes
facti sunt. Quia scilicet (vt dictum est) intellectio præteritorum motuum recollectione
cum fiat; utique nisi locus ad motus recolendos aptus spiritui adsit, in quo videlicet
motibus, quibus olim commotus est, integris, benèque à seipsis distinctis moueri
queat, rectè ratiocinari nequeat prorsus. Nec mirum adeo à minimis, quæ spiritus
constitutionem, intellectionemque attingunt, eius & substantiam, & intellectionem
immutari. Nam & reliqua entia quæuis, multòque, quàm spiritus est, minus
tenuia, minusque patibilia, & quibus operationes multò, quàm ratiocinatio est,
faciliores, simplicioresque adenda sunt, vel minima rerum, quæ ad ipsorum ge-
nerationem, operationemque spectent, immutatione longè diuersa ipsa fieri, lon-
gèque diuersas adere videntur operationes. Multò itaque amplius rerum, quæ qua-
uis ratione ad spiritum, intellectionemque, ad longè scilicet tenuissimam, maximèq;
patibilem substantiam, operationemque pertinent longè omnium difficillimam, qua-
uis immutata, summopere immutari vtrumque oportet.

NON INTELLIGENTIA MODO SPIRITVS INTER SE DIF-
ferre, quòd calore, tenuitateque, & puritate differant; sed motibus
etiam, & bonitate, prauitateque, virtutibus nimirum,
vitijsque. Cap. XXXVI.



NE è verò intelligentia modò propterea inter se differunt spiritus,
quòd calore, tenuitateque, & puritate inter se differunt, sed mo-
ribus etiam, & bonitate, prauitateque; ijs nimirum operandi fa-
cultatibus, quæ rectè vbi operantur, virtutes dicuntur. Vbi scilicet,
quæ ad propriam conseruationem, perfectionemque spectant,
operari sciunt; & quin ea operentur, & quæ propriam substantiam
obledunt, corrumpuntque, aut foedant, non operentur, neque à molestijs, labo-
ribusque, aut periculis retardari, neque à voluptatibus allici possunt vllis: vitia
contra,

contra, ubi vel illa operandi ignare sunt; vel operari pigrescunt, reformidantur,
 à molestijs, laboribusque, aut periculis, quæ operantes excipiunt, reiectæ; vel à vo-
 luptate illectæ, à quibus perdantur, aut peiores fiunt, operari nihil verentur. Pro-
 pterea enim vel moderatè, vel segnes, effrenesue facultates fiunt; quod spiritus,
 cuius sunt, vel moderatè calidus, tenuisque, & purus, vel iusto plus, aut minus ca-
 lidior, tenuiorque, & impurus factus est. Et omnino, quoniam vel si à cupidi-
 tatibus, odijsq; ad huiusmodi operationes operandas impellitur spiritus;
 nunquã tamen, aut perarò certè eas operari aggreditur, quin prius
 operandæ nẽ eã sint, ratiocinetur, & operandas decernat: uti-
 que probas is, qui rectè, prauas verò, qui perperam ratiocinatur, operetur oportet. Illas nimirum, qui
 moderatè calidus, tenuisque, & purus; has
 contra, qui plus iusto, aut minus
 calidus, tenuisque, & qui
 purus est.



NON INTELLIGENTIA MODO SPIRITVS INTER SE DIF-
 ferentia, sed calore, temperate, & puritate inter se differunt.
 etiam & bonitate, prauitate, & temperate, & puritate.
 Cap. XXVI.

BERNARDINI

BERNARDINI TELESII
 CONSENTINI
 DE RERVM NATVRA IVXTA
 PROPRIA PRINCIPIA
 LIBER NONVS.

PASSIONES, QVIBVS ABIIS, QVAE SENTIT, ET QVAE IN-
 telligit, afficitur spiritus, iam & mensuram, qua, vt bonum, cuius gratia afficiuntur,
 operaturque, consequatur, bonusq; ipse sit, affici, operariq; oportet, in-
 quirendas, ac inquirendam esse. Cap. I.



QVAE sentit, & quæ intelligit spiritus, præterea & modus, quo sen-
 tit, & quo intelligit, satis est (vt existimo) in superioribus explica-
 tus commentarijs. Cupiditates modò, odiaque, & aliæ huiusmodi
 explicandæ remanent passiones; quibus ab ijs, quæ sentit, & quæ
 intelligit, afficitur spiritus, & ad operationes operandas commo-
 uetur; quæ ipsæ bonæ, prauæque, & virtutum, vitiorumque, & qui
 eas operantur, spiritus boni, prauis, & virtutibus, vitijque donati dicuntur. Præ-
 terea & mensura, qua, bonum, cuius gratia afficiuntur, commouenturque, & ope-
 rantur spiritus, vt consequantur, probiq; sint, afficiendi, commouendiq; sunt, in-
 quirenda est. Nam si natura, proindeque (vt dictum est) boni cuiuspiam consequen-
 di gratia afficiuntur, commouenturque, & operantur: quoniam operationum, quas
 iuxta affectus operantur spiritus, non iucundæ omnes, & quæ laboribus, periculisq;
 ædantur nullis, sed vel summè fortè necessariæ, summèque salutare, supremæ certè
 quæ sunt, nobilissimæque, summè molestæ, summèque sunt laboriosæ, & multis, ma-
 gnisque obseptæ periculis; quas igitur vel nullas, vel minores, quàm oportet, ope-
 rentur; & iucundæ quæ sunt, & à quibus operandis abstrahi nolint spiritus, non pu-
 ræ sunt, sinceraeque, & quas ipsi per se operentur spiritus; sed, quas vt ædant, cū alio-
 nis, repugnantibusque, & oblatentibus consistendum, pugnandumque sit rebus;
 & vel alienæ assumendæ, vel propriæ emittendæ, & quibus proprium in vsum opus
 habent alijs tribuendæ; quas igitur si nulla operentur mensura, magno sui ipsorum
 incommodo, magnoque operentur malo; & quamuis à malis, quæ immoderatos, de-
 ficientesue affectus, operationesq; exceperet; quatenus affici, operariq; oporteat, ad
 moneri possunt; tamen, quoniam non spiritus cuius futurus euentus in præteritis in-
 tueri apti sunt; & vel qui id etiam possunt, quod magis à præsentibus, quàm à futu-
 ris, & ab ijs omnino, quæ sentiunt, quàm ab ijs, quæ intelligunt, commouentur re-
 bus; itaque plerique parum quæ præsentibus voluptates, præsentibusq; molestias mo-
 lestiæ, malaque, vel quies, bonaq; exceptura sint, intuentes à præsentibus nos volu-
 ptatibus, & quas magni excepturi sint dolores, allici nos sinimus; operationesque, à
 quibus illis afficimur, operandi nullum facimus finem; vel præsentibus molestias, præ-
 sentibusque periculis labores, & à præsentibus deterriti periculis, vel nihil, vel minus,
 quàm oportet, operationes operamur, quæ magnum in posterum nobis pariant bo-
 num; & quod omnino, si, quas diximus, operationes nimis, imminutæ ubi edūtur,
 malas esse cuius quidem notum est; at terminus certè, ad quem contractæ, estensæue
 bonæ sint, plerisque ignotus est: Vtique (quod dictum est) mensura, & veluti canon
 quidam

quidam inquirendus est; quo illarum excessum, defectumque proximus digno scamus. Nec verò (quod in alijs fortasse quibusdam facere licet) ut in illius cognitione conquiescamus. Sed si quidem natura, qua oportet, mensura afficimur, commouemurque; ea ut semper afficiamur, commoueamurque: sin verò plus, minusue; ut affectus, & quas iuxta eos adimus operationes, intendamus, remittamusue; tantum omnino afficiamur, commoueamurque, quantum affecti, comotique bonum, cuius gratia afficimur, commouemurque, & purum id, nullique admistum malo consequamur. Nam si id est spiritus ingenium, ut quaedam sentiens, intelligensue, statim ea appetat, auerteretur, & vel sectanda, vel declinanda, reijciendaque decernat, & amplectetur omnino, vel reijciat; & quaedam ne appetat, auerteretur contineri nequeat, quaedam verò alia ut appetat impelli non possit: at inditas certè appetitiones, odiaque excitare, reprimereque potest; & magis, minusue operari in eius omnino est potestate. Nec verò præsentis modò affectus singulos, singulasque præsentis operationes, sed futuras etiam omnes, quin ipsam, quæ afficitur, facultatem coercendi, extendendique, & veluti naturam, ita, vel ita appetendi, operandique sibi indendi facultate donatus est spiritus. Et manifestè qui à malis, quæ immoderatè, vel segnius operantes exceperè, affectus, operationesque intendendas, remittendasue esse admoniti, eò usque eas intendunt, remittuntue; quousque propositum consequantur bonum, nulloque ab ijs malo afficiantur; qua oportet tandem mensura natura afficiuntur, commouenturque, & operantur. Quoniam verò qua spiritus afficiendi, & qua iuxta affectus operandum ijs est, mensura haberi non potest, nisi quæ ijs appetunt bona, sui ne ipsorum gratia singula, an ut ipsorum opera aliud consequantur bonum, appetenda sint omnia, itaque reliqua, quæ bona apparent, appetunturque, eatenus bona, expetendaque sint, quatenus quod verè bonum, verèque est expetendum procurant, notum fiat: utique illud in primis, & bonum omnino, cuius consequendi gratia tot spiritui appetitus inditi sunt, inquirendum. Quod nimirum manifestum si fiat, mensura etiam, qua affectus, & quæ eos insequuntur operationes extendendæ sint, coercendæue, conspicua etiam sit: tantos nimirum affectus, tantasque operationes oporteat esse; quantis propositum comparetur bonum.

SPIRITVM, VT PROPRIVM, SVPREMVMQVE BONVM, SVI
 ipsius conseruationem appetere, reliqua quæ appetit, bona illius omnino
 gratia appetere omnia. **Cap. II.**



SPIRITVS multa quidem, diuersaque appetere, & multa, diuersaque auerfari, & multas, diuersasque operari operationes, & singulas, vel boni cuiuspiam consequendi, vel cuiuspiam mali repellendi gratia, multi omnino spiritui inesse appetitus, odiaque, multa, & bona multa appetere, multaque auerfari videtur mala. At eius tamen affectus omnes, omnesque operationes vnum, eundemque, propositum habere scopum, & vnius omnino boni consequendi gratia, quibus afficitur passionibus, & quas operatur operationes, omnibus affici, operarique omnes, & vnum omnino proprium, supremumque esse spiritus bonum, & cuius gratia reliqua appetantur, conquiranturque omnia; ambigi non potest. Siquidem manifestè bonorum, quæ spiritus appetit, quoduis, si nimium fiat, satietatem tandè, molestiamue afferat. Absit verò per se bonum quod est, iucundumque, satietate id vnquam, molestiamue ut afficiat vlla; vel ut incommodum, malumque sit vnquam; quin quò maius id sit, diuturniusque, eò melius sit; iucundiusque; & magis assidue expetitur. Multa præterea, diuersaque, cum sint, quæ spiritus appetit bona; si non vnius omnia, eiusdemque boni consequendi, sed sui ipsorum gratia singula appetat, secteturque; itaque diuersi sint eius appetitus: numquam

quam ijs sibi ipsis concordēs fiant; & nunquam omnino (quod facere interdum videtur) manifestorum bonorum reliquis contemptis omnibus vnuerfus ad vnum feratur spiritus; sed perpetuo in quæ proposita sunt omnia distrahatur; & si quidem vno ex ijs potiri contentus sit, eo perpetuo potiri velit, quod iucundius appareat, vtiliusue; quin (quod dictum est) nullum omnino præligat vnquam; ut qui canonem, quo quid prælegendum sit, habeat nullum. Nam si alterius, & vnius omnino; eiusdemque boni gratia reliqua appetantur omnia, in promptu quidem is est. Id nimirum perpetuo reliquis antehabendum statuatur, quod ad supremum comparandum bonum magis confert; vel si minus ipsum per se expetendum appareat, & molestius etiam multis, multisque comparandum sit laboribus. Vnum porro, quæ afficitur, facultas bonum cum appetat, quæratque; & si quidem sentienti, intelligentique eadem ea non est, at sentientis certè, intelligentisque in ministerium indita spiritui cum sit; & propterea omnino, ut quæ bona hæc percipit, appetat ea ipsa, secteturque, & quæ mala huic vilia sunt, auerfetur, repellatque: quin boni eiusdem consequendi gratia, cuius & sentiens, intelligensque spiritui tributa sit, dubitare non licet. Quoniam igitur vel omnium consensu propterea sentiens indita est, intelligensque, ut bona, & quæ spiritum fouent, seruantque; & mala, & quæ spiritum obledunt, corrumpuntque, dignoscant; & quæ afficitur facultas perpetuo illa appetit, sectaturque, & hæc auerfatur, reijcitque: utique se ipsum conseruandi gratia spiritum ea donatum esse, & supremum omnino bonum, quod ea appetit, sectaturque; spiritus conseruationem esse; liquidò patet. Non iners nimirum, neque impotens, nec malus omnino artifex rerum conditor, & qui quæ ipse constituit entia seruari neglexerit; vel modum ijs, facultatemque, qua seruent se, largiri nequiverit, nolueritue: sed longè sapientissimus, potentissimusque, & optimus, quædanda singulis fuisse, ut quamdiu licet seruentur, singulis ea tradidit omnia. Itaque è contrarijs, & quæ se se mutuo perdant, destruantque entibus cum Mundum construxisset: alienarum actionum, & sui ipsorum passionum sensum illis indidit omnibus. Et benè blandum, benèque iucundum rerum, quæ fouent, seruantque; & benè tristem, amarumque earum, quæ obledunt, corrumpuntque: quo illas sectarentur, amplectanturque, has declinarent, auergerentque. At animalium spiritui præteritarum insuper passionum memoriam, ut quæ bona, malaue semel percepta forent, nihil ea sentiens, nihilque rursus ab ijs passus, bona, malaue esse sciret; tum & illorum appetitum, & horum odium. Itaque bonum, cuius consequendi gratia afficitur, commoueturque spiritus; ipsius conseruationem esse, ambigi non potest. Nec verò spiritus modò, sed ens præterea quoduis non aliud consequi, appetereue potest bonum, nisi ut in propria seruetur natura; quale omnino est, tale perpetuo ut permaneat: nec malum aliud vllum pati, nisi ut corrumpatur. Et quæ in Solem agitur terra, summum omnino ea patitur malum: quæ scilicet in non ens agitur. Neque enim quæ remanet materiæ moles, sed quæ perit natura, Terra est. Quòd si reliqua, quæ bona nobis videntur, & quæ appetimus, diligentius inspicias; conseruationis gratia expeti omnia manifestè videas; & quæ spiritus appetit, auerfaturque, & operatur, propterea ea appetere, auerfarique, & operari, quòd sui ipsius conseruationem appetat, procuretque, satis frequens manifestabit sermo. Nec verò, quòd id inquiremus bonum, quod natura ducet, & proprijs viribus consequi spiritus potest, inculandi propterea simus. Siquidem rerum naturam inquirentibus id spiritus bonum, quod à propria ipsius natura, & à proprijs viribus habere potest, inquirendum omnino est. Tum conspectum id, nihilo nos ad verum hominis bonum, & quod immentia Dei bonitas vel proprii filij sanguine nobis comparatum uoluit, & quod summa ipsius benignitas ijs nostris concessit operationibus, quas in ipsius obsequium, honoremque

remque operemur, nobis comparandum segniores, ineptioresque, quin multo alacriores faciat, promptioresque. Quoniam enim quibus operationibus iuxta naturam aditit momentaneum, summèque incertum bonum consequitur, non purum omnino, & in quo paritè conquiscescere liceat, iisdem propemodum (vt videbitur) iuxta D¹ præcepta, & in D² obsequium, gloriamque aditit, & hanc de gentibus vitam summa, certa que quies, & in aliam actus summa, æternæque comparatur beatitudo: utique, nisi non impij modò, ferique, sed penitus stupidi, penitusque stolidi sumus, naturæ vires, bonæque, & naturam ipsam contempnamus, penè, & auersemur; summam verò D² potentiam, bonitatemque, & D² v¹ ipsum summè veneremur, summèque amemus, & iuxta eius præcepta assidue operemur: vt quod suis L² à pollicitus est bonum, nobis comparemus. Age igitur institutum opus prosequamur.

A QVIBVS AFFICITVR, COMMOVETVRQVE SPIRITVS.

Cap. III.



MOMENTVM spiritus, qualiscumque sit, entium, animaliumque reliquorum ritu se ipsum conseruandi, propriamque operationem operandi, motus nimirum adendi, seseque ijs oblectandi, se ipsum omnino conseruandi summè est appetens. Siquidem (vt in superioribus declaratum est còmentarijs) propria operatio ens quoduis summè conseruat, summaque afficit voluptate; & voluptas non rei alterius, sed vnius conseruationis est sensus. Itaque quòd alieno in loco, & inter contraria genitus entia, & corpori inditus est spiritus; à quo nec adeò ab illorum viribus protegi, nec adeò retineri potest, quin assidue ab illis oblectatur, assidueque elabatur, proindeque imminuat assidue; & quòd corpus etiam ipsum, nec ab ambientibus modò viribus, sed à proprio etiam calore assidue immutatur, corrumpiturque; itaque breui vtrumque pereat, nisi res sibi comparet spiritus, à quibus illæ reijciantur, & quibus & corpus, & ipse idem reficiantur; & nūquam adeò illa reijci, adeoque ipse, & corpus refici potest, quin assidue & ipse, & corpus ab illis oblectatur, imminuatque; itaque penitus vtrumque pereat tandem, nisi veluti nouum vtrumque fiat; aliud scilicet corpus generetur, aliudque ei spiritus indatur; & quòd corpori inclusus benè graui, benèque vniuerso denso, & in quo nullum adeò patens, liberumque natus sit locum, vbi ipse perse, proprijsque viribus, & nullam corporis molem secum vehens, nihilque à continentibus eum rebus grauatus, oppressusque motum, à quo voluptate afficiatur, ædere queat; sed (vt suo amplius loco expositum est) motu vt oblectetur, ab alijs commouendus sit rebus: utique rerum omnium vires sentire, intelligere, & quæ modum ipsi, facultatemque præbent sese à frigoribus, æstibusque protegendis, nutriendisque, & nouum faciendi, & quæ eum commouent, & ad propriam agunt operationem, appetat ea spiritus omnia, seleturque; & ijs affluentibus summopere gaudeat, & veluti exultet, quiq; ijs ipsum donant, summopere eos amet, colatque; deficientibusque contra ijs mereat, & veluti deiciatur, vehementerque odio habeat, & punire etiam appetat, qui eorum quopiam, & liberalitate amplius, vitæque ipsum priuare procurant. Tū quòd singuli per se, & ab alijs seorsum, & nihil omnino se se mutuo adiuuantes, si quidem viuere, non commodam certè, nec securam degere queat vitam; neque enim, quæ ad eam conseruandam necessaria sunt, singuli sibi ipsis comparare omnia, nec per se ipsos singuli, nullaque aliorum ope malis, necessitatibusque, quibus assidue opprimuntur, nec se ipsos singuli ab aliorum animalium, & à praouorum hominum violentia, superbiaque satis tueri confidant, queantque; & quia quòd temporis à comparandis superest rebus, remitti, exhilararique, & oblectari vult spiritus; idque vt fiat aliorum omnino opus est ope, præsentiaque: utique hominum societates, & conuiuium etiam, familiaritatemque, & beneuolentiam præterea appetat,

petat, procuretque oportet. Et quòd in consanguineis quidem, cognatisque, & amicis amplius, at in hominibus omnino, si nullum ab ijs timeat malum, seruari videtur omnibus; & illorum bona sibi itidem commoda, horum verò non incommoda futura intelligit; & quòd à prauis hominibus malum timeat, eoque amplius, quòd potentiores fiant; & quæ bona, malaue alijs euenere, sibi ipsis singuli euenire posse intelligunt: utique cognatorum quidem, amicorumque amplius, at hominum omnino omnium salutem appetat, procuretque, & eorum bonis lætetur, malis verò tristetur oportet; & summo odio prosequatur, malaque ijs euenire optet, & procuret etiam, qui nullum malum, nullamque merentur iniuriam, diuexant eos, opprimuntque; afflicto verò, oppressosque, & miseros omnino omnes subleuare, adiuuareque appetat, procuretque; idque si non liceat, at eorum certè miseris, infortunisque doleat, tristeturque. Et quia non ibi tantum corrumpi videtur spiritus, vbi occidit, peritque, sed nihil penè minus, vbi alios propria natura puriore, ijsque amplioribus donatos bonis intuetur, quæ ad spiritum conseruandum, perficiendumque commoda sunt; vbi omnino æquè, atque alij conseruari, perficique aptus cum sit; alios conseruari aptiores, perfectioresque, proindeque in ijs sui ipsius corruptionem intuetur: utique, quæ in alijs intuetur bona, appetat, procuretque, & non alios modò (si aliorum culpa ijs donatus non est) sed se etiam ipsum odio habeat, & propriam prauitatem, ignauiamque damnet, sua si culpa illis careat, oportet. Postremo & quòd adeò sui ipsius conseruationem, puritatemque appetit, adeoque sui ipsius corruptionem, impuritatemque exhorret, auersaturque spiritus; vt vel summè conseruari aptus, purusque si sit, & ijs, quæ ad sui ipsius conseruationem pertinent, summè affluat omnibus, at non talis appareat, vehementer indignetur, summaque afficiatur molestia; & corruptio ni obnoxius, impurusque, & bonorum, quæ ad sui ipsius conseruationem opus sunt, inops si sit omnium, purus tamen, bonusque, & omnibus, quæ diximus, bonis affluens videri, haberique appetit; & talis visus, habitusque summè gaudet, & veluti exultat; quòd nimirum, qualis alijs videtur, habeturque; talis quoquo modo fieri videtur, proindeque gloriosus sui natura, celsusque, & erectus apparet spiritus; neque enim alia eius conditiones, aut res omnino alia vllæ honores, gloriamque, & obsequium spiritui pariunt, nisi quæ spiritum conseruari aptum, purumque, & operationum, quæ humani spiritus propriae sunt, scientes, potentemque ostendunt; & contemptui ij prorsus sunt, qui corruptioni obnoxij, impuri, & operationibus gaudere apparent, quæ spiritum corrumpunt, impurantque; ea omnino omnia in alijs honoramus, quæ nobis ipsis appetimus, eaque in alijs contemnimus, quæ nobis odio sunt; itaque quoquo modo ab ijs corrumpi videtur, à quibus contemnitur, despiciaturque, & quoquo modo ab ijs seruari, à quibus honore afficitur: utique vehementer illis insensus sit, summopereque hos amet, & honores omnino, vt propriæ puritatis, præstantiaque; & ad seipsum omnino conseruandum facultatis, aptitudinisque, inditum, vehementer appetat, summoque studio procuret, oportet.

AFFECTVVM, OPERATIONVMQVE, QVAE IUXTA AFFECTVS

aduntur, mensuram spiritus conseruationem oportere esse. Et virtutes spiritus facultates esse, quæ eodumque afficiuntur, operanturque, quousque, vt conseruetur spiritus affici, operarique oportet: vitia contra, quæ magis minusue. Cap. III.



QUONIAM igitur quibus cupiditatibus, quibusque odijs, & alijs huiusmodi passionibus afficitur spiritus, & quas iuxta affectus, quos diximus, operationes operatur, propterea illarum quauis afficitur, & harum operatur quamuis; vt seipsum conseruet, propriaque oblectet operationi; se ipsum inquam

H 2 vt con-

vt conseruet: vtique mensura, qua afficiendus, commouendusque est, sui ipsius conseruatio sit oportet. Eiusque scilicet afficiendus, commouendusque est spiritus, & eiusque iuxta affectus operandum spiritui est; dum quæ æditur operatio eius conseruationem procuret, & spiritum omninò conseruet: malum verò vbi illa inferre incipit, vel operationes, quibus conseruatur, perficiturque spiritus, impedit; vel iucundissima si sit, nihil ea vltius operanda. Contra vel molestissima quæ sit, & ad spiritus conseruationem, perfectionemue necessaria, ædenda, & tandiù omninò, quamdiù spiritus conseruationi, perfectioniue bona est, commodaque: non à voluptate omninò ad operandum impellendus, neque à dolore ab operationibus reiiciendus, sed à sui ipsius conseruatione vtrumque. At verò, quòd tanti res momenti, & cuius fortè gratia reliqua inquirenda sunt omnia, proximius inspicienda est: singulos affectus, & singulas, quæ iuxta eos æduntur, operationes distinctius intueri, & quam licet singulis mensuram attribuere tentandum omninò est. Et quoniam moderatè qui afficitur, operaturque spiritus, iuxta virtutem affici, operarique, & virtute donatus, qui verò immoderatè afficitur, operaturque, iuxta vitium affici, operarique, & vitiosus dicitur; quin ipsi omninò affectus, prout moderati, vel effrenes, segnesue sunt, virtutes dicuntur, vitiaque: vtique & nos communem vsum loquendi secuti affectus singulos, singulasque operationes, vel spiritus facultates, quæ afficiuntur, operanturque (neque enim affectus ipsi, ipsæue operationes, sed quæ afficiuntur, operanturque res virtutes dicuntur, vitiaque) prout moderatè, vel immoderatè afficiuntur, operanturque, virtutes, ac vitia dicamus. Liceat enim, vel si quæ patitur, quæque operatur spiritus, vniuersus ea patitur, operaturque; & facultates, iuxta quas pati, operarique dicitur, ab ipsomet spiritu aliæ non sunt; nec verò veluti ei appensæ, aut quæpiam eius partes, quæ à reliquis distingui queant; sed spiritui vniuerso ita penitus inhaerent, penitusque infixæ sunt, vt nullam spiritus portionem, cui facultates non insint omnes, nec facultatem vllam, à spiritus substantia repositam inuenire liceat; magis omninò facultates spiritus substantiæ, spirituique ipsi vnitæ sunt, quam proprio subiecto natura agens vlla; proindeque non eius facultates, sed ipsimet spiritus, vniuersaque eius substantia afficitur, operaturque: quoniam iuxta facultates omninò afficitur, operaturque; propterea scilicet afficitur, operaturque, quòd affici, operarique potest; nec refert quicquam, ipsum nè spiritum iuxta quampiam sui facultatem, an facultatem ipsam affici, operarique dixeris; & quæ inquirentur, explicandæque res sunt, commodius, magisque explicentur distinctè, & facilius intelligentur, si facultates ipsæ, quam si spiritus affici, operarique ponatur: liceat inquam affectus, operationesque omnes, proindeque & virtutes, vitiaque facultatibus attribuere; facultates nimirum ipsas virtutes, vitiaque ponere. Virtutes quidem, quæ vel natura, vel disciplina, vel vtraque eòsque afficiuntur, operanturque, quòsque ad spiritus conseruationem, perfectionemque affici, operarique oportet; nec à voluptate vlla ad operandum allici possunt, si earum operatio oblaedit, aut deteriozem spiritum facit, aut etiam, nè perficiatur, impedimento est; nec à laboribus, molestijsue, nec à periculis etiam vllis, quin operentur, repelluntur, vbi earum operatione conseruatur, perficiaturque spiritus; sed id omninò perpetuò operantur, quod, vt spiritus conseruetur, perficiaturque, operandum est. Vitia contra easdem esse, vbi operandi suauitate illectæ summo etiam spiritus malo operari minimè cessant; vel operari pigrescunt, reformidantue, vbi earum operatio vel seruet, vel perficiat spiritum. Age porrò illarum numerum inquireamus.

VIRTU-

VIRTUTVM NUMERVM E FACVLTVM, QVAE AFFICIUNTUR, operanturque; numero habendum esse: & quæ facultas, quæ virtus sit.

Cap. V.



VIRTUTES omnes, omniaque vitia virtutem vnã, vnumque esse vitium, manifestissimum quidem est. Quoniam enim virtutis, quam quarimus, id est munus, vt affectus, & quæ iuxta eos æduntur operationes, pro vt ad spiritus conseruationem intendendæ sunt, remittendæue, intendant, remittantue; idque ea modò operari potest facultas, quæ è præteritis malis, quibus ab immoderatis, deficientibusue appetitionibus, operationibusque affectus est spiritus, quantas eas fieri oportet colligere, & veluti metiri queat: vtique non quæ appetunt, operanturque, sed vna modò ratiocinans facultas virtus, vitiumque poni debet. Virtus quidem; quæ rectè præteritas passiones, præteritasque reuelens operationes, & quæ ex ijs bona, malaue spiritui euenere, tantas illas oportere esse decernit, quantas malo nullo, sed bono, cuius assequedi gratia operatur, puro afficiatur, integroque: vitium verò; quæ nihil, aut non satis præteritas passiones, operationesque, reuelens, nullam præsentibus mensuram imponit. Nam quæ appetunt, & quæ iuxta appetitus operantur facultates, quam longissimè absunt, vt præteritas recolant passiones, futurasque ex ijs præuidere sciant, curentue; sed præsentia tantum bona, malaue appetunt, auersanturque, que sentiens, intelligensque appetenda esse, auersandaque statuit. At vna tantum intelligens virtus ponenda cum sit; quoniam diuersis ea appetendi, operandique facultatibus mensuram, modumque præscribit: vtique veluti in multas secari potest, & tot fieri, quot facultates sunt, quæ afficiuntur, operanturque; quibus scilicet omnibus quousque appetendum, operandumque est, præscribit; & cuius omninò opera, præceptisque appetentes, operantesque facultates bonæ, & virtutes sunt. Itaque virtutum numerus ex affectuum, operationumque, quæ iuxta eas æduntur, numero habendus omninò est: in tot nimirum virtutes intelligens diuidenda, & tot appellanda vocibus; quot affectus moderandi, & operationes, quæ iuxta eos ædendæ sunt, & quibus omninò spiritus conseruatio, perfectioneue procuranda est, dirigendæ. Quoniam igitur (vt diximus) rerum omnium naturas percipere, summè est spiritui bonum, summèque commodum, & summè etiam necessarium; vt molestas, noxiasque declinet, & iucundas, salutareque amplectetur, & varijs insuper, diuersisque earum viribus varijs, diuersisque occurrat necessitatibus; & omniscius omninò, omnia nimirum sentire, intuerique aptus cum sit spiritus; vtique quæ rerum omnium naturas, viresque sentendas, & quæ sentiri non possunt, intelligendas præcipit, procuratque, & intelligit omninò intelligens, virtus omninò; & reliquarum fortè omnium princeps, magistraque; & quæ Sapientia dicenda sit. Si quidem, vel omnium consensu, is sapiens est, qui rerum omnium naturam, & vires inspexit. Tum quoniam assiduè ab ambientis viribus oppugnatur, oblediturque, & assiduè elabitur spiritus, assiduè omninò imminuitur; itaque breui pereat, nisi à frigoribus, æstibusque se protegat, & reficiat assiduè; & nunquam satis defensus, refectusque penitus, pereat tandem, nisi veluti nouum se faciat; & quòd nullo per se motu, quo oblectetur, moueri potest, sed, vt commoueat, vel tibi assumendi, vel semen emittendum; proindeque res comparandæ spiritui sunt, quibus frigora, æstusque repellat, & cibi insuper, venusque, quibus se nutriat, generetque, & oblectet: vtique quæ qua oportet diligentia, mensuraque ad frigora, æstusque vitandos opus que sunt, & ad cætera, quæ ad spiritus conseruationem, commodumque pertinent, procuranda, faciendaque, & quæ eos, tantosque cibos assumendos; qui; quantique spiritui boni sunt, salutareque, eamque, & eòsque venerem exercendam decernit intelligens, quam exercere liceat, & qua spiritus conseruetur, virtus omninò; & quæ,

H 3

& quæ,

& quæ, vel si vnus sit intelligentis præstantia, at (quod diuersos moderatur affectus) multiplex videri, multis certè appellari nominibus potest. Solertia nimirum, quæ rerum comparandarum, quæ verò earundem fruendarum rationem, mensuram, inuenit, præscribitque, Liberalitas; quæ ciborum assumptionem, Sobrietas, Castitas verò, quæ venenis vsu coercet, dirigitque. Et quoniam in super rerum, quæ ad spiritus conseruationem comparandæ sunt, magnis earum multæ laboribus, magnisq. comparandæ sunt periculis; ijsque quauis ratione affatim donatus, nimis interdum exhilaratur, diffunditurque, & veluti exultat, ijsdemq. quauis ratione spoliatus nimis interdum tristatur, contrahiturque, & deicitur spiritus; & quod cum, quas diximus, res, tum verò & spiritus ipsius salus, libertasq. à prauorum hominum violentia defendenda est (neq. enim defunt, qui laborum, molestiarumque, quibus, quæ dicuntur sunt, res comparandæ sunt, impatientes, quas alij sibi ipsis compararunt, inuadere, & vel dominorum exitio sibi illas vendicare nihil vereantur; quin alijs proprijs vt ij laboribus, nec quæ ad vitam modò sustentandam necessaria sunt, sed quæ ad voluptates quasuis, & quemuis pertinent ad luxum, & ministerium etiam quoduis sibi vt præsent, vim inferant, & repugantes vel ipsa puniant morte) quia omninò quæ comparandæ res sunt, magnis interdum laboribus comparantur; & prosperis, aduersisque rerum successibus turbatur, exagiturq. spiritus; & prauorum hominum violentia, vt reijciatur, puniaturq. etiam, vbi oportet, magna subeunda sunt pericula; proindeq. horum quoduis plus iusto, minusue factum, magnum spiritui inferre potest malum: vtique quæ quæ oportet mensura fieri omnia decernit intelligens, ipsa itidem virtus, quæ Fortitudo dicitur. Et quia hominum societate, præterea & conuictu, familiaritateque, & benevolentia summopere opus habet, summopereq. gaudet spiritus: vtique quæ operationes, quibus illæ constituuntur, construanturque, operandas rectè statuit intelligens, virtus & ipsa, beneq. & ipsa multiplex (siquidem multis illæ constituendæ sunt, conseruandæque operationibus) & quæ omninò in Iustitiam, Veritatem, Beneficentiam, Gratiitudinem, Aequalitatem, Mansuetudinemq., & Hilaritatem diuidi possit. Neque enim sibi ipsis cocant homines, nisi singuli ab aliorum omnium securi sint violentia; nec quæ ad publicam, priuatamque spectant vilitatem, tractari queant, nisi veraces simus omnes, proindeq. singulorum dictis fides haberi possit; nec cum ijs libenter viuamus, aut eos amemus vnquam, qui quibus possunt, & quibus ipsi opus habemus, nos non afficiant bonis; nec ijs amplius libenter beneficiamus, qui acceptorum beneficiorum immemores paria, & maiora etiam (si liceat) non referant, nec relaturi appareant; nec cum ijs viuere iucundum sit, qui perpetuò plus sibi, quam alijs arrogat; vel qui quauis de causa indignentur, excaudescant, vel perpetuò tristes sint. Et quoniam cognatorum quidem, amicorumque amplius, at ciuium etiam, quin hominum omnium bona, malaq. ad singulos pertinent; & vtraque bona, malaque singulis fieri possunt; & quæ alijs euenire, sibi ipsis singulis euenire posse intelligunt: vtique quæ, vt oportet, aliorum bonis, malisque gaudendum, dolendumue decernit intelligens, virtus & ipsa; & quæ in Benignitatem, Indignationemque, & Misericordiam diuidi possit. Liceat enim, quæ alienis gaudeat bonis, quoniam proprio (vt videtur) caret, alieno quidem, at non valde remoto fortè nomine Benignitatem appellare; & Indignationem, quæ prauorum dolet bonis. Siquidem prauis, indignisue bona euenire vbi intelligit spiritus, indignari videtur; & aliorum, quæ dolet, miseris manifestè misericordia est. Et quia ad eò sui ipsius conseruationem, puritatemque appetit spiritus; vt nunquam, qua ad se ipsum conseruandum facultate, aptitudineque, & puritate donatus est, contentus sit; sed si quempiam conseruari potentiorē, aptiorēue, aut puriorē intueatur, quasi in eò propriorum bonorum, propriaque puritatis defectum, & sui ipsius corruptionem intueatur, molestia afficitur; & quibus illi bonis, quæq. donati sunt purita-

puritate, se quoque donatum non esse tristatur; & donari appetit: vtique quæ, quæ in alijs bona, puritatemque intuetur intelligens, sibi etiam comparandam, & spiritum omninò aliorum nullo minus conseruari potentem, aptumue, & minus purum faciendum esse decernit intelligens, virtus omninò, & Aemulatio dici potest. Et quod quomodo ab ijs corrumpi, impurariq. videtur, à quibus vt corruptioni obnoxius, impurusque tractatur; à quibus nimirum contemnitur, despiciaturque; eòq. amplius, si nihil ijs conseruari in eptior, impuriorue, nihil scilicet despiciendus sit, contemendusque; proindeq. eos odio habet, eorumq. factum, elationemq. deicere appetit; & quoquomodo ab ijs conseruari, purusq. fieri, à quibus vt conseruari aptus, & vt purus, à quibus scilicet in honore habetur; itaq. amore eos, benevolentiaq. prosequitur; & honores omninò, qui scilicet in summè conseruari apto, summèq. puro præstantur, vehementer appetit: vtique quæ sui contemptores, quo oportet, odio prosequi, deprimereque, & sui amatores, cultoresque, vt oportet, amandos, honorandosque, & quæ quos, quantosq. oportet, honores appetendos decernit intelligens, virtus & ipsa; nec vna, simplexque, sed quæ in Indignationem, Humanitatemque, & Sublimitatem diuidi queat. Nam quod vniuersa, & singulæ eius partes nomine (vt videtur) caret; vtique nouis, alienisue singulæ appellandæ sunt nominibus. Et aliorum quidem superbiam, factumque quæ non sustinet, Indignatio dici potest: (idem enim qui est affectus, vel si circa diuersas sit res, eodem nomine appellari potest) & quæ homines, à quibus amatur, coliturque, nequaquam contemendos, despiciendosque, sed amandos, colendosq. statuit, Humanitas; & quæ honores, summè scilicet sublimem, summèque nobilem rem, & quæ Deo ipsi conueniat, rectè appetit, Sublimitas omninò dici potest. Quæ verò intelligens, quos diximus, affectus, operationesq. omnes, vel nimias, vel deficientes decernit, vitium; & quod vel in totidem, vel in dupla diuidi vitia queat. Quoniam enim virtus moderatas decernit actiones; vitium è contra, & excedentes eas, & deficientes: vtique singulis virtutibus, vel earum plerisque duplex opponi videtur vitium. Age verò virtutum singularum, vitiorumque, quæ virtutibus singulis opponuntur, ingenium, munusque proximus, diligentiusque intueamur.

DE SAPIENTIA.

Cap. VI.



QUONIAM cum entium, animaliumq. reliquorum omnium, tum verò & spiritus ipsius, corporisque, cui inditus est, & sine quo seruari non potest, cognitio propterea spiritui appetitur, necessariaque est; vt diuersis illarum viribus, diuersisque conditionibus diuersis sui ipsius, corporisque, nec presentibus modò, sed futuris etiam necessitatibus occurrat; præterea & quod, cuiusmodi cœlū videtur, omniscius sui natura, res nimirum omnes intueri, earumque ingenium, viresque sentire aptus est spiritus; & quia in super à substantia à Deo immissa perfectus, vnumque ei factus assidue ab ea, nec ad aliarum modò rerum, sed ad Dei ipsius, diuinorumq. entium cognitionem excitatur, impelliturque; siquidem non reliquarum modò rerum, sed Dei ipsius, diuinorumque entium, proprii nimirum parentis, propriique opificis, & cognatarum substantiarum sapiens illa facta (quis enim id neget?) at veluti in exilium demissa, & in carceres, renebrasque coniecta, & propterea ferum intuitu orbata, & insipiens rerum omnium facta, propriae naturæ, propriaeque perfectioni restitui summa cum anxietate contendat; eamque adepta dum non sit, maximè doleat, maximèque crucietur, & sibi ipsi displiceat, necesse est: quod in quæ non ea modò scire appetit, procuraturque spiritus, quæ ad sui ipsius conseruationem quoquomodo spectant, & quæ quoquomodo sentire aptus est; sed cum alia multa, quæ

quæ nihil (vt videtur) ad illam conferunt, tum quæ ipsius aciem quàm longissimè exuperant, & quæ spiritus ipse per se, nihilque à substantia à Deo immissa exciuit, nec intueri queat, nec fortè appetat; Dei scilicet ipsius, reliquorumq. diuinorum entium substantiam, operationemque, & beatitudinem: patet vtique sapientiam intelligentem esse, quæ rerum omnium naturas, facultatesque pœnitius percipiendas decernit; seu pœnitius percipiendam, pœnitiusque inspexit; itaque & quæ res, quæque earum vires præsentem in vsum bonæ sint, commodæque, & quarum vires, bonæ vt fiant, intendendæ sint, remittendæue, & qua id ratione agendum intelligat; & quæ entium reliquorum, vel earum, quæ eiusdem sunt generis, & ipsorum imprimis spirituum differentias dignoscat, & futuros etiam rerum multarum successus, futurasque hominum præuideat operationes. Neque enim aliter res eueniunt vllæ, quàm earum natura postulat, & quàm euenisse conspectæ sunt; nec alias homines operantur operationes, quàm quas eorum ingenium pollicetur, & quas operari conspecti sunt. Præterea (& multò mehercule prius, multòque amplius) quæ Dei ipsius substantiam contemplandam decernit; at nequaquam ratione. Quæ scilicet Mundum vniversum, quæque in eo continentur entia à longè sapientissimo, longèque potentissimo, & longè optimo conditore constituta esse declarare potest, & declarat omninò: at præterquam, quòd vel has Dei conditiones nequaquam integras, & quantæ sunt, sed longè intuentur minores; quàm longissimè abest, vt reliquas intueri queat; multòque amplius illius fulgorem intuens hebetatur, cæcutitque, quàm solis lucem, & Solem ipsum visus quiuis. Quæ igitur non, vt reliquarum rerum, sic Deum ipsum, eiusque substantiam, & conditiones ratione intelligendas, sed que ratione contempta, in sacris illas, & diuinis literis, & in seipsis omninò Dei verbis intuentas, & quæ amplius illius mandatis, præceptisque parendum statuit intelligens Sapientia sit, & vera, summaque. Quæ nimirum non momentaneum, vt illa, multisque obnoxium periculis, & assiduis scærens miseris, & non magnum omninò bonum, sed æternam, certamque, & puram, summamque beatitudinem procurandam decernit; modumque insuper eam adipiscendi inuenit. Nam (quod dictum est) spiritus ipsius, à substantia præsertim à Deo immissa perfecti, rerum omnium intuitum, cognitionemque propriam esse; summus res omnes, vel quarum cognitio nullum nobis præstat vsum, intuenti, sentienti, & quæ intueri, sentireque non licet, intelligendi appetitus, & voluptas, qua summa illas intuens, intelligensque afficitur, & molestia, qua cruciatur, illa fraudatus spiritus, tum & obseruantia, cultusque, & amor erga sapientes, insipientiumque contemptus, manifestissime declarat. Nam si diuitias etiam, potentiamque appetimus; iisque donati gaudemus, exultamusque; & opulentos, potentesque obseruamus; at sapientiam certè appetentes, eamque adepti, nobilitate quodam modo nobis placemus; & opibus, potentiaque exuperati (vel si nostra id factum sit culpa) nihil sibi ipsis multi, at minus sapientes facti, omnes nobis vehementer indignamur, vehementerque displicemus; & opulentos quidem, potentesque ibi modò excolimus, obseruamusque, vbi bonum quippiam ab illis speramus, amamus certè numquam; at sapientes, vel iam diu vira deductos, diuinarum instar entium, veneramus, summoque amore prosequimur; quod nimirum propriam in ijs spiritus perfectionem, propriamque intuemur præstantiam. Nec verò (quod Peripateticis placet) quoniam rerum alie semper sunt, vel eodem saltem modo semper fiunt, alie verò nec eadem perpetuò sunt, neque eodem perpetuò modo eueniunt; aut quòd alie natura fiunt, nihilque à nobis earum cursus immutari, sedique potest; à nobis alie aguntur, & aliqua saltem ex parte in nostra sunt potestate; propterea earum cognitio diuersa virtus ponenda appareat; quæ scilicet vnus, eiusdemque omnis, & eodem modo operatus sit facultatis, & sententis omninò, eorumque, quæ pœnitius percepta sunt, similitudine, quæ non pœnitius

iuno-

in notuere intelligentis: veluti neque ars, quæ diuersam materiam, & diuersis etiam organis, at eadem spiritus facultate, eademque omninò tractat peritia. Quoniam igitur rerum omnium naturas intuita intelligens Sapientia est; & quæ ad spiritus cõseruationem res tractandæ, quæque circa eas adendæ sunt operationes, ita rectè omninò tractentur, adanturque, si cum rerum aliarum, tum verò & spiritus ipsius in notuerit ingenium: liquidò patet, Sapientiam (quod diximus) non singularem, sed vniuersalem, & totam omninò esse virtutem; reliquas eius veluti species, vel partes, & sapientiam omninò omnes, at non rerum omnium, sed certarum, determinatarumque singulas; & earum omninò singulas, circa quas singulæ versantur; eorumque nullam per se, & ab illis seorsum perfectam, absolutamque esse. Ab iisdem enim principijs, & causis cum emanent, constituanturque omnes; qui non principes illas, vniuersalesque naturas rectè inspexerit, longè is aberit, vt rei illius ingenium exquisitè intueri queat. Quòd si fortè quæpiam proprias ei vires in manifestauerit; at quam illa ad reliquas cognationem, similitudinemque, vel quod sortita sit dissidium, ignotum omninò sit, obscurumque. Vt quod antiquioribus etiã visum est omnibus, sapiens modò, qui est, bonus is, virtutibusque omnibus præditus videri possit. Quin non supremum modò bonum spiritui comparare videtur sapientia; sed diuinis cum entibus, & Deo etiam ipsi, (quantum licet) similem facere. Nam sapientissimum esse Deum, & virtutum, quas Deo inesse intelligere nobis licet, principem fortè sapientiam esse, qui Mundi constructionem, & cum entium reliquorum, tum animalium cõstitutionem intuitus non intelligit; non impius modò is, ferusque, sed stupidus etiam videri potest. Substantiæ videlicet cum corpori vniuerso, tum verò spiritui inditæ, & (vt dictum est) ab exuperantibus corporis tenebris, viribusque rerum intuitu orbata, & veluti in veterum coniectæ, qua licet ratione, res intuentas sapientia præbere, eamque veluti excitare, proindeque ad propriam eam agere operationem, & propriæ naturæ, propriæque restituere videtur perfectioni.

DE INSPIENTIA.

Cap. VII.



SAPIENTIAE (quod vel ipsum nomen declarat) Insipientia opponitur. Itaque quoniam sapientia intelligens visa est, quæ nequaquam præsentium rerum, manifestarumque earum virium sensu, nec præsentis rerum status, præsentiumque necessitatum cognitione contenta, occultas, remotasque insuper eorum facultates, & futuros rerum euentus, futurasque necessitates intelligere, intuerique, & præuidere etiam procurat; quin quæ pœnitius eas percipit iam, & quantum homini licet, præuidit etiam; præterea, & quæ Deum ipsum rerum omnium conditorem, & longè eum sapientissimum, longèque optimum, & longè potentissimum in humanis etiam rationibus, at multò certè amplius in sacris, diuinisque literis intuerur; vtique Insipientia intelligens sit oportet, quæ vel ad intelligendum inepta, vel intelligendi laborem perterrita, nihil remotas, occultasque res, quin ne præsentium quidem non manifestas vires percipere, minus etiam futuros rerum successus, futurasque necessitates præuidere, & omnium minimè Deum ipsum, eiusque bonitatem contemplari procurat; sed, vilissimorum animalium ritu, in præsentium rerum sensu, ac fruitione acquiescit, & aliorum se se imperio, gubernationique subijcit; quæ igitur in illis inhabitare digna sit. At fortè & quæ intelligens, quæ homini innotescere nullo pacto queant, vel quæ ea ratione inquirat, quæ sensu percipi possunt, & sensu omninò percipienda sunt, stulta & ipsa, & Sapientia & ipsa opposita, & quæ & ipsa Insipientia dici queat: & illa quidè maximè torpida, maximèque demissa, hæc verò spiritus sit nimis alacris, nimisque sibi ipsi confidentis.

D.

DE SOLERTIA, ET VITIIS EI OPPOSITIS. Cap. VIII.

H quoniam (quod dictum est) ut conferretur spiritus, a frigidibus, astibusque protegendus, & nutriendus est, reficiendusque; proinde deque res comparanda sunt, a quibus protegi, & quibus nutririqueat; in quo enim vel haec, vel ille praesto ubique adiuuit; sed carum, plerumque multo ante providenda, & multis laboribus, molestiasque, & periculis etiam comparando sunt multis: utique dictas quae res, nec vero in praesentem modum, sed in futurum etiam usum comparandi non dum inuenit intelligens, & in haec eum operandum decernit, virtus omnino, & quae Solertia dici potest. Et sub ea, quod vel ipsum nomen declarat, artes omnes contineri videti possunt. Si quidem omnes ad vitam necessitates, opportunitatesque, & voluptates etiam, ad spiritus omnino bonum comparate, vel virtutes singulae, vel omnes virtutes cuiuspiam opus ponenda sunt. Mensuram potest, quae res, quas diximus, appetenda, comparandaque sunt, carum nobis usus declarat. Quoniam enim spiritum protegendum, nutriendumque gratia appetenda sunt, comparandaque: quante ad spiritum protegendum, nutriendumque facis sunt, & tante ut comparentur, labores quibus, & quavis fatiganda sunt molestiae. Si quidem incommodum, malumque, quoduis sustinet spiritus potius, quam vel a frigore, & tunc affligi, corrumpique, & nutrimentum inopia perire velit; vel, quibus mala haec repellantur, sibi ea comparandi potest, alijs eorum gratia supplex fieri, & aliorum misericordia haec habere. At nec tantis fortiter comparatis stertendum est spiritui; sed, si nullo ipsius malo, incommodoque plures comparare liceat, plures etiam comparare appetat, & procuretque; sicut ut commoventur, incundi utique, to aseruetur, & minus recidit casibus, & fortunae omnino vitibus obnoxius sit; ut vero ut amicitis, bonisque, omnibus opera ferendi ita cultas adhaere. Bonae omnino, commodaeque, & honorifice opes cum sint, ubi nullo spiritus incommodo amplius fieri possunt, ampliores faciende sunt. At vero quae rerum, quas diximus, comparandarum cogitationem, laborumque, quibus comparanda sunt, & ubi haec intelligens nihil quae comparanda sunt inquit, nec, si quidem nota ea sint, comparanda decernit, vitium, & quod Inertia dicitur. Quin de quo nullo requirendum opum si stem facit, sed quantisvis acum malis, plures assidue, & quibusuis laboribus, molestiasque, quibusuis acquirendas decernat, nec vero boni alterius cuiuspiam gratia, sed plures possidendi studio; vitium & ipsa, & quod Solertiam nimis adrendens, nullamque spiritui quierem eo concedens Anxietas dici possit. Et peior haec, quam Inertia, quae nimirum fatis, superque opibus affluenti spiritui, illarum gratia labores, molestiasque assidue suscipiendas statuat, quae scilicet, quod vehementer spiritum affligunt, corrumpuntque, ibi modo suscipiende sunt, ubi, si non suscipiantur, magno quopiam bono priuatur, vel maiore malo afficiatur spiritus.

DE LIBERALITATE, ET VITIIS EI OPPOSITIS. Cap. IX.

At vero, quod quae ad sui ipsius conseruationem necessaria sunt, si ultra sibi spiritus comparare, nisi in quem comparata sunt usum ipsi utatur; & perpetuo laboret, perpetuoque in saelis sit, res tumque inopia tandem pereret, vel percundi periculum subeat, si quae magnis, diurnisq. laboribus, vel parauit ipse, vel comparanda omnino sunt, temere omnia profundat: utique intelligens, quae quae, quantaque, in sui ipsius, suorumque conseruationem, & voluptatem insuper (si liceat) absumenda sunt, absumi non prohibet, nec gloriae spectie illectus, temere opes dilapidat, proindeque modum sibi

dum sibi, facultatemque seipsum in posterum seruandi, alijsque benefaciendi modum praecipit; virtus & ipsa, & quae (quod spiritus sit nobilis, generosique, & verè liberi, & qui nullis se se opibus, nullisque fortunae iniurijs subijciat) verè Liberalitas dicitur. At nihil opibus, ubi vel in propriam, vel in aliorum etiam salutem ea assumenda sunt, partens Liberalitas (quoniam non praesentibus modò necessitatibus occurre proposi tum ei est, sed prauidere etiam, curareque, ne in posterum quibus se se, & quos aequè est seruet, desint) vel in magna rerum copia non temere quibusuis sua elargitur; sed, nisi magnum quodpiam malum amolendum sit, in proprium, amicorumque, & bonorum usum id assidue absumendum decernit, quo assidue absumpto, incolumes tamen remaneant fortuna; augendarum omnino opum gratia mala nulla spiritui sustinenda, at (ubi licet) nihil eas imminuendas decernit: luxum certè (rerum videlicet non in vilius bonum, commodumque, sed in fastum modò absumptionem) perpetuo vel in regia vitat fortuna; ut qui res ad hominum conseruationem aptas, commodasque in nullum vilius bonum perdat. Itaque Liberalitati perpetua comes Parsimonia: quae scilicet non ibi rebus parcat, ubi in cuiuspiam bonum, vel etiam voluptatem absumenda sunt; sed ibi tantum, ubi carum absumptio nullum vili praebet commodum. Neque igitur ornatum rejicit Parsimonia; ut qui possidentem oblectet, honestetque, & reliquas etiam voluptate afficiat; & qui insuper artificum commodo, bonoque paratus sit: sed (ut dictum est) rerum absumptionem in nullius usum factam. Libens porro, & lera, nec in sui ipsius tantum, sed in aliorum etiam bonum proprias opes cum absumendas decernat Liberalitas; magna quidem eas diligentia seruandas, earumque incrementum appetendum, procurandumque, etiam, ubi nullo aliorum id malo, incommodoque fieri potest, velit. At quae intelligens, dum ne opum cumulus imminuatur, vel etiam ut maior fiat, sui ipsius, aliorumque salutis rationem nullam habendam, & aliena etiam rapienda, occupandaque esse decernit; & quae contra temere, & in quoduis cuiuscunq. bonum, commodumque, vel voluptatem bona omnia profundenda, dilapidandaque statuit; vitium vtraque, & Auaritia illa, haec Prodigalitas dicitur. Illa quidem, quod quae, nisi sui ipsius salutem, voluptatiue, aut aliorum inserviant commodis, nullius omnino sint praetij, ea & aliorum, & sua etiam salute cariora habeat; & vel mendax, maleficaue esse, & quam humillima, abiecta que fieri, ut ea ampliora possideat, nihil veretur: haec vero, quod gloriola, & non verè illi, solidaeque, sed falsa, inanique sui ipsius, suorumque pos habeat salutem. At peior omnino illa: quae scilicet spiritum multis perdat modis; & alios etiam incommodet; & pusillum omnino, abiectumque facit, & ostendit spiritum.

DE SOBRIETATE, ET CASTITATE, ET VITIIS EIS oppositis. Cap. X.

H quia voluptate, qua summa cibos assumens, viceremque, exercens afficitur, illectus spiritus nimios, prauosue interdum, & qui, quantuue spiritum, eiusque tegumentum maximè grauent, oblédantque, assumit cibos; & vicerem, quam non licet, vel eousque exercet, ut panitus ab ea corrumpatur: utique quae eos, tantosque assumendos cibos, qui, quantuue spiritum, tegumentumque benè nutriant, nihilque oblédant, turbentue, & qui insuper censum non exuperent, nec alijs benefaciendi facultatem praeripiant; & quae eam vicerem appetendam, exercendamque decernit intelligens, quae nec spiritum, nec alios villo afficiat incommodo, & quam insuper leges non improbet (neque enim naturae vni parendum, neque vna omnino spectanda est natura; sed legibus, diuinis praesertim, & multo etiam prius, quam naturae, parendum; & vel humanae religiosissime obseruanda; a quibus nimirum humana in pri-

na inptimis seruetur societas) quæ, inquam, in ciborum assumptione; & quæ in vœ-
neris vsu non spiritus voluptatem, sed eius conseruationem procurat intelligens, vir-
tus vtraque. & illa quidem Sobrietas, hæc Castitas dicitur. Quæ verò nihil ciborum,
& quæ vœneris appetitum nihil coerct, sed temerè, nullaque mensura, & iuxta appê-
titum omninò eos assumendos, & hanc exercendam permittit; vitiosa vtraque, & di-
gna omninò, quæ in porcis, lupisque inhabitet; quorum scilicet voluptates tanti
æstimat; vt iis dum expleatur spiritus, nihil ipsum corrupti, nihil copias imminui,
nihil cognatos, amicosque perdi, nihil diuinas, humanasque leges, & naturam etiam
ipsam violare indignatur, prohibetque. Et illa quidem Sobrietati Ebrietas, hæc vœ-
rò Castitati, Pudicitiaque; opposita Impudicitia dici potest: nec aliud Sobrietati, Ca-
stitati que vitium opponi videtur. Siquidem qui minores, iucundioresque, quàm
quos sibi comparare, & commodam, bonamque; in rem inuertere queant, & qui vœne-
rem, quàm per leges, viresque licet, minus appetant, minusque exerceant, qui omninò
nullo sui, nec aliorum incommodo iis voluptatibus frui cum possint, quibus maximè
spiritus oblectatur, nò quantis frui licet, bonumque; est; & eò modum, frui velint; quòd
perrari, & nulli fortè inueniantur, nullum iis; vt videtur; impositum est nomen.

DE FORTITVDINE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XI.

REM præterea, quæ ad vitæ conseruationem, commoditatemque
pertinent, quòd multæ magnis comparandæ sunt periculis; & ma-
ioribus etiam cum ipsa, tum spiritus ipsius, suorumque; salus, liber-
tasque à præuorum hominum defendenda est licentia; & quia non
satis interdum defendi potest; sed vel hominum vi, dolore, vel à re-
rum successibus bonis omnibus priuari potest; itaque; si immi-
nentibus periculis, ingruentibusque succumbat malis; aut à prosperis rerum euen-
tibus se efferrè sinat, perpetuò turbetur, affligaturque, & corruptatur omninò, pro-
speris modò rerum successibus nimis exhilaratus, nimisque diffusus, nimis modò ad-
uersis tristatus, contractusque; vti que quibus periculis quæ vel bona comparanda,
vel mala repellenda sunt, & quousque rerum successibus commouendus est spiritus,
rectè decernit intelligens, virtus omninò, & Fortitudo dici potest. Siquidem, vt ne
periculis, quæ conseruationis gratia subeunda sunt; neque à malis etiam vllis trangi,
nec à bonis vllis nimis commoueri se sinat, fortis omninò, constansque; vt sit spiritus,
præcipit. Rectè porrò decernat; si bonorum, malorumque, quæ comparanda sunt,
propulsandaque, naturam, tum & periculorum; quæ propterea subeunda sunt, ma-
gnitudinem, præterea & proprias vires rectè perpendat; & bona quidem, sine quibus
spiritus seruari non potest, malaque, à quibus corruptatur, periculis quibusuis,
reliqua iis comparanda, reicienda que statuatur, que, que sequuntur mala, illorum ma-
tudinem non exuperent; vel quæ superaturum se magis speret, quàm opprimi ab iis
timeat: tum & si nec secundis rerum successibus exultandum, nec aduersis succum-
bendum, sed vtrosque moderatè ferendos decernat; quæ igitur non modò res ad vi-
ctum; vestitumque necessarias comparandas, tuendasque, & tum spiritus ipsius, tum
eorum, quorum ipsum curam habere oportet, & sine quibus seruari non potest, sa-
lutem; sed libertatem etiam, dignitatemque defendendam quouis statuatur periculo.
Nam in seruitutem actus spiritus, & propria dignitate spoliatus nihilo (vt dictum est)
minus corrupti, minusque; morti dari videtur, & nihil omninò minus corruptitur,
occiditurque, quàm verè corruptus, interemptusque. Quid enim pecorum instar tra-
ctatus, ea que omninò patiens, operansue, quæ non humano, sed pecorino spiritui
congruant, propriaque; sint, non corruptus is, & in pecorinum sit actus? Itaque, id
patiat,ur,

patiat,ur, nihil segnius pericula subeat quouis, nihilque; minus diuidi, dilaniarique, &
interimi sustineat, qui propriæ originis immemor non est spiritus; quàm ne verè inte-
rimatur, verèque; occidat. Et summo quidem, dum diuiditur, dilaniaturque, & interi-
mitur, dolore, summaque; afficiatur molestia (qui. n. longè nobilissimæ substantiæ, sen-
suque; præditæ longè exquisitissimo sui ipsius dilaniatio, discerptioque, & interitus do-
lorem summum, summamque; non inferat molestiam?) at breui præsertim periturus spi-
ritus, nò adeò aliena vi affigi, occidereque; atque; sui ipsius culpa corrupti, & è nobili,
diuinoque; ignobilis, ferinusque; fieri exhorreat. Tum ita occidens, quo quomodo ser-
uari apparet; claram, nobilemque; sui memoriam posteris relinquens. Neque; igitur qui
verè fortis est, generosusque; spiritus, periculis turbatur, trepidatque; vllis: sed malis im-
pudentibus quibusuis nihil à se ipso alienatus, nihilque; exagitat, ac si nihil illorum
ad ipsum pertineat, summa cum quiete, summaque; attentione non illorum magnitu-
dinem intuetur; lugetque; sed modos quibus illis occurrere possit inquire, & quecun-
que; consideranda sunt, considerat; & nihil turbato, nihilque; trepidanti, qualia sunt, talia,
quæ circumstant, mala videtur; & quæ patienda sunt, nihil trepidans, nihilque; di-
missus patitur: vt qui non malum aliud vllum, nò mortem etiam ipsam, quæ maiori
vi inferatur, & quam repellere ipse non possit, sed sua (vt dictum est) culpa, que est,
esse desinere, & in vilem agi, abiectamque; rem, sua omninò corrupti culpa exhor-
reat. Nihil itaque; in obscuro minus, quàm in aperto, conspicuoque; ne deterior fiat,
pericula subit, malaque; sustinet; qui scilicet non externæ gloriæ gratia, & ne dego-
ner videatur, ea sustinet; sed ne è proprio genere, & propria è natura, propriaque;
decidat dignitate. Nec rerum euentu quouis valdè commouetur; nec facultatibus ni-
mirum omnibus spoliatus, & amicis insuper, cognatisque; orbatus deiecit, frangi-
turque; nec bonorum accessione quouis effertur, exultatque; sed fortuna in quouis
idem penè perpetuò perstat; vt qui se ipso, suaque; virtute fretus, contentusque, &
vel solus sibi ipsi ad ea, quorum gratia bona externa appetuntur omnia, ad se scilicet
conseruandum, perficiendumque, confidens, & vnam sui puritatem appetens, ma-
gnique; aslimans, externa bona, malaque; parui omninò facit; vt quæ non eius sub-
stantiam corruptant, sedantque; nec perficiant, nobilitentue. Et iniurias non quas-
cumque; nec quouis etiam mala vindicanda decernit: sed, dum inferuntur, omnia
quidem vitanda, repellendaque; illata verò, quæ vel casu, vel spiritus ea inferentis
morbo; perturbationeue; illata sunt, ignoscenda omnia; præsertim, si qui ea intulit,
intulisse doleat, tristereturque; ibi nimirum, vbi quæ illata sunt mala, non vt in vilem,
abiectumque, & contemptum omninò illata sunt, nullaque; in posterum alia illatum
iri sit suspitio; at non quæ spiritus vitio, & spiritus prauitate, malignitateque; Er-
ranti scilicet, peccanti que; & se peccasse dolenti spiritui ignoscendum omninò, at
nequaquam malefico, noxioque; natura: sed puniendus; & insanabilis, perditæque;
spei si sit, perdendus etiam, si liceat. Siquidem boni à præuorum iniurijs, violentia-
que; defendendi prorsus, seruandique; sunt. Quæ verò tanti vitam, & externa bona,
malaque; extimat intelligens, vt illius amittendæ periculum ne subeat spiritus iniu-
rias quasuis, & quouis ei mala sustinenda decernat; & quibusuis accedentibus bo-
nis præ; letitia gessit, & veluti exultat; malisque; ingruentibus, imminentibusue; qui-
busuis vehementer tristatur, & deiecit; tum & quæ mala nulla, nullasque; ferendas
esse iniurias, sed omnes, & periculo quouis propulsandas, puniendasque, & nullo
rerum successu spiritum commendandum statuit, vitium vtraque; & illa quidem Timidi-
tas, hæc verò Audacia dicitur. Et spiritus illa est maximè pusilli, maximèque; langu-
di, parum omninò sibi confidentis; hæc verò furentis, tumidique, & qui nimis sibi ar-
roget, confidatque. Non mali scilicet cuiusuis, sed eius modò repellendi gratia spi-
ritui mors appetenda est; quod si patiat,ur, vel verè occidat, vel, quo dictum est modo,
corruptatur: cætera reicienda quidem omnia; at non summis certè, manifestisque;

I. peri-

periculis. Non temerè omninò morti exponendus est spiritus; eòq; minùs purus què est, generosusque; & nequaquã nullus rerum successus spiritui sentiendus. Esto enim, bonis accedentibus quibusuis non propterea lasciuendum ei, exultandumq; sit; nec malis etiam ingruentibus quibusuis frangendus, deiciendusque sit spiritus; quæ nimirum si fiant, maximè (vt dictum est) puillus, & languidus, nihil omnino proprijs, & internis, sed externis modò bonis confidens appareat; & malo etiam afficiatur spiritus nimis contractus, diffususue: at peccet omninò, si rebus auctus, quæ sui ipsius conseruationi bonæ, commodæque sunt, nihil propterea gaudeat; & se exhilarandi occasionem habens nihil exhilaretur. Et qui maximis opprimitur malis, & quæ proximam minentur corruptionem, si nihil iis tristetur, stupidus is fortè, furiosusue magis, quam fortis, videri queat.

DE IUSTITIA, ET VITIIS EI OPPOSITIS. Cap. XII.



AT verò, quòd (vt dictum est) singuli per se homines, & à reliquis seorsim si degant, si quidem viuere queant, nec securam certè, nec còmodam viuant vitam, sed boni à prauis assidue diuexentur, perdanturque; nec quæ ad vitæ usum necessaria sunt, sibi singuli còparare queant, sciantq; omnes, longè plurimà, longèq; diuersissimis comparanda modis, at quæ, si singula singulis conficienda sint, & rectè, & tanta à singulis consueuantur, quanta alijs etià multis satis sint; quibus igitur mutuo permutatatis, quæ ad vitæ conseruationem, commoditatemq; necessaria sunt, reliqua ad sint omnia: proindeq; in vnum agendi fuimus; vt è multis in vnum coactis, veluti vnum compositum animal, multis, diuersisq; sui partibus earum laboranti cuius reliquis assidue opem ferret, & quæcumq; ad vitam commodè degendam opus sunt còficere posset; singulis non se ipsas modò, sed alias etiam tutantibus omnes, & nò in proprium modò, sed in aliorum etiam omnium usum laborantibus, propriumq; opus conficiantibus; eo propemodum pacto, quo & animalium partes singulæ reliquarum salutem procurant, & reliquis omnibus proprium laborem, propriumq; opus comunicant. Itaque quòd nequaquam sibi ipsis coeant vnquam homines, quin quàm longissimè mutuo sese aufugiant, vitentque, nisi singuli ab aliorum iniurijs tuti, securique sint: vtq; quæ intelligens nulli ab alijs malum vllum, vllumue inferendum esse incommodum, sed singulos iis contentos esse oportere rebus, quas sibi singuli parant, & aliena inuadentes improbandos, puniendosq; etiam, si liceat, statuit; virtus quæ iustitia dicitur; & si non sublimis, generosique spiritus, & qui alijs propria comunicet bona, at puri certè, neq; ignobilis; qui nimirum modò ne alii malo vllò afficiantur, nihil aliorum odium, nihil etiam suorum, propriumue commodum curat. Quæ contra sibi ipsi, alijsue aliena rapiendi licentiam permittit, vitium quod iniustitia dicitur; & spiritus multò, quàm luporum, leonumque, & Tigrium est peioris, maligniorisque. Nam si aliorum malo illi viuunt, at naturam secuti id faciunt; & nequaquam cognatis, similibusq;, quæ sibi ipsis ij compararunt, eripere videntur, aut in presentem modò necessitatem. Viliissimus certè, maximèq; malignus spiritus; qui vel sibi ipsi victum parare impotens, vel nunquam satis paratum existimans aliorum incommodis, ac malis ali, vel etiam luxuriari velit. Fortè & quæ, ne vllò quispiam incommodo afficiatur, aut ne quid aliorum imminuantur opes, alios quot; & quosuis perdendos decernit intelligens, vitium, & ipsa; & quæ (quòd nullis hominum miserijs, malis nullis se flecti sinat) Rigiditas dici queat. Veluti & quæ leges omnes perpetuò obseruandas, & iuxta eas perpetuò sententias ferendas decernit; quæ scilicet (quòd res, quarum diuersissima sunt conditiones, plurimisque inter se circumstantijs

tij differunt, quæ omninò diuerso modo, diuersaq; tractandæ essent ratione, vno, eodemq; omnes modo diiudicant, decernuntque) bonæ omnes perpetuò videri non possunt, nec sunt omninò perpetuò bonæ omnes; nisi æquitas, Iustitia nimirum, ac non legalis, scriptaque, sed vera, supremaque, & quæ scriptam, legalemq; iustitiam, vel quæ eadem videntur operationes, si eas diuersæ circumstent conditiones, diuersa diiudicandas ratione admoneat. Quoniam enim nò humani modò generis seruator Deus opt. max. sed Natura etiam ipsa singulorum hominum salutem omnibus curæ esse, & aliorum necessitatibus, ac malis occurrendum statuit; eaq; omninò erga alios operanda esse singulis, quæ erga se ipsos ab alijs operari velint, admonet, præcipitq;: vtq; qui præsertim non sua culpa, nec ob ignauiam omninò, prauitatemque, sed vel aliorum violentia, vel rerum successibus, quibus obnoxii omnes sumus, nisi aliorum ij opibus subleuentur, misere pereant, nisi non proprijs eos tantum, sed aliorum etià facultatibus seruandos decernamus; non Dei modò præceptis, sed ipsi etiam repugnetur naturæ; & iniusti omninò sumus, hominumque societatem dissoluamus.

DE VERITATE, ET MENDACIO. Cap. XIII.



HT quia nequaquam homines sibi ipsis coeant vnquam, nec secum ipsis colloquantur, aut eorum, quæ vel publicum, vel priuatum spectant còmodum, tractent quicquam; si singulorum dictis fides nulla haberi possit: vtique intelligens, quæ ea, quæ enuncianda sunt, ostendendaque, qualia sunt enuncianda, ostendendaque, & promissa quæ sunt seruanda, quæ omninò reliquos nec dictis, nec factis decipiendos, sed & internum spiritus sensum, internasq; etiam res, cuiusmodi sunt, patefaciendas decernit; virtus, quæ Veritas dicitur; & spiritus est summè nobilis, generosique, qui omninò nihil nisi sui ipsius puritatem magnificat. Nam propriam esse humani spiritus veritatem, & à mendacio impurari eum, sædarique inde liquidò patet; quòd intrepidè verax maximè sibi ipsi placet, maximeque afficitur spiritus voluptate; mentiens verò, qui in vulpinum penitus non sit actus, vehemens in se ipsum indignatur, vehementerque tristatur: vt qui, ne mentiatur, cuiusuis gratiæ, & bonæ etiam quæuis despiciat, auersaturq; ne ille (quòd diximus) summè se nobilem, generosumq; declarat. At quæ intelligens non entia, vt entia, & entia, vt non entia, vel alia quàm sunt, & promissa quæ sunt non seruanda decernit; vitium, quòd Mendacium dicitur; & maximè id vilis, abiectique spiritus; & qui nihil sibi ipsi, proprijsque confidat viribus. Manifestè enim propterea mentitur; quòd non alia ratione hominum gratiam, quæq; alia appetit, adipisci posse confidit. Infelix, qui, vt quæ parui omninò æstimanda sunt, consequatur, non modò quæ vulpium sunt operari, sed veluti non ens fieri nil reformidat. Vitiū etiam fortè, quæ, nè quid quale non est enuntians decernat, & se ipsam, & suos omnes immeritò, & bonos etiam quosuis à prauis hominibus perditos velit. Quoniam enim nostra, nostrorumque, & hominū omninò omnium salus maximè nobis expetenda est; & quouis etiam periculo, & malo interdum quouis procuranda: si, vt nos, nostrique, aut alij etiam quiuis à prauorum hominum violentia liberentur, aliquid, non quale est, enuntians sit, enuntians decernat, enuntietque spiritus, nequaquam impurari, corrumpiq; videtur; veluti qui mala inferentes, atq; hostes eiusmodi decipiunt artibus. Præuorum omninò, potentiorumq; hominum violentiã quin operationibus, à quibus humani generis societas non dissoluatur, rejicere non liceat, intueri non licet. Id portò vitium, quia & ipsum perratum est, nomine (vt videtur) vacat. At Superstitio fortè non valde impropio nomine appellari queat; vel in quibus veritas ipsa obseruari, colique nolit, obseruans eam, colensque.

VIRTUTEM, QVAE HOMINVM FAMILIARITATEM, CONVICTUMQUE, & benevolentiam procurat, Humanitatem dici; & in Beneficentiam, Gratitude, Aequabilitatem, Hilaritatemque, & Mansuetudinem diuidi posse. Cap. XIII.



QVONIAM verò (vt dictum est) non ij satis spiritui sunt, quibus cū res cōmutet, externorumq; violentiam repellat; sed ijs amplius opus habet, quibus propria ipsius, suorumq; salus curæ sit, & quibus cum familiariter viuat; quorum omninò opera, atq; ope, & consilio in singulis priuatis necessitatibus subleuetur; & quorū præsentia, colloquijsq; à molestijs, quibus assidue opprimitur, auocatus, & ad iucunda actus multò securiorem, multòq; commodiorem, iucundioremq; degat vitā; proindeq; ex amplius ei operanda operationes sunt, quibus homines sibi deuinciat, & beneuolos faciat, & ad familiaritatem alliciat; eā nimirum, quæ qua ope alij indigēt, ea illos adiuuent, & accepta beneficia referant, vel referendi voluntatē ostendant; & quæ celsos, sublimesq; alios statuāt, vel nihil certè deprimant; & ad hilaritatem, lætitiāq; inuitent; tum & ea, quæ perpetuam, constantemq; benevolentia, mansuetudinēque polliceantur; quæ omninò aliorum conseruatio nem procurent, vel conseruari eos aptos ostendant: vtiq; quæ intelligens qua oportet mensura amicos adiuuandos, vel remunerandos, & honorandos, tum & exhilarandos, eorumque errores, & peccata etiam, qua oportet, lenitate ferenda decernit; virtus, quæ (quòd hominum offensionem vitat; quin, quòd homines adiuuat, oblectatque, & amari ab ijs appetit, procuratque; quòd omninò, quibus homines gaudent, lætique sunt, eas operandas operationes statuit) nō immerito in vniuersum Humanitas appellari possit. At verò, quòd multis id, diuersisque agendum sit operationibus, in multas diuidi queat; & in Beneficentiam omninò, Gratitude, Aequabilitatem, Hilaritatemque, & Mansuetudinem. Siquidem ijs præcipue operationibus, moribusq; hominum benevolentia, familiaritasq; comparatur. Nam quī aliorum necessitatibus semper præstito adsunt, & quam possunt alijs opem semper ferunt; & qui, à quibus benefactum sibi est, ijs & ipsi (vbi licet) benefaciunt, benefaciendi certè cupidi apparent; tum & qui nulla in re plus sibi boni, commodisque, & honoris, quam alijs tribuit; & qui aliorum gratia paratum se facere ostendit, quæ sui ipsius gratia ab alijs fieri velit; & hilaris, festiuusque qui est, proindeque alios ad hilaritatem inuitat, atque allicit; & qui non nisi iusta de causa amicis errantibus, peccantibusque, & non grauissimè indignatur, seseque placabilem præstat: carus alijs is sit, & gratus, & libenter cum eo alij degant omnes. Age itaque earum singularum, tum & vitiorum, quæ opponi eis videntur, ingenium, munusque separatim intueamur.

DE BENEFICENTIA, VITIISQVE EI OPPOSITIS.
Cap. XV.



BENEFICENTIA (quod nomen ipsum declarat) intelligēs est, quæ alijs benefaciendum decernit, at non temerè id, nulla mensura, & delectu nullo; sed quæ cuius quidem, vbi non magno proprio ipsius in cōmodo, maloue facere id licet; at amicis, bonisque, ijs omninò, quorum salus, bonaq; curæ esse nobis debēt, & à quibus paria nobis polliceri possumus, labore, molestiaq;, & damno etiam quouis, si quod illis cōfertur bonum, malum, quod nos excipit, exuperet; si. l. amplius illi conseruentur, quam nos corripamur. Quin & ijs, à quibus bonum nullum sperare licet, benefaciendum omninò est. Nec verò propterea tantum, quòd noster id præcipit seruatur; sed quòd alijs benefacientes operationem operamur, quæ humani spūs, & puri eius, generosiq;

rosiq; maximè propria est. Itaq; & benefacientes, & benefactorū memores summè nobis placemus, & alijs præstantiores nobis videmur, & sumus oinò; non nōstantum, sed alios etiam seruare apti, & seruantes omninò alios. Differt porro à Liberalitate, & Fortitudine Beneficentia; quòd Liberalitas vnas modò opes, vnāq; Fortitudo securitatem alijs præstat, Beneficentia verò bona omnia. Intelligēs autem hominum nullis, ac ne amicis quidem, cognatisque, vel minus, quam oportet, benefaciendum decernens, vitium; & quod, vel si nullo alios afficiat malo, at Beneficentiæ opposita, & benefacere pigrescens, prohibensque, Maleficientia dici potest, & est omninò Maleficientia. Malo enim alios afficit, qui benefacere cum possit, torpet, aut etiam auersatur. Et huiusmodi, qui est spiritus, maleficus sit oportet: neq; enim benefacere cesset, nolite, nisi libens malefaciat. Et spiritus est non maximè modò impuri, sed summè etiā vilis. Propterea enim alijs malum optat; quòd proprijs bonis alijs conseruari aptior fieri desperans, aliorum id malis procurat. Vitium etiam fortè & intelligens, quæ cuius beneficium quoduis conferendum decernit; & vel alienis, prauisque, & indignis bene vt faciat, nihil sibi ipsi, suisque incommodare, & malefacere etiam veretur. Siquidem qui temere cuius benefacit; is, quibus oportet, benefaciendi modum sibi præripit. Nam si nostro (vt diximus) incommodo, maloq; etiam, at non omnibus, nec quoduis conferendum est beneficium. Quoniam verò perrarum id vitium est, nōmine (vt videtur) vacat. Spiritus certè est non prauè modò dijudicantis, sed pusilli etiam. Propterea enim fortè cuius benefacere appetit, & proprium omninò aliorum quorumuis bono posthabendum decernit; quòd nihil sibi ipsi confidens, quibusuis modis aliorum præsidium sibi comparandum statuit; & alios omninò omnes pauēs, timensq; cuiusuis offensionem æquè, ac sui ipsius propriam reformidet corruptionē.

DE GRATITVDINE, VITIISQVE EI OPPOSITIS.
Cap. XVI.



AT verò, quòd à quibus benefactum nobis est, nisi ipsi itidem (vbi licet) illis beneficiamus, & id dum non liceat amemus saltem eos, & quibus possumus modis excolamus omnibus, nihil amplius benefaciant vllis: esto enim, qui verè beneficus est spiritus, nullius is mercedis, nec gloriæ etiam gratia benefaciat; at amari tamen ab ijs, quibus benefecit, vult, maximèq; nisi ametur indignetur oportet; nam maximè contemni, maximèq; vilis haberi videtur, cuius vel benefacientis ratio nulla habeatur: tum præterea, quòd summè prauis, summèque maleficis, ijs omninò à se benefactum videt, qui malis digni sunt omnibus; quid enim alios ament, aut alios adiuuent, qui ne ijs quidem, à quibus benefactū sibi est, bene velint? talibus itaque, qui sapius benefecit, quia homines omnes ingenio eodem præditos existimat, nullis amplius benefacere velit: quia (inquam) nisi ijs, à quibus benefactum est, gratia habeatur, ac referatur etiam (vbi licet) pereat omninò Beneficentia; & mutua ope homines destituti, si quidem conseruari queant, longè certè conseruentur ægerimè: vtiq; ea intelligens, quæ rectè illud fieri decernit, virtus & ipsa, quæ Gratitude dicitur. Rectè porro decernat, si, à quibus benefactum est, quouis incommodo, & malo etiam quouis paria, ac maiora etiam, si liceat, referenda statuat; itaque vel propriam salutem in eius bonum proijcere parata sit, cuius ope seruatum se sentiat; incommoda omninò, malaq; omnia subeunda, sustinendaque decernat, vt quibus ab alijs affecta est bonis, ea, & maiora etiam (si liceat) eis retribuat, proindeque nihil illis ignobilior, deteriorue appareat; & illud si numquam liceat, ijs acceptis bonis, quæ referri profusus, aut ab ipsa certè non possint, at benefactores perpetuò amet, &

quibus potest excolat modis; nunquam certè (quod hominum vulgus facit) ut præstantiores, superioresque odio habeat, & perditos etiam velit. Neque enim opibus, potentiaque, quibus præsertim non sua caret culpa, sed vna sui puritate exuperati spiritui dolendum est. Itaque nihil, quàm Beneficentia, minus puri, minusque nobilis spiritus Gratitude est. Ingratitudo è contra, nec gratiam refert, potens eam referre; & à quibus benefactum sibi est, ut præstantiores odit, auerfaturque, & perditos etiam vult. Et spiritus est maxime vilis, qui, ne se bonis vllis priuet, deterior esse, & videri etiam nihil reformidat; maximeque maligni, qui neque ipsi, à quibus sibi benefactum est, benefacere velit; & superbi simul, qui præstantiores, & à quibus benefactum sibi est, amare, colereque non sustinet; dignus omnino, qui hominibus, & Deo etiam ipsi iniuifus, odiosusque sit; & Deo omnino ipsi iniuifus odiosusque, qui, quantum in ipso est, quam ille virtutem maxime exercendam præcipit, quamque exercendi nullum facit finem, aufert, interemitque. Quin & intelligens, quæ quouis accepto bono obsequia quæuis præstanda, & incommoda, malaque etiam quæuis sustinenda decernit, vitium fortè & ipsa. Siquidem acceptorum beneficiorum magnitudo perpetuò veluti metièda est, & vel magno incommodo, ac malo paria, & maiora etiam referenda; at nequaquam illorum moles immensum quid exuperanda, vbi magno spiritus malo id fiat; nunquam omnino temerè, nullaque urgente necessitate, ipsa spiritus salus, vel bona, sine quibus ægrè seruetur, proijcienda, magnisque periculis exponenda sunt; sed ibi tantum, vbi id ne fiat, ea spiritui operanda, patiendaque sint, quæ eius nature minime congruant, & quæ operans, patiensue, vel penitus corrumpatur, vel in ignobiliorem agatur, deterior omnino fiat. Itaque (quod diximus) vel gratiam referens spiritus mentura quadam vtatur necesse est: eaque cum acceptorum beneficiorum, tum & rerum, quibus referenda est, magnitudo sit oportet. Et (quod dictum etiam est) cum multo omnino reddenda est; at qui certè beneficiorum ipsam molem non exuperet.

DE AEQVABILITATE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XVII.



INTELLIGENS: itidem, quæ nullum ab alijs commodum, nullamque operam, & honores nullos sibi tribui velit, appetatque, quos ipsa alijs, quibus non magnum quid præstantior sit, tribuendos non statuat; quin quæ vel longè opibus, virtuteque superior, at in quotidiano conuictu superioritatis omnis, omnisque oblita præstantiæ, nihil alijs supereminere velit, virtus & ipsa; & quæ, quod non ampliora, quam alijs, sed æqualia spiritui appetat bona, non incommodè fortè Aequabilitas dici queat. Et spiritus est benè magni, & qui non propterea se magnificat, nec in eo omnino gloriandum sibi existimet, quod maioribus, quam ipse alios afficit, ab ijs honoribus afficiatur; sed quod verè præstantior alijs est, puriorque. *Paritia* verò (liceat enim aliena voce vitium Aequabilitati oppositum appellare, quādo ea nos carere videmur) intelligens est ea sibi ab alijs comoda, operamque, & honores arrogans, quos ipsa vel nihil etiam deterioribus tribuere minime dignetur; & quæ alijs vel familiari in conuictu, congressuque superiorem se facere velit, procuretque; alios omnino vt inferiores tractet. Et spiritus est, qui proprijs bonis parum confidat, parumque in propria præstantia conquiescat: neque enim, si talis non sit, aliorum opera conseruari, & nobilis fieri velit. Quæ verò intelligens nimia obsequia, nimiosque alijs honores decernit, Adulatio dici potest. Et spiritus est maxime vilis, maximeque abiecti: qui nimium vt aliorum sibi gratiam conciliet, nihil eorum bona dictis, factisque plus in se extollere, nihilque se se illis canum ritu subiicere; nihil etiam mentiri, amicosque homines decipere vcreatur.

D.

DE HILARITATE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XVIII.



INTELLIGENS: verò, quæ in ijs quæ adsunt, & quæ euentura etiam sunt acquiescendum decernit, & præsentium rerum statu contenta, nec valde de futuro sollicita est, anxioque, virtus & ipsa, quæ Hilaritas dici potest. Et spiritus est cum rectè intelligens, tum magni, purique, & nitidi: qui nimirum rerum euentu, quarum ipse cursum, naturamque immutare, flectere ne minime queat, tristari nolit; & qui quibusuis oppressus malis, seruari non desperet; & cuius portio nulla, præsertim que in cerebri ventriculis inhabitet (cuius cum reliqui affectus, passionesque omnes, tum verò Hilaritas est, Tristitiaque, & ad quam fuligines efferi videntur) nihil ab ijs turbata, deterritaque vnquam, nihil ad eas exuperandas, explodendasque se se colligat, aliasue ad opem ferendam conuocet; nihil certè (quod maxime est spiritui graue, & molestum, & quod vbi agit tristari videtur) in seipsum conspilletur, contrahaturque vnquam; sed in propria tenuitate, propriamque perpetuò gaudeat puritate; quin molestia nulla vnquam, nulloque oppressus malo, & nullis intentus laboriosis operatiobus, libens perpetuò lasciuat, ioceturque; explicet nimirum se se, effundatque, & blandis quibus licet motibus, commoueat. Intelligens contra, quæ nunquam in præsentibus bonis acquiescit, perpetuòque de futuris sollicita est, anxioque, vitium & ipsa, quod Tristitia dici potest. Et spiritus est haud rectè ratiocinantis, & impuri omnino, pusillique: qui nimirum rerum euentu torqueatur, quarum successus in sua non est potestate; quiq. perpetuò sibi ipsi timeat, perpetuòque immixtas fuligines exhorreat, pauceatque; & in his amolendis perpetuò intentus, perpetuò se se contrahat, remittat certè nunquam, nullisque se se umquā oblectet iocis. At & quæ intelligens spiritum nunquam contrahi velit, & id ne fiat, vel quibus maxime spiritus conseruetur, perficiaturue negligenda, & vel ea tractanti, & malis quibusuis incidentibus lasciuendum, iocandumque, vitam omnino omnem in ijs operationibus exigendam decernat, quæ operans spiritus diffunditur, exhilaraturque; vitium & ipsa, quod Scurlitas dici queat. Remittendus enim, exhilarandusque est spiritus; at ibi certè, vbi eorū, quæ ad eius conseruationem, perfectionemue pertinent, nihil tractandum est; vel vbi diu contractus, diuque diuexatus, exhilarari, diffundique opus habet. Nā si malis quidem nullis succumbendum, lugendumque, non certè iocandum in ijs, ridendūque est. Et spiritus id vitium est tenuis fortè, & qui immixtas fuligines exhorreat, proindeque cum ijs conficiari auerfetur.

DE MANSVETVDINE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XVIII.



AT quæ nihil amicis parum obsequentibus, vel etiam offendentibus, multoque peccantibus, errantibusque minus irascendum decernit intelligens; virtus & ipsa, & Mansuetudo dici potest. Et spiritus est summè puri, nobilisque: qui nimirum non propterea non indignatur, quod amari se, colique indignum existimet, vel quod illorum peccata ipsum lateant; sed quod amicorum vel in ipsum peccantium, ipsum veluti miseret: beatus, qui sola sui puritate contentus nihil aliorum erroribus, peccatisque torquetur; & quem qui offenderet, summè ament, colantque, necesse est. Quæ contra intelligens vel amicorum hominum peccata, erroresque etiam, & cessationes non ferendas,

ferendas, ac (si liceat) puniendas etiam decernit; vitium, quod Iracundiâ dicitur. Et spiritus est impuri, ignobilisque, at qui puritatem affectet, nobilitatemque; nec verâ tamen, existentemque, sed apparentem modò; non esse nimirum, fieriue, sed videri tantum purus appetat, procuretque. Nam si verè purus sit; proindeq. eius puritas nihil ab aliorum cultu, obsequioque pendeat: nequaquam quibus purus non videtur, vel etiâ ut impurus negligitur, grauius irascatur, nullo, aut per modico ab ijs bono spoliatus. At quia non esse, sed videri tantum appetit; propterea non excultus summe indignatur, quòd propria puritate, propriaq. nobilitate spoliari ab ijs videtur, & impuratur omnino ab ijs, ignobilisq. sit; ibi impuratus, ignobilisq. factus, vbi tantum purus erat, nobilisque. Miser, qui totus ab alijs pendet, & quem aliorum errores torquent, diuertantque. Quin & intelligens; quæ quibusvis ab alijs modis spiritus offendatur, nihil illis succensendum decernit; nec verò quòd illorum peccatis se offendi non patitur, sed quòd offensum se nihil percipit, vitium & ipsa; quòd & ipsum, quia peccatum est, nomine (vt videtur) vacat; at Stupiditas dici quæat. Stupidus enim omnino est spiritus.

DE BENIGNITATE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XX.



AT vero, quoniam non cognatorum modò, amicorumq., sed ciuium itidem, & conterraneorum, & hominum propemodum omnia bona, malaq. omnia ad singulos pertinent, & singulis commoda, incommodaue fieri, & quæ alijs euenere singulis euenire possunt; & manifeste aliorum bonis, ac malis perpetuò commouetur spiritus; & vtrisque, nimia vbi apparêt, plerumq. vehementer tristatur, est verò vbi & gaudet: vtiq. & intelligens; quæ huiusmodi affectus rectè moderatur, dirigitq., virtus & ipsa, & quæ Benignitas dici queat. Quæ nimirum, si, quòd Benignitas proprie dicta, non operatur, non proprias scilicet alijs opes communicat; at quibus ipsa benefacere non potest, ijs ab alijs beneficii appetit, & benefactum esse, aliorum omnino bonis gaudet. Rectè porro quæ diximus appetitum intelligens moderatur; si ijs cognatorum quidem, amicorumque, & ciuium amplius, at hominum etiâ omnium bonis gaudendum decernat, quæ si alijs bona, commodaq. non sint, at nullum certè alijs malum, nullumq. afferant incommodum; & quibus, qui donati sunt, indigni non sint, forte & si dignioribus tribui non possint. Quoniam enim bona quædam non omnibus, nec verò multis tribui possunt; proindeq. indignis ea collata, dignis adempta videtur: vtiq. illorum bonis Benignitas gaudere non potest; quæ scilicet bona omnibus quidem, at dignioribus certè, & quorum bona reliquis commodiora sint, ampliora appetat. Rectè etiâ, si ijs prauorum bonis, quibus illi aucti mali alijs, incommodiq. esse possint, non modò non gaudendum sed tristandum etiam statuatur: non quidem quòd malum illis, sed quòd alijs omnibus, probis præsertim, bona, & salus expetenda est. Iraque quorum opes, potentiaq. alijs mala est, incommodaque; eos si quidem non penitus perdit, at nullis certe opibus, nullaq. donari potentia optandum, fortè & procurandum etiam est. Quin nullis fortè illorum malis tristandum; quæ scilicet bonis commoda sint, bonaque. Adhuc & si cognatorum quidem, amicorumque, & proborum amplius, at hominum prorsus omnium, à quibus imminet malum, malis, ac miserijs tristandum statuatur. Nec verò propterea tantum, quòd illorum omnium mala, miserijsq. nobis etiam mala, incommodaque sunt, sed quòd iisdem & nos obnoxios esse intelligimus. Intelligens contra, quæ quorumuis bonis quibusvis tristandum, malis gaudendum, nec vllis omnino aliorum miserijs spiritum commouendum decernit; vitium, & quòd Benignitati oppositum, & hominum gaudere.

gaudens malis, Malignitas dici potest. Et spiritus est (vt videtur) impuri, ac vilis, & qui parum sibi ipsi confidat, parumq. rerum naturam intelligat. Propterea enim aliorum bonis tristatur, quòd iis se donatum non sentit, nec donari posse sperat; itaque in illorum bonis propria intuetur mala. Et propterea bonorum malis, infortunijsq. gaudet, & nullis prorsus hominum quorumuis miserijs commouetur; quòd quæ ipse puritate, & quibus ipse priuatus est bonis, alios itidem quauis ratione priuari appetit, & priuatos esse gaudet, quam scilicet puritatem, seque conseruandi facultatem nec sortitus est, nec fortiri sperat, eam alijs omnibus adimi appetit, & ademptam esse gaudet. Et propterea aliorum miserijs nihil commouetur; quòd humanarum rerum instabilitatem non intelligit. At & quæ quorumuis quibusuis gaudet bonis, & quorumuis quibusvis tristatur malis, & hominum miserijs quibusvis luget intelligens, vitium & ipsa; quod, quoniam peccatis inest, nomine caret, ac Mollities fortè dici queat; quæ nimirum spiritus esse videtur veluti mollis, flexibilisque. Quoniam enim hominibus (vt dictum est) omnibus bona appetenda spiritui sunt; & hominum omnium bonis gaudendum: vtiq. prauorum, noxiorumque, eorum omnino, qui malum alijs assidue moliantur, & quorum bona mala alijs sunt, incommodaque, bonis gaudendum non est, sed tristandum potius. Et hominum malis, quorum fortunæ nihil, aut insensibile quid nos contingunt, qui valde tristatur, libens is miser est, libensque corumpitur. Quorumuis scilicet hominum malis commouendus est spiritus, vt cui quorumuis salus commoda sit, bonaque; at moderatè tamen, vbi nostra tristitia nihil alijs bona est; eatenus scilicet, quatenus vel nullo, vel paruo spiritus malo afficiatur. Quid enim aliorum nos assilgamur malis, vbi nihil propterea leuiora illa fiant?

DE AEMVLATIONE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XXI.



HT quoniam non propterea tantum aliorum bonis, præstantiaq. letatur, tristaturue spiritus, quòd (vt dictum est) ad alios omnes aliorum singulorum fortunæ pertinet; sed & amplius fortè, quòd aliena ad propria confert bona; & ampliora illa intuitus, quòd in illorum excessu, propriorum intuetur defectum, tristatur plerumque, atque indignatur; & illis donati qui sunt, odio eos habet, perditosque vult; est & vbi eorum quidem bonis donari & ipse, & similis ijs, vel præstantior etiam fieri appetat, procurandumque statuatur, nullo eos propterea odio prosequens, quin amans eos, colensque: vtiq. & quæ huiusmodi affectum moderatur, dirigitq. intelligens, virtus & ipsa sit, & quæ Aemulatio dici queat. Rectè porro dirigat, si quorumuis bona quæuis appetenda, procurandaque, at nullo propterea odio, qui ea sortiti sunt, prosequendos decernat. Neque enim quæ externis etiam bonis ab alijs exuperari non sustinet, si nullo, aut modico sui ipsius incommodo, nulloq. aliorum malo procurandum illud decernat intelligens, damnum eam vnquam, inculsemque: prauam omnino, vitiumque, quin bonam, laudandamque, & virtutem eam statuam. At bona, quæ in alijs intuetur, quæuis spiritui comparanda decernens Aemulatio, multò certè diligentius propria quæ sunt, & quæ proximis illius substantiam conseruant, perficiuntque; & iis modò si exuperetur, tristetur spiritus, indigneturque. Nec verò in eos, à quibus exuperari se intelligit (quid enim eos oderit, perditosque velit, aut irascatur omnino iis, quibus similis fieri appetit, procuratque?) sed vel sibi ipsi, sua si culpa illa donatus non est, vel alijs, si aliorum id factum sit vitio. Et spūs (vt videtur) nobilis, strenuque Aemulatio est: qui scilicet quæ in alijs bona intuetur, sibi itidè ea omnia deberi intelligit; & sibi omnia vt comparet, nullo scilicet vitium deterior vt sit, labores nullos, nullasque molestias auersatur, nulla etiam declinat pericula;

ricula; & quas se ipso præstantiores intelligit, non modò nihil eos odit, nullumq; ijs optat malum, sed amat etiam, ac colit, & eorum salutem appetit, procuratque; in quibus nimirum quæ magni æstimat, & quæ se quoq; adepturum sperat, propria nimirum intueri videtur bona. Quæ contra intelligens aliena quidem bona appetit; at quia ea sibi comparare pigrescit, seu desperat etiam, propterea, qui ijs donati sunt, veluti sue prauitatis testes, ostensoresq; odio habendos, malaque ijs omnia desideranda decernit, vitium omnino, quod Inuidia dicitur. Quid enim odio ijs habendi, qui, quin & nos ipsi eorum bona nobis comparemus, nullum nobis impedimentum, quin opem quampiam afferunt, modum, quo ea ipsi adepti sunt, nobis ostendentes? Et spiritus illud est ignaui, prauique: qui scilicet, quam in alijs intuetur, magni æstimat præstantiam, eam sibi ipsi comparandam non statuit, procuratque; & qui perditos velit quos bonos, & præstantes videt, & à quibus nec passus est, nec vllum timet malum. Sui scilicet ipsius conseruatio, & se se conseruandi facultas, & puritas amplius maxime est spiritui appetenda, procurandaque; & summa perpetuò vi spiritui enitendum, ne alius quispiam illarum altera ampliore donatus sit; eam nimirum ad se ipsum conseruandum aptitudinem, eamq; vt adipiscatur puritatem, quibus maximis humanis spiritus donari potest, esto & indignandum ei sit, tristandumq; id si consequi non liceat, at non propterea odio ijs habendi, qui ampliores illas nacti sunt. Neq; enim si in illorum veluti valetudine, ac puritate nostros morbos, nostramq; impuritatem intuemur; illi, vt morbofi, corruptioniq; obnoxij, & impuri simus, in causa sunt. Vitium itidem, & quæ bonis quibusuis in alijs conspectis, nihil ea spiritui procuranda, affectandaque, ac ne appetenda quidem decernit intelligens, proindeq; ad nullos spiritum excitat motus. Et spiritus est maxime abiecti, maximeq; vilis, & peioris fortè, quam cuius Inuidia est. Ignavus enim ille quidem, at non penitus certè degener; qui nimirum, quæ in alijs intuetur bona, appetit ea & ipse; ijsq; se donatum non esse indignatur, summaq; afficitur molestia; quæ igitur sibi etiam conuenire, debetq; existimat: qui verò nihil illa appetit; nihil prorsus ad se ipsum illa pertinere, & ad illa consequenda natum se, aptumue non sentit. Siquidem id est spiritus ingenium, vt quæ quam longissime eius vires, conditionemq; exuperent, nihil ea tentet, ac ne appetat quidem; illisq; non donatus nihil tristetur, mœreatue, aut indignetur, ea omnino modò appetat, procurandaq; statuat, quæ consequi sperat, confiditque; & ijs modò frustratus indignetur, tristeturque. Itaq; qui nullis aliorum bonis commouetur, nihilq; ea appetit, & nihil procuranda decernit spiritus; summè is vilis, atq; abiectus, & peccatorius omnino sit oportet. Nec propterea bona quæuis summè expetenda, maximoq; studio comparanda decernam vnquam, eosue damnem, qui quædam ne appetunt quidem; quæ scilicet summis laboribus, summisq; comparanda sunt molestijs, & nullis interdum comparari possunt, & sine quibus optimè conseruari, perficique spiritus queat; sed eos modò, qui quæ ad spiritus conseruationem, perfectionemue maxime pertinent, & sine quibus, si quidem viuere, at non certè in propria natura, propriaque dignitate rectè conseruari queat spiritus, & quæ, nisi stertamus, nobis comparare possimus, ea ne appetimus quidem. Dictum porro vitium nomine (vt videtur) vacat: sed, quòd spiritus est maxime abiecti, non immeritò Abiectio dici queat.

DE SVBLIMITATE, ET VITIIS EI OPPOSITIS.

Cap. XXII.

ET quoniam honores nihilò penè minus, quam sui ipsius salutem appetit spiritus; & contemptui habitus, nihilò penè minus, quam ad interitum actus tristatur, indignaturque; & à quibus contemni se, iniuriaque affici existimat, non odio modò habet, sed maximo eos puniendi desiderio flagrat, & nihil factum sit,

etiam sit, indignus qui vita vlcèrius fruatur sibi ipsi videtur; itaque cum ciuibus, amicis, consanguineis, cognatis, cum ijs omnino, à quibus mutuo amari, foueriq; oporteat, si quid contemni ab ijs, iniuriaque affici videtur, nihilò minus atrocia bella gerimus, quam cum hostibus, & cum ijs, qui bonis nos omnibus, & libertate etiam, vitæque priuare procurant; utiq; quæ huiusmodi affectum rectè moderatur, dirigitque intelligens, virtus; & quæ (quòd non humilia quæpiam, viliæque, nec reliquarum virtutum ritu ea appetenda, procurandaque decernit, quæ spiritum in propria conseruent natura, esto & perficiant etiam; sed quæ verè celestem, diuinumq; penè, & Deo similem, ea omnino re dignum facere procurat, quæ summa à nobis ipsi præstari potest Deo) non immeritò Sublimitas dici potest. Rectè porro moderetur, dirigitque: primùm quidem, si honores, non vt per se bonos, & per se appetendos, procurandosq; decernat (qui nimirum nihil ipsi spiritum conseruant, nec bono vilo afficiunt) sed vt aliorum honorum signum, in diuinumque, & qui spiritum bonis, quibus conseruetur, perficiaturq; omnibus, vel eorum quopiam affluentem declarent: tum si non eos, qui opibus, potentiaque, externis nimirum bonis præstantur. Quid enim rerum possessioe gloriatur sublimis, generosusq; spiritus, quibus prauissimi affluere possunt homines, & persæpè affluunt; & quibus fortunæ plerumq; arbitrio & donatur, & spoliatur? Quæ, quam vnã se ipsum, aliosq; conseruandi facultatem spiritui præbent, nisi rectè ea vtatur spiritus, non modò nihil eum, aliosque conseruet; sed vel penitus ipsum perdat, vel deteriorem faciat; maloq; alios afficiat, ad prauas operationes, & à quibus verumq; illud fiat, operandas alliciens; quæ omnino malæ esse spiritui possunt; nunquam certè ipsum perficiant, nobilitentque; sed eos modò, qui proprijs, atq; internis, & summis ijs spiritus bonis debentur: quæ scilicet non conseruant modò spiritum, sed summè eum purum, verèq; celestem faciunt; & quibus nullo fortunæ beneficio, nullisq; rerum successibus, nec ab externa omnino re vlla, sed vel celestium entium ritu à propria sui ipsius natura, vel à sui ipsius studio, diligentiaque, à se ipso vno donari omnino potest; & quæ nullis fortunæ, hominumue iniurijs obnoxia sunt. Honores porro appetendos, procurandosque decernens Sublimitas, qui proprijs, internisque, & summis ijs bonis præstantur; multò certè prius, multoque amplius bona ipsa appetenda, procurandaq; decernat oportet. Itaq; non virtutum reliquarum more vnus modò affectus, operationesq; vnas, sed affectus omnes, omnesq; dirigere operationes, & non particularis, vnæq; virtus, sed virtus tota, & virtutes omnes, omniumque virtutum veluti apex videri potest Sublimitas. Honores autem non vt proprium spiritus bonum, nec vt per se appetens Sublimitas nequaquam, si illis fraudetur spiritus, indignandum, tristandumq; decernat vnquam: sed honorari dignum, & sui ipsius præstantia, puritateque contentum, beatumque esse statuet; & quos honorare, quosq; obseruare, & quibus obsequi, & parere, & subditum etiam esse æquum est (seu legibus, seu illorum præstantia, aut beneficijs ea debeatur) libenter & honores, & obsequia, & ministerium etiam, vbi oportet, amplioraq; quam oportet, præstanda omnia decernat: nihil propterea spiritum vilem, obiectumque, quin nobiliorum, sublimiorumq; fieri existimans: rem nimirum colentem, venerantemque, quæ & ipse donatus, vel omnino donari aptus sit. Quin & iniurijs etiam acceptis minime indignandum, nec qui eas intulere perdendos statuet Sublimitas: sed & uti hominum vulgus nec puerulos, nec ebrios, insanosque, & furiosos, aut penitus stupidos, penitusq; abiectos homines quouis illato malo, nec calcitrantes etiã asinos vlcisci, punireq; dignetur; sic Sublimitas hominem prorsus (cui nimirum, qui iniqui sunt, prauique, furiosi omnes, stupidiq; & ferini videntur: qui igitur ne feriant, cauendum; at si ferierint, minime referendum, sed vt peccantium, errantium, miserendum) & vt quam longissime inferiores despiciendos, quin & pro malis bona retribuenda statuet. Nec verò metu, qui nullus sublimi spiritui inesse potest, sed quòd

(vt di-

(vt dictum est) indigni videntur; in quos vires exerceat suas; & dignus ipse, qui omnibus benefaciat; & qui in ferinos iam actos spiritus humanos facere procuret. Vt si quæ à Deo habemus nostris conferre fas sit; ea omnino spiritus mansuetudo, humilitasque, quam amplexandam seruator noster præcipit, Sublimitas videri queat; Quæ contra intelligens honores nullos appetendos, minus etiam procurandos decernit; & nequaquam eorum contemptu, sed quod nihil eorum pulchritudinem intuetur; quin quod nihil eos ipsius naturæ debere, conuenire intelligit: virtutum, & longè forte teterrimum, & quod aliorum omnium origo sit, & fons. Nā quæ nihil spiritus originem intuita, vniat is modò, atq; oblectetur, nihil qualis sit, qualisq; habeatur curat intelligens; non ea illum agere, ea operari, eaq; pati, quæ vel pecora ipsa agere, operari, & pati auersantur, dedignaturque, decernere vereatur. Quæ igitur maximè sublimitati opposita non immeritò Abiectione dici queat. Nam si in eo sublimitati congruere videtur; quod & ipsa contemptus, opprobriaque, & iniurias minimè vlsceras, nihilq; aliorum præstantiæ inuidendum, & præstantioribus cedendum, honoresq; ipsi, & obsequia præstanda decernit: at non, vt illa, quod iniurias, iniquosq; homines despicit, vlscerisq; dedignatur; & quod præstans ipsa, sublimisq; proprias conditiones in alijs intueri gaudet; & colit eas; amatq; in alijs; sed quod se se quam longissimè abesse percipit, vt illatas iniurias repellat, aliorumq; sibi præstantiam comparet, quin vt eam sibi conuenire exstimet; vel labores, molestiasq; & pericula exhorrens, quibus iniuriæ reiicienda, præstantiaq; comparanda est. Et præstantiores, non vt meliores, honorat, obseruatq; sed vt robustiores, ac potentiores, ob metum omnino, proindeq; non bonos, ac sapientes, sed opulentos, & factiosos; seruorum, canumque, & aliorum vilium animalium ritu, quæ à quibus bonum sperant, vel malum timent, lambunt, coluntque. Est igitur Abiectione (vt vel nomen declarat) spiritus maximè abiectioni, maximèq; vilis, & ignaui etiam maximè. Vitium etiā intelligens, quæ honores quidem appetendos, at nequaquam dignum illis spiritum faciendum decernit; quos igitur vel nullis eius bonis, vel ipsi præstari velit, quæ vel nullis, vel nō tantis certè, quætos sibi arrogat, honoribus digni sunt; & Superbia dici potest. Nec verò in eo modò, à sublimi distert superbus spiritus, quod honores hic appetit quibus dignus non est; à sublimi distert superbus spiritus, quod honores hic appetit quibus dignus non est; vel multo certè ampliores; sed quod vt per se bonos, & per se expetendos, & vt verū, supremumq; bonum eos appetit; proindeq; ipsi frustratus, veluti bonis omnibus spoliatus maximè indignatur; eosq; perdendos appetit, procuratque, à quibus spoliari illis videtur. Infelix, insipiensque. Nec. n. ibi excellit, ibiq; sublimis est spiritus; ubi vel in altissimo ipse positus loco ab alijs suspicitur, aliosq; ipse despicit; sed ubi verè celi ipsius, diuinorumq; entium hæc substantiam, eorumq; operationes operatus verè cœlestis, verèq; diuinus, & qui ab omnibus suspiciatur dignus factus est, vel alijs etiā subiectus, seruiensq; & in ima quæuis deiectus. Age porro (quod reliquum est) quæ ab Aristotele de summo hominis bono, & quæ de virtutibus, quibus illud comparandum est; nec verò quæ de singularum ingenio, sed quæ de omnibus in communi tradidit; inueiamur. Illud enim & magni laboris opus, & minimè necessarium videtur. Tum, si non rectè virtutis ipsius substantiam explicarit; longè ille quidem abesse videri queat, vt singularum ingenium nos rectè edocuerit.

ANIMAE OPERATIONEM IUXTA VIRTUTEM SUPREMVVM
hominis Bonum Aristoteli positam; & perperam id factum esse.

Cap. XXI. II.

1. Hæc
corum.



QVONIAM (inquit Aristoteles) omnis cognitio, omnisq; electio bonum quid spectat, quod nam bonum sit, quod civilis ratio expetit, & qua in re sit omnium rerum agendarum supremum bonum, stat vere oportet. Et nomine

mine quidem idem omnibus propemodum positum est; felicitatem enim illud omnes appellant; at quid felicitas sit, minimè inter eos constat; sed alij in alio eam ponunt. Aliorum itaque explicatis, reiectisque sententijs, Quoniam (inquit) vni cuique actioni, & arti id summum propositum est bonum, cuius gratia, quæ in ea fiunt, fiunt omnia; utique si vnus est rerum agendarum finis, is profectò sit, quod illæ spectant bonum: si verò fines plures, & bona etiam plura. Quoniam verò plures sunt fines; aliosque propter alios expetimus, vt diuitias, & tibias, & organa: perspicuum est, non eos omnes perfectos esse, proindeque nec bona. At quod optimum est, id perfectum apparet. Si ergo vnum aliquod vndique perfectum est bonum; hoc illud sit, quod quarimus: si autem plura, quod horum perfectius est. At qui id quod propter se expetitur, eo, quod propter aliud expetitur, perfectius esse dicimus; & quod numquam ob aliud expetitur, ijs omnibus, quæ propter se, & propter aliud expetuntur. Quod igitur perfectum est; id propter se semper, nunquam propter aliud expetitur: huiusmodi felicitas maximè videtur. At fortè (inquit) summum bonum felicitatem esse omnes consentiunt: at manifestius quid ea sit explicandum est. Et pateat fortè, si hominis opus sumatur. Veluti enim tibicen, qui que signa fabricantur, & artifex quiuis, ijque omnino omnes, quibus aliquod opus, vel actio proposita est, in opere ipso finem, perfectionemque artis statuunt; sic homini, si quod eius est opus, & officium, faciendum esse videatur. Vtrum verò fabri, sutorisque certa quædam erunt opera, actionesque; hominis autem nullæ erunt, sed iners factus est? An veluti oculi, manus, pedis, & singularum omnino partium suum est munus; sic & homini præter hæc omnia opus aliquod, minusque tribuetur? Itaque inquirendum id est. Et vitæ quidem, qua alitur, augeaturque, & qua sentit, videri id non potest: hæc enim animalibus omnibus, illa plantis etiam communis est. Superest igitur vt vita sit, quæ iuxta rationem operatur. At si hominis opus animæ operatio est iuxta rationem, vel non sine ratione; & hominis, & studiosi hominis idem genere opus dicimus; veluti Citharedi, & studiosi Citharedi, & simpliciter hoc in omnibus addita ad opus virtutis excellentia; siquidem pictoris pingere est, probi autem bene; & vnumquodque iuxta propriam virtutem absoluitur, perficiturque: utique summum hominis bonum, animæ operatio sit iuxta virtutem; & si plures sint virtutes, iuxta optimam, perfectamque. Perperam sanè, & vel eorum (vt videtur) quæ id astruens enuntiat, oblitus: honorum scilicet, quæ propter aliud expetuntur, nullum perfectum, absolutumque esse bonum; sed id solum, quod perpetuò sui ipsius gratia tantum expetatur. Nam appetentes facultates ab intelligente quatenus appetere, operarique oporteat, edoctas virtutes Aristoteli fieri, iam iam manifestum fiet; & facultatibus, quibus anima donata est, ad vnam omnibus propterea donatam eam esse, vt ipsi ipsius conseruationem procuret, & animæ operationes omnes vnam ipsius conseruationem spectare, proindeque non propter se, sed propterea expetendas, bonasque esse, quod ipsi se ipsam in propria natura conseruet anima: nulli (vt existimo) at Aristoteli omnium minimè dubium esse potest: qui nimirum id virtutis munus esse enuntiat, vt ens, cuius est virtus, probè affectum reddat; in propria nimirum conseruet natura. Nam qui animæ operationes consequitur voluptatis sensus, conseruationis cum esse sensum, satis est (vt videtur) superius declaratum. Itaque (quod dictum est) manifestè sui ipsius, propriorumque decretorum obliuio supremum hominis bonum non ipsius conseruatio, sed operatio secundum virtutem positum est.

Kx ANIMAM

ANIMAM ARISTOTELI IN RATIONALEM, IRRATIONALEMQUE, diuisam esse. Cap. XXIII.

Eth. lib.
1. c. 13.
14.



ROXIMVS porro felicitatem manifestandam existimās Aristoteles, Quoniam (inquit) felicitas quaedam animæ operatio est secundum perfectam virtutem: utique & de virtute ipsa speculandum est, humana inquam; siquidem humanum inquirimus bonum. Humanam autem virtutem non quæ corporis, sed quæ ipsius est animæ, dicimus quod sit virtus; ipsa etiam anima, quod ad ea, quæ inquiruntur, satis sit, cognoscenda; neque enim anima penitus ignota, ipsius innotescere queat virtus. Animam autem non vnam, eademque esse vniuersam, sed alteram eius partem rationis expertem, alteram verò ea præditam esse, in externis sermonibus satis est (inquit) declaratum. Quin & quæ ratione caret, non eodem modo vniuersa ea caret; sed quæ corpus nutriendi, augendique munus sortita est, ea prorsus rationis expertis, nullamque habet cum rationali cognitionem, commerciumue. Itaque quantumuis, magis, minusue corpus nutriendum ratio præcipiat, nihilo magis, minusue nutrit. Proptereaque, & quod non hominis propria, sed plantis etiam communis est, nihil est eius virtus hic inquirenda. Altera verò eius pars, quæ appetit, irrationalis quidē & ipsa, at rationis tamen quodammodo particeps videtur: quæ nimirum rationi interdum optemperat; & ibi solum, tantumque appetit, vbi, quantumque ratio præceperit. Nam (quod dictum est) aliam irrationalem substantiam, quæ rationi aduersetur, repugnetque, animæ inesse, inde manifestè intelligere licet; quia (quod substantiæ, quæ vna sit, euenire minimè queat) secum ipsa pugnat, & veluti in diuersa distrahitur anima; ratione nimirum ad bonum, honestumque agente, & alia inexistente substantia, rationi repugnante, & animam ad iudicandum alliciente. Duplex porro animæ substantia cum sit, eius etiam virtus duplex & ipsa, eademque; qua & anima discreta differentia sit oportet. Et quæ quidem rationalis sunt partibus, rationales, quæ verò alterius, morales dicuntur.

ANIMAM, EIVSQVE VIRTUTEM NON RECTE IN RATIONALEM, irrationalemque Aristoteli diuisam esse: & animæ facultates, si quidem plures sunt, rationales omninò esse omnes. Cap. XXV.



ANIMAM neque è diuersis substantijs compositam esse, nec facultatibus donatam, quæ sibi ipsis aduersæ sunt, sibi que ipsis repugnent, sed vnam omninò, eandemque esse vniuersam, itaque, etsi multæ ipsius sint facultates, at ita certè eas sibi ipsis consentientes, congruentesque esse, vt vna omnes videri queant, ipsi illud (vt visum est) Aristoteli in primis placitum est, positumque, & rectè etiam declaratum, hoc videri omninò debuit. Quoniã enim veluti entium reliquorum omnium, sic & animæ facultates non aliunde, sed à propria ipsius emanant substantia; itaque, inherere, penitusque infixæ sunt, vt ne cogitatione quidem seiungi ab ea possint; quæ igitur si non vna sint omnes, at sibi ipsis certè maximè similes, cognatæque, & maximè perpetuò concordēs, consentientesque, sint oportet; & huiusmodi omninò esse, quin ita sibi ipsis colligatas, consentientesque, vt (quod dictum est) vna oēs videri queant, vel pugna, quæ in anima interdum fieri videtur (quæ Aristoteli, vt visum est, & antiquioribus omnibus aliam à ratione substantiam, facultatemue, & quæ rationi aduersetur, animæ inesse persuasit) omnibus quidem, at Aristoteli in primis declarare potuit. Quoniã enim non quocumque iucundo, nec quocumque proposito bono amplexandum ne id sit, secum ipsa pugnare, & in diuersa distrahi anima videtur; sed ibi tantum, vbi vel vnū quidem suaue

suaue propositum est, bonumue vnū, at minimè purum id, sincerumque, sed quod molestum, malumue quodpiam excepturum appareat; vel suauius, bonaue multa, & æquè omnia experenda, at quibus non omnibus simul, sed vno tantum potiri liceat, reliquis carendum sit omnibus; tam diuque; secum anima pugnare, distrahi; videtur, dum præsens bonum futuro malo præhabendum, vel contra, & quod è bonis omnibus præligendum sit, dijudicet, decernatque; & eo facto nequaquam dubia amplius discorsue appareat, neque; in diuersa distrahitur amplius; sed maximè sibi ipsi concors ad vnū, idemque; libens vniuersa fertur, & vnū, idemque; sectatur, amplexaturque; vniuersa; & nequaquam secum ipsa pugnare, distrahi; animam existimare licet, quod è diuersis partibus composita, vel facultatibus diuersis donata sit, & quarum alia præsens modò iucundum, præsensue intueatur bonum, futurum alia molestum, malumue præuideat, exhorreatque; vel bonum hoc alia eius parti, facultatiue, illud alia innotescat, sectandumque; videatur; nequaquam omninò, quod cum diuersæ sint animæ partes, facultatesue, & bona, malaque; non omnibus omnia, sed alijs alia, & singula singulis cognoscantur, appetanturque, & singulæ ad bonum id amplexandum, idque; malum vitandum, quod ipsi; innotuit, animam impellat; vel propterea à pugna desistere, sibi; concors anima fieri, & ad vnū vniuersa simul ferri videri Aristoteli potest, quod partes, facultatesue reliquæ re, quæ ipsæ expectant, & qua summè oblectentur, neglecta alterius in gratiam rem sectari velint, quæ ipsis penitus ignota sit, & à qua nulla ipsæ voluptate efficiantur; quin manifestè, dum secum ipsa pugnare, & distrahi anima appareat, præsentis iucundi, præsentisque; boni, & futuri molesti, futuri; mali, & propositorum bonorum omnium magnitudinem metitur; præsens nimirum iucundum, præsensque; bonum, & futurum molestum, futurumque; malum, tum & proposita bona omnia inter se confert, tandiuque; hæret, & in diuersa fertur, dum præsens ne bonum futuro malo, an contra, & quod ex omnibus præligendum sit bonis statuat; idque; vbi factum est, nihil amplius secum ipsa pugnans, ac ne hæsitans quidem, vel operari auspicatur, vel operandi cogitationem deponit omnem; vniuersa omninò maximè sibi ipsi concors in vnū, idemque; fertur: Hæc inquam ita cum sint; quæ pugna in anima fieri videtur, non diuersarum ipsius partium, facultatumue disceptatio, decernioque, sed rationalis vnus fluctuatio, distractioque, & perplexio omnibus quidem, at Aristoteli certè amplius videri debet. Manifestè. n. propterea secum ipsa pugnare, & in diuersa distrahi anima videtur; quod à iucundo, bonouue allicitur, & à molesto, malouue, quod illud excepturum, illique; cōniunctum appareat, reijcitur; & quod à diuersis bonis, & quæ in vnū agi non possint, veluti in diuersa distrahitur; minimèque; præsens ne bonum futuro malo, an contra, & quod propositorum bonorum reliquis maius sit, puriusque; compertum habet; quorum igitur singulorum magnitudo veluti dimetienda, & natura intuenta animæ sit; idque; non magno modo labore, sed summa etiam cum molestia animæ sit; quæ nimirum labore nullo, nulloque; futuri mali metu, & bonis prorsus oibus frui maximè appetat, maximèque; velit; & vbi non licet, vehementer dolet. Propositorum porro bonorum, malorumque; oium magnitudinem, naturamque; veluti metiri, intuerique;, easque; inter se conferre, dijudicare omninò cōspecta anima, vna ipsa, vnaque; prædita facultate omnibus quidē, at Aristoteli certè in primis ponenda necessariò est: cui. s. rerum differentia, diuersitatesque; dignoscenda, diiudicandaque; cui sunt, maximè id vnū esse ens, & vno insuper dijudicare oportere placet, & pulcherrimè etiam declaratum est. Quin & se ipsum latens Aristoteles, appetentem rationali eandem, & rationalem omninò ponit. Quoniã. n. rationalis consilio, admonitionibusque, aut iussu, minus quam sui natura est, magisque; appetentem fieri statuit: utique; & ratiocinandi vim ei indit, & rationalem facit. Neque; enim, si propterea quod iuxta sui naturam appetat, atque; operetur, nulla molestia, nulloque; malo se affici intelligat, appetendi, fruendi; finem faciat vllum. Quid enim (quod ipsius

natura maximè proprium est, & quod maxima ipsam voluptate afficiat, si id operans nulla molestia, nulloq. vnquam malo se affici intelligat, operari cesset vnquam? aut qui, si irrationalis sit, rationalis consilium, admonitionemq. percipiat, aut imperiũ; & minas reformidet vnquam? Vna igitur, eademq. animæ substantia, & ipsa omnino anima vna, eademq. cum sit vniuersa; eiusq. facultates, si quidem non sibi ipsis, sed animæ certè substantiæ vnum, idemq. sint omnes: vna animæ perfectio, virtusq. vna sit oportet. Quod si, quia multis operationibus, & quæ diuersæ videri possunt, modum, mensuramq. imponit, diuidenda est; at non certè quo Aristoteli diuisa est modo: sed vna omnino, eademq. ponenda ea est omnis; tum in tot secanda, quot operationes sint, quas ipsa dirigit, moderaturq.; vna nimirum intelligens, at diuersa discernens. At age virtutis vtriusque exortum indagantem audiamus.

RATIONALES VIRTUTES DISCIPLINA, MORALES CON-
suetudine comparari Aristoteli videntur. Cap. XXVI.

2. Ethic.
cap. 1.



DUPLEX (inquit) cum sit virtus, rationalis altera, altera verò moralis: rationalis quidem vt plurimum à disciplina ortum habet, incrementumque, itaq. & experientiæ indiget, & temporis; moralis verò consuetudine, ac moribus, vnde nomen sortita est, comparatur. Ex quo perspicuum est, nullam prorsus moralium virtutum natura nobis ingenerari. Eorum enim, quæ natura insita sunt, nullum prorsus aliter, atq; natura operatur, consuetudine vlla operari assuecit: vt lapis, qui natura deorsum fertur, numquam in sublime ferri assuecat; nec si millies quidem eum quis furtum, vt assuecat, emittat: eodemq. modo nec ignis deorsum; nec aliud quicquã, atq; ei ipsius natura ferat, assuecere potest. At nos probas modo, modò verò prauas, & quæ oppositorum sint vitiorum, operamur operationes. Non igitur à natura, neq; contra naturam nobis insunt virtutes; sed ad eas percipiendas natura nati sumus, consuetudine autem nobis comparamus. Quæ præterea à natura nobis tributa sunt, corũ primùm facultates accipimus, deinde operationes ædimus: quod in sensibus manifestum est. Neq; enim ex eo, quod crebrius aut vidimus, aut audiimus, sensus accepimus: sed contra cum sensibus donati essemus, ijs postea vsi sumus; non cum vsi essemus, accepimus. At verò virtutes, cum iuxta eas operati prius simus: quod in ceteris sit artibus. Quæ enim faciendæ sunt cum didicimus, ea tum cum agimus discimus maximè: veluti homines tum architecti sunt maximè, cum ædificant, & Citharedi, cum Citharis vtuntur. Similiter iusti, temperantes, fortes efficiuntur maximè, cum ea facimus, quæ iusta sunt, modesta, fortia. Iam ex iisdem rebus oritur virtus omnis, & ab iisdem interit: eademque est ratio artium omnium. Nam ex eo, quod vtantur fidibus, & clari, & ignobiles Citharedi existunt: eademque est ratio artium omnium. Nam ex eo quod scitè, & peritè ædificant, boni architecti futuri sunt, ex eo quod inscitè, mali. Quod ni ita se haberet, nullus esset nec rationi, nec doctrinæ locus; sed omnes vel probi, vel mali sint. Eadem virtutum omnium causa. Nam cum ea facimus, quæ ad permutationes, quæ inter homines fiunt, spectant, alij iusti, alij iniusti efficiuntur; & cum ea omnia, quæ graua sunt, molestaque agimus, assuecimusque timere, vel præfidere, non nulli fortes, alij timidi sunt. Similis est & cupiditatum ratio, & iracundiæ. Alij enim temperantes, mansueti, plerique imtemperati, atque iracundi efficiuntur: ij quia sic, illi quia secus in ijs versantur. Atque vt vno verbo claudam, ex similibus actionibus omnes habitus oriuntur.

QVAE

QVAE ENTIS CUIVSVIS CONDITIO ENTIS VIRTUS PONEN-
da: & quæ virtutes animæ natura, quæ verò disciplina, consuetudineque comparata dicendæ sunt. Cap. XXVII.



QUONIAM num intelligentis, appetentisq. animæ virtutes natura nobis insunt, an (vt Aristoteli placet) disciplina illa, hæ verò consuetudine comparentur, quæritur; minimèq. idem, quod nobis, Peripateticis itidem virtus videtur; nec satis etiam constat, quas natura nobis virtutes, quas disciplina, consuetudoq. indit; res omnino occulte, incertèq. sunt, & quibus nõ manifestatis, ac firmis, disputatio veluti fluctuet, & in infinitum progrediatur: vtiq; primùm quid vniuersa virtus sit, tũ quæ eius veluti partes, speciesue naturæ, quæ disciplinæ, ac consuetudinis opus dicendæ sint (vtròq. enim modo inesse animæ videntur) statuere oportet. Nam si in animæ ratione explicanda discordes cum Peripateticis sumus; ac dum natura ne virtus animæ insit, an consuetudine comparetur, inquiritur, quodammodo animæ inquiritur substantia. & ipsa omnino virtus minimè in aperto posita est, sed veluti latet; proindeq; agrè conspiciatur: at eius certè munus, atq. opus propemodum idem, quod nobis, Aristoteli etiam positum est; minimèq. (vt videtur) occultum vlli, dubiumue esse potest. Quis enim, quæ operanti, ac reliquis bonum, salutemq. afferunt, & mala quæuis reijciunt, propullantq. operationes, non virtutis eas ponat operationes? Eam certè nos entium conditionem, quæ, quod virtutis munus, atque opus Aristoteli visum est, præstat, si entium virtutem ponamus, vel Peripateticis ipsis rectè posita esse virtus videatur necesse est. Age igitur virtutis ipsius munera, operaq., & virtutis rationem explicantem Aristotelem audiamus. Oportet (inquit) non solum virtutem habitum esse sed qui nam habitus sit, enuntiare. Dicendum igitur, quod virtus quæuis ens, cuius est virtus, & ipsum bonum affectum reddit, & ipsius opus rectè conficit: veluti oculi virtus & oculus ipsum bonum facit, & ipsius opus rectè ædit: oculi enim virtute rectè ædit. Similiter & equi virtus equum ipsum bonum facit, aptumq. ad cursum, & ad eum qui insidet vehendum, hostesque expectandos idoneum facit. Quod si ita est in omnibus: vtiq; hominis virtus habitus sit, quo & homo bonus efficitur, & propriũ ipsius munus rectè exequitur. Ea igitur animæ conditio animæ virtus Aristoteli etiã posita est, quæ animam ipsam bonam facit; quæ, si in propria natura ipsam seruat. Id enim modò bonum est ens, quod nihil à propria natura dimotum est; & quæ vt rectè proprias operetur operationes præstat. Itaq; si quæpiam animæ conditio, vt bona anima sit, rectèq. proprias operetur operationes, præstat, seu natura ea animæ insit, seu disciplina, consuetudineq. comparata sit; ipsi eam imprimis animæ virtutem Peripatetici ponant, necesse est. Ipsi etiam Peripatetici eas nobis virtutes natura inesse statuunt oportet, quæ hominibus insunt omnibus; & iuxta quas vt operemur, disciplina nulla, nullaque consuetudine opus habeamus; sed statim omnes atq; æditi sumus operamur: disciplina verò, & consuetudine eas comparatas esse, quæ nõ omnibus insunt hominibus; & iuxta quas, vt operari sciamus, ita operari edoceamur, assuecimusue oportet. At verò quoniam ea entium conditio entium virtus posita est, quæ, vt bona sint entia, propriasq. rectè operentur operationes, præstat; at nequaquam fortè, quæ bona entia, & quæ ipsorum operationes probæ sint, satis conspectum, positum certè nõ est; res omnino non constant, quibus incertis, quæ inquiritur minimè manifesta fieri queat, & quibus cognitio vel nõ quæsitâ conspiciatur; qui enim quæ bona sint entia, entium bonitatem ignorantibus, res manifesta fiat, qua inexistente bona sunt? vel qui quibus entium bonitas cognita est, res ijs ignota sit, quæ bonitatè illis indit? vtiq. quæ bona entia, & quæ entium operationes probæ sunt, vel illud saltem diligentius inquirendum, distinctèq. statuendum Neq. n. dubitare licet, quin quæ bona sunt entia, rectè ea proprias ædant operationes; & minus fortè, quin entium probitas entium virtus sit.

QVAE

2. Ethic.
cap. 6.

QVAE ENTIA BONA, ET QVAE IPSORVM FACVLTATES,
operationesque probat.
Cap. XXVIII.



QUONIAM (vt in superioribus expositum est cōmentarijs) quę in celi, terra q. medio, & in supremis omninō terre partibus cōstituta sunt entia, ē terra omnia cum ab vn̄uerso celo, tum verō à sole ipso cōstituta sunt, effectaque; nec verō ex illa nihil repugnante, & à Sole nihil ab ipsa passō occupata, sed summopere obluante, repugnantēque; vt entium per pauca quādam ab integra, summaq; solis natura, sed eorum longē plurima à bene ea retusa, imminutaque; & vtriusq; vires longē amplissime sunt, & quę non quoduis oblesē concidant, pereantq; oēs; sed quę benē imminute passēq;, viuant tñ, uigeantq;. & quę non certis modō, & determinatis accepijs incommodis, certa q;, & determinata propriarum virium portione adempta imminuantur, aliq; fiant, vt multę quidem vtraque, at certę tamen, determinatęq; fiat; sed quoduis oblesē, alię omninō atq; alię fiant; vt entium species, actionesq; declarant, quę inexistente natura quoduis aucta, imminutaue, quin eadem etiā remanente, at magis in se ipsam collecta, vel minus, longē diuersę fiunt; vt verē innumere vtraq; fieri possit, & fiat omninō vtraq; innumere; & quarum differentię nullo nobis pacto dignosci queant, innumera, & longē minutissima; & quoniam insuper quales, quātequeuis factę sua singula cōstituunt entia; & id omninō est ens quoduis, quod quę inexiit, & à qua constitutum est natura agens: nequaquā ea modō à se ipsis differunt entia, quę in diuersis generibus posita sunt, sed quę eodem sub genere nobis locata sunt, nihil interdum à se ipsis minus, quā ab ijs quę proximorum sunt generū, diuersa sunt. Minimarum videlicet differentiarum, & plurium fortē rerum incapax horum sentus, vel quę benē magnum à se ipsis spatium distant, ea vt eadem ponit. Si igitur quod factum est, & faciendum omninō videtur, quę ita sibi ipsis similia sunt, vt eadē videri possint, vnum oīa, vnoq; in genere ponere placet: at non omnia certē, quatenus eius generis sunt, bona ponere licet, perfecta que; sed ea modō, quę verē à natura ea constituta sunt, à qua eius generis entia constituenda sunt; cui vel nulla prorsus, vel per exigua latitudo assignari potest: quę à paulo languidiore, vel etiam robustiore aut exiliore, copiosioreue effecta sunt, si quidem eius generis, at non bona certē perfecta que; ponenda sunt. Non scilicet aurū, quod apparet, verē aurum est omne; & si quidem aurum, at non bonum certē omne, perfectumque, sed id modō, quod à propria, pura q; auri natura effectum est: quod ab imminuta ea, vel etiam aucta, vel minus sibi ipsi collecta, aut magis, non aurum, sed aliud omninō ens, aut non purum, bonūq;. Itaq; ea (vt videtur) bona esse entia, perfecta que; quę pura sunt, quę. i. à tali, tanta q;, constituta sunt natura, à quali, quanta q; eius generis entia cōstituenda sunt, statuere licet. Talia porro quę sunt, quin ea proprias facultates probas sortita sint oēs, rectēq; proprias operentur operationes, nihil est quod amplius declaretur. Quoniam. n. (vt alibi dictum est) entium facultates, quibus entium operationes attribuuntur oēs, nequaquā ab entium substantia alia, nec aliud omninō sunt, nisi inexistētis substantia vires: vtiq; & ipse, & quas adunt operationes, substantia probitate, prauitate q; sententur, & iuxta substantię naturam operentur necesse est. Et ita omninō ente in quouis, at in animalibus precipue, & in hominibus etiam magis (quorum. i. operationes magis distinctę, manifestęq; sunt) operari videntur. Itaq; non modō in diuersis hominibus diuersę sunt sentiendi, intelligendi q; & se se cōmouendi facultates, sed in iisdē, alias alia; semperq; iuxta presentes spūs substantia conditiones. Minus etiam, quę facultates, operationesue probe sint, explicandum videtur. Quoniam. n. quę sentiendi, operandi q; vires tribuuntur entibus sunt, nulli dubiū est, quin propterea tribuuntur, vt se se ijs cōseruent: vtiq; eas facultates, easq; earū operationes probas esse, quę id operantur, quod ad propria entium conseruationem, cōmodum est, nulli dubium esse potest.

ENTIVM

ENTIVM VIRTVTEM EORVM ESSE PVKITATEM; ITA QVE
anima virtutes natura ineffe: at diligentius id inquiri oportere.

Cap. XXVIII.



QUONIAM virtus ea entium conditio posita est, quę vt bona entia sint, rectēq; proprias operentur operationes præstat; ea q; entia bona visa sunt, quę à tanta, ac tali natura constituta sunt, à quali, quanta que eius generis entia constituenda sunt; à propria nimirum, pura que, & sincera, nihilq; alienis commixta, ab alienisque passa; & quod omninō, quę alia ab entium puritate eorum conditio, vt bona ea sint, rectēq; proprias adant operationes, præstare queat, imaginari non licet; eod; omnia meliora, præstantiusq; iuxta propriam naturam operari apparent, quod puriora sunt, sinceriora que: vti que entium virtutem ipsorum puritatem esse liquido patet. Atqui si entium puritas propria entium virtus, propria que perfectio sit; quin à nulla vsquam disciplina, nulla que à consuetudine comparetur, sed ab vna ea indatur natura ambigere non licet. At fortē quia vel qui maximē boni, maximē que puri spiritus videri possunt, at parum in sentiendis, intelligendis que rerum viribus, parumq; in affectibus, operationibus que, quę iuxta eos aduntur dirigendis exerciti, assuetique, tardius, obscuriusq; sentire, intelligere que, & peius appetere, operariq; videntur, quā qui minus boni, minus que puri sunt, at diu, diligenter que rerum vires sentire, earum que differentias percipere, dijudicare que, & quę earū occultę, remotę que sunt intelligere, appetitusq;, & quę iuxta eos aduntur operationes, pro ut oportet, coercere, incitare ue assueti sunt; & scientijs omninō, atque artibus quibusuis alios prorsus nullos, sed eos tantum donatos videmus, qui diuturnam ijs operam dedere; proinde que vereri liceat, animę puritatem nequaquam virtutem, quarum exortum inquirimus, nec animę omninō virtutem, sed facultatem potius ad illas suscipiendas eam esse, & disciplina omninō illas, consuetudine que comparandas esse: age diligentius, num quę sentiendi, intelligendi, appetendi, mouendi que animę insunt facultates, propriorum munerum fungendorum scientes, potentes que, perfectę omninō natura sint, an illorum quasi rudes, atque impotentes, & illorum veluti peritę, potentes que vt fiant, propriam que consequantur perfectionem; diu, diligenter que singulis operandum sit, intueamur. Ita enim natura ne insint, an studio quopiam comparentur, dignoscemus.

FACVLTATES, QVAE ANIMAE INSVNT, BONAS, PRAVAS VE
natura esse: & scientis, intelligentis que virtutem natura prorsus anime
ineffe: & cognitionem etiam omnem magis natura, quā experientia comparari.
Cap. XXX.



VAS anima sentiendi, intelligendi, appetendi, mouendi que sortita est facultates, nulla eas disciplina, nulla que operandi consuetudine, vt propriarum operationum scientes, potentes que sint, opus habere, nemo (vt existimo) declarari desideret: sed illud modō, num scilicet, (quod euenire videtur) diu, diligenter que operatę, præstantius singulare operentur. At ne id quidem consuetudinem præstare, & à nulla omninō disciplina, nulla q; consuetudine nouas animę facultates, vel præinexistentibus nouas operandi vires indi, intelligere inde licet; quod quibus sentiendi, intelligendi que vis languida inest, nulla vnquam industria valens ea fit, robusta que: non scilicet (quę vt exquisitē sentiat, intelligat que sortitum esse oportet spiritum) sentiendi studio tenuior is frāt vnquam, & gracilioribus, mollioribus que rebus obtegatur; nec assidue intelli.

intelligens purior ipse, quiq. in ipso fiunt motus magis distincti fiant; nec ad eos recolendos, agnoscendosque, & cum presentibus conferendos agilior, aptiorque. Itaque si sentiendi, intelligendiq. studium, ut exquisitius presentes, agentesque, & remotas, nihilq. agentes rerum vires percipiat spiritus, earumq. dignoscatur differentias prestare videtur; nequaquam propterea illud euenire existimare licet, quod nouas illud animæ vires indat, vel præinexistentes augeat, exacuatue; sed quod animam à reliquis muneribus auocat omnibus, atq. ut tota sentiendis, intelligendisque rerum viribus intenta sit, agit. Et manifestè, quæ obiter sentientes, intelligentesque, non sentimus, nec intelligimus, ubi ad eorum sensum, intellectionemque, veluti contrahit se spiritus, perbelle sentimus, intelligimusque. Itaque vel si qui sentiendis, intelligendisque rebus diu intenti præstantius sentire, intelligereq. videntur; non propterea sentiendi, intelligendiq. facultates disciplina in ijs, consuetudineque præstantiores fieri, & exquisitius sentire, intelligereque existimare licet: sed tales perpetuò remanere, quales à principio singulis inditæ sunt; & natura omninò bonas, prauasue esse. At fortè sentientis quidem, intelligentisque virtutem, præstantiamque natura singulis inesse, negare non audeant Peripatetici; sensilium verò, intellectiliumq. rerum cognitionem, & scientiam omninò, sapientiamque omnem, nequaquam natura inditam, sed experientia comparandam contendant. Nec perperam prorsus. Ut enim in superiori expositum est commentario, quæ nobis rerum cognitio inest, vel sensus eam, vel rerum sensu perceptarum similitudo, & sensus omninò, experientiaque indidit omnem. Is porò à quorum viribus, nihil vnquam passus, nihilque est immutatus, itaque nihil eas percipit vnquam, nulla hæ ipsi innotescere possunt ratione. At id primum admonitos Peripateticos velim, nullam scilicet rerum cognitionem, si Aristotelis decretorum memores esse velint, virtutem ipsi posse. Nulla enim (quod præcipuum virtutis munus Aristoteli positum est) bonus ut sit spiritus præstat; quin (quod dictum est) earum quæuis spiritus virtutis, præstantiaque est opus: earum scilicet quamuis is sibi comparat spiritus, qui exquisitè sensit, exquisitèque intelligit, bonus omninò qui est, purusque. Tum quod si propterea rerum sensum, rerumq. cognitionem non natura, sed experientia comparari statuunt Peripatetici; quod eam sibi ut comparat spiritus, illas senserit oportet utique operationum, quas animal operatur, nullas prorsus natura id operari statuunt oportet; quarum scilicet quamuis, ut operetur, externis opus habet rebus circa quas eam ædat. Præterea ut experientia etiam sit opus rerum cognitio; at quin magis naturæ sit, ambigi certè non potest. Nam qui ea præstant, vel semel rerum vires, rerumque successus intuiti, rerum omnium scientes, sapientesque fiunt: at crassiore donati qui sunt ingenio, quam longissimè ijs absunt, vlla ut disciplina, vllaue ut experientia sibi illam comparent vnquam. Itaque (quod dictum est) scientiam ipsam, ipsamque sapientiam, si quidem non vna natura, at multò certè ea magis, quam disciplina, experientiaque comparari, existimare licet.

APPETENTIS VIRTUTEM, VITIUMQUE NATURA.

Cap. XXXI.



QUAE sentit, intelligitque, & appetit spiritus, non varijs sui partibus, sed vniuersum etiam ipsum sentire, intelligereque, & appetere, quæ potest omninò omnia quantulisuis sui partibus posse, itaque eas singulas facultatibus donatas esse omnibus, & ita has sibi ipsis vnitas esse omnes, vna ut omnes videri possint, & sint omninò vna omnes, satis est (ut existimo) alibi declaratum. Et si quidem id est appetentis munus, ut quæ sentiens, intelligensq. suauia, bonaue, appetenda omninò

no decernit, appetat; odio contra habeat, auereturque quæ tristia, malaue illis videntur: qui à sentiente, intelligenteque alia poni possit appetens, longe ægerimè intueri licet, adeò nullo temporis momento illarum vtriusque iudicium sectata, imperiumque. Eadem porò illis si sit, quoniam illarum vtriusque probitas, prauitasque natura inesse visa est, quin & appetens natura bona, prauaq. sit, ambigi non potest. At & si alia ab illis ponatur, si quod dictum est ipsius est munus; & entium singulorum virtus rectè ut singula proprium obeant munus, propriamque operentur opus præstat: bona, prauaue natura, & bona omninò in omnibus sit appetens oportet. Siquidem in omnibus iuxta illorum decretum appetit, auersaturque: nec vnquam illarum alterius imperio parere cessat, nisi ubi sibi ipsis illa concordēs non sunt; & quod illarum altera appetendum, odio habendum decernit altera; quin ubi ipsa hæret intelligens, & appetendum ne sit quid, an odio habendum exploratum non dum videtur. Itaque ubi prauè appetit, non ipsius id est vitium, sed vel sentientis, vel intelligentis; & huius omninò. Huius enim arbitrio illam appetere, ipsa illi est à natura præscriptum; & manifestè huius perpetuò appetit arbitrio; neque quæ vel summè suauia, summèque appetenda decernit sentiens, appetit ea vnquam, si sentienti intelligens repugnat. Itaque ea tantum perpetuò appetimus, quæ adipisci posse non desperamus; quæ verò, ut consequamur, nulla prorsus est spes, neque appetimus ea vnquam: quod nimirum, quæ frustra appetuntur, ea appetenda non esse perpetuò decernit quæ amens non est mens. Et quæ singulis in operationibus prius, quam eas operari aggrediamur, fieri in nobis sentimus; bona, malaque, quæ illas consequi possunt, considerare, & vtrorumque magnitudinem, veluti perpendere, conferreque: nec sentienti, nec appetenti, sed vni datum id est intelligenti. Ipsa porò intelligens, ut non eam perpetuò appetendi mensuram imponat, quam præsens rerum conditio, præsensque spiritus usus postulat, sed quam imponere assueta est, suspicari non licet. Passim enim quæ iam diu assiduè appetenda decreuit, si spiritum ab ijs ad corruptionem agi intulit tandem sit, non amplius appetenda, sed odio habenda statuere videtur: quæ contra tristia, auersandaque diu visa sunt, si ad spiritus conseruationem necessaria, bonaue senserit, tandem appetenda decernit, amplexandaque. Et ubi omninò appetendum ne sit quippiam, sedandumque, an declinandum, reijciendumque, decernendum intelligenti est; numquam ea decernendi consuetudinem intueri, sed (quod dictum est) bonorum, malorumque, quæ operationes exceptura apparent, magnitudinem, & veluti pondus perpetuò metiri, perpetuòque ea appetenda, operandaque decernere videtur, quæ quæ pollicentur bona, mala, quæ minari possunt, mole, pondereue exuperent; nihil quod contraria ijs sint, quæ appetenda, operandaque decernere assueta est, faciens, ac ne cogitans quidem. Itaque hominum perpauca sibi ipsis perpetuò constant, & vel virtutem, vel vitiorum perpetuò operantur operationes; sed plerique has modò, modò verò illas. Quod perpaucorum spiritus ita puris, integrisque proprijs donatus est conditionibus, ut vnã modò sui puritatem magnificat, in eaque ut seruetur, & perfectione, qua donari aptus est, donetur, voluptates, opesque quasuis contemnendas, & quosuis labores, molestiasque suscipiendas, & pericula etiam subeunda quæuis decernat; vel adeò impurus, ignobilisque, ut voluptatibus modò exatureretur, opibusque affluat, & mollem, inertemque viuat vitam, nihil se in fecinum agi, nihil etiam breui corruptum iri curet: sed plerorumque veluti horum medius spiritus est; & qui & in propria seruari puritate, propriamque adipisci perfectionem, & voluptatibus frui, opibusque affluere appetat; qui igitur in ædendis operationibus perpetuò fluctuet, sibiq. ipsi, plerumque dissentiat; modò scilicet quæ vitiorum, modò verò quæ virtutum sunt, eas ædat. Et virtutum quidem, si quæ operanda sunt operationes maxime spiritum conseruare, perficereque videntur; & quæ nisi ædantur

L I prorsus

prorsus corrumpatur, prorsusque ferinus fiat spiritus; & quæ non summis laboribus, summisque ædenda sint periculis; nec voluptatibus summis, summisque spiritum priuent opibus: vitium verò, si (vt dictum est) voluptates eæ, opesque ampliores pariunt, quàm quibus eæ spiritum priuant bonis, & quàm quæ ipsas excipiunt, aut excipere possunt mala apparent. Libens autem quæ appetenda, operandaque decernere assueta est intelligens, appetenda ea, operandaque decernere apparet; quòd dum eadem spiritus substantia, idemque corporis robur, & externarum rerum, circa quas ædenda sunt operationes, conditio eadem permanet, quæ in principio bona visa sunt, talia etiam in posterum apparent. Præterea, & quòd proba quæ est, & cui vna spiritus puritas, perfectioque curæ est, ne ea, à quibus spiritum in propria seruari puritate, perficique diu intellexit, assidueque intelligit, appetenda, operandaque decernat; nullis à voluptatibus, nullisque ab opibus alluci, nullisque à laboribus, periculisque reijci se sinat. Præterea verò (quòd tandiù viuere, conseruarique existimat spiritum, dum mollem, delicatamque agit vitam, & ibi extingui, corrumpique, vbi voluptatibus carendum, & laboriosa, inopsque, agendum ei est vita) operationes perpetuò ædendas decernat oportet, quæ, quas magnificat voluptates, opesque afferre visæ sunt; declinandas contra laboriosæque sunt, molestæque, & damnosæ; nihil quam hæ spiritui puritatem, perfectionemque afferre queant, nihilque vel bona, quibus illæ spiritum priuent, vel quæ illas exceptura sunt mala intueri sustinens, vacansque; voluptatibus, opibusque comparandis tota intenta, occupataque. At (quòd dictum est) vtraque tamen, quas diu appetere, operarique assueta est, operationes, si vel spiritus, vel corporis natura, viresque, vel externarum rerum conditio ita immutetur, vt manifestè non bono amplius ab ijs spiritus afficiatur, vel manifestè ad corruptionem agatur, non eas amplius, sed ijs contrarias, si contrarijs spiritus conseruari, perficique, vel à malis, quæ imminent, liberari visus sit, ædendas decernit. Itaque quoniam vel vbi iuxta consuetudinem operari uidemur, iuxta intelligentis arbitrium operamur, & (vt dictum est) quas intelligentis imperio operamur operationes, seu uirtutum eæ sint, seu uitiorum, naturæ omninò eas operamur imperio: utique & uirtutes, uitiaque non consuetudine comparati, sed natura inesse existimandum uidetur. Quòd si amplius id declarari placeat, diuersi id infantum mores, morumque immutationes, quæ iuxta ætatem immutationes in plerisque fiunt, præterea & nationum singularum, singulorumque animalium generum propria uirtutes, propriaque uicia apertissimè declarant. Neque enim infantum alij mansueti, uerecundi, ueraces, liberales, fortes, alij contra iracundi, impudentes, mendaces, auari, timidi, uideri possunt; quòd iuxta dictas uirtutes, uitiaque diu operati, habitum tandem iuxta hæc, illasue operandi, & hæc omninò, illasue sibi comparant. Minus etiam, si uirtutes, uitiaque consuetudine comparantur, qui eodem in omnibus propemodum modo iuxta ætatis immutationes hæ in illas, & è contra immutari, aut nationes singulæ iisdem uniuersæ propemodum uirtutibus, uitis que perpetuò donentur, aut qui iuxta proprias uirtutes, propriaque uicia adeò inter se eiusdem generis quæ sunt animalia differant, quin contrarijs quedam uirtutibus, uitis que donata sint, intueri prorsus non licet. At si natura inesse statuarur, manifestissimè id sit. Propterea scilicet diuersi sunt mores infantum, quòd & spiritus diuersi sunt; & propterea iuxta ætatem mutationes in omnibus propemodum mores immutantur, quòd & spiritus substantia; & singulæ nationes, singulaque animalium genera proprijs uirtutibus, propriisque uitis uniuersa propemodum donata sunt, quòd ueluti illorum, horumque corpora sibi ipsis similia, cognataque sunt, sic & spiritus; & illorum amplius, quòd eodem à celo, iisdemque è cibis, similibus presertim in corporibus similes conficiuntur spiritus. Et hominum more, quæ eiusdem generis animalia sunt, summopere inter se differunt; quòd vt corporum natura, sic & spiritus substantia, diueria

diuersa singulis sit, nam singula animalium genera, & animalia singula proprijs uirtutibus, propriisque donata esse uitis, vel ipse affirmat Aristoteles. Nec tantam ijs ratiocinandi vim inesse existimare licet, vt propriae naturæ uicia dignoscant; eaque vt costringant, uirtutesque quibus donata non sunt, & quæ nihil (vt uidetur) ad uitæ conseruationem pertinent, consequantur, operationes operare uelint, quæ, quòd ipsorum naturæ propriae non sunt, laboriosæ sint, molestæque. Itaque & appetentis uirtutem, uitiumque natura inesse, nihil amplius (vt uidetur) ambigere licet.

MOVENTIS ITIDEM. Cap. XXXII.



MOVENTIS itidem uirtutem, uitiumque (si illa, vt uidetur, motus ædendi peritia, celeritasque, hoc uerò imperitia est, tarditasque) natura & ipsam animæ inesse minimè declarandum uidetur. Nam substantiæ cuius, quæ sui natura mobilis sit, cuiusmodi spiritus visus est, motus quosuis proprios, naturalesque esse, & quos igitur ædendi peritia ut sit, disciplina nulla, nullaque opus habeat consuetudine, præterea & ita spiritus alios alijs uelocios, tardiosue esse, & robustiores, magisque agiles, prout & calidiores, copiosioresque, & tenuiores, & organa nati sunt flexibilia, satis est (vt existimo) in superioribus declaratum cõmentarijs. Quin & qui motus, quibus artes constant, ædendi rationem discit spiritus, nullius eum rationem discere, sed caprum assidue sistere, nouumque assidue auspicari, satis itidem manifestat reor. Et quòd ad motus ædendos robur, quæque ijs adijci celeritas uidetur, qui assidue ædunt motus, non consuetudo illam ijs adijcit, sed uiscerum caloris incrementum, & cum corporis uniuersi, tum uerò & neruorum densitas, quin vna spiritus copia, roburque. Quoniam enim calidiora à motu facta viscera plures concoquunt cibos, maioremque concoctis ijs induunt calorem; itaque copiosiore, calidiorumque conficiunt sanguinem: utique & spiritus in assidue commotis corporibus copiosior, calidiorque fiat. Et quòd inexistentes ijs succi in uapores assidue aguntur omnes; itaque membra omnia neruique imprimis sicciore, desioresque fiunt: utique huiusmodi è corporibus minor copia spiritus elabatur oportet (quòd dictum omninò est) copiosior ijs, calidiorque inest spiritus. Omnifariam præterea motus, quibus animalia quæuis uix in lucem ædita mouentur, manifestè spiritum sui natura motuum omnium scientem declarant; & iuxta maiorem, minoremue spiritus quantitatem, caloremque uelocius, tardiusue animalia moueri, passim intueri licet. Manifestè enim spiritus quantitate, caloreue immutatur, quauis alterum euenire occasione, tardiora sunt oia: celeriora contra spiritu aucto, uel calidiora tacto. Quoniam igitur & quæ sentit, & quæ intelligit, & quæ appetit, & quæ mouet, operaturque, facultates omninò quæ spiritui insunt omnes, nõ ab ita, uel ita operandi consuetudine bonas, prauasue fieri, nec quas appetunt, operanturque operationes, propterea eas appetere, operarique, quòd huiusmodi appetere, operarique assueta sint, sed qualescunq. sunt, sui eas natura appetere, operarique, & quæ appetunt, operanturque, propterea appetere, operarique, quòd appetenda, operandaque intelligenti uisa sunt; eamque numquam iuxta decernendi consuetudinem decernere; itaque uirtutes, uiciaque non consuetudine comparari, sed natura inesse, satis est (vt existimo) declaratum: utique Aristotelis rationes, quibus contrarium astruit, nec examinandæ quidem uideri possent. At earum tamen ut infirmitas manifestetur, atque uindicta ueritas eluceat, examinentur.

REIICIUNTUR ARISTOTELIS RATIONES, QVIBVS APPE-
tentis virtutes consuetudine comparari declarat. Cap. XXXIII.



RECTE quidem Aristoteles virtutes, vitiaque non natura nobis inesse, sed consuetudine comparari propterea statuat, quod, quae natura operantur, easdem perpetuo operantur operationes; eadem vero anima probas modo, & quae virtutum, modo pravas, & quae oppositorum sunt vitiorum, addit operationes; si quae virtutum sunt, ita a vitiorum differant operationibus, ut ab una, eademque substantia utrequae non possint; contrariae omnino haec illis sint. Neque enim substantia una vlla contrariis donata sit facultatibus; & iuxta propriam operans naturam, contrarias operetur operationes. Quoniam vero non alia re vlla probae a pravis Aristoteli differunt operationibus, nisi quod mensura illa quadam, suoque in tempore, haec vero mensura nulla, nulloque sunt in tempore; quas igitur cognitione quidem, electioneque agens, easque, ut libet variandi, intendendique, & remittendi potens, at una omnino, eademque addit substantia, & iuxta propriam assidue operans naturam: perperam virtutes, vitiaque, iuxta quae operationes adduntur, & quorum operationes esse videntur, non natura nobis inesse, sed consuetudine comparari statuit; & cum eorum, quae manifesta sunt, tum sui etiam ipsius oblitus. Nam & ipsi etiam Aristoteli (ut visum est) iuxta corporis immutationes animae etiam mores assidue immutantur, & est probis vitiose fiunt, & est contra. Quantumvis scilicet ita, vel ita appetere, operarique spiritu assueti, & quous ita appetendi, operandique habitu ei indito, & propria etiam natura ita appetente, operanteque fiat, vel frigidior, crassiorque; eius etiam appetitiones, operationesque immutantur; et est moderatis effraenes, languidaeque, vel est contra, est probis nimirum pravae fiunt, vel est contra; semperque iuxta praesentem spiritus naturam. Prava etiam ratio, quae quomodo artes, eo & virtutes comparari astruit Aristoteli. Nam & manifeste, quod quaritur, sumit (qui enim ibi tantum virtutes nobis indi ponit, ubi iuxta eas diu operati sumus; iam virtutes is non natura inesse, sed consuetudine comparari ponit) & abiurda amplius, falsaque. Quoniam enim primae operationes, a quibus consuetudo ortu habet, incrementumque, consuetudini assignari, nulla possunt ratione: res utique, inquirenda Aristoteli erat, a qua impulsus spiritus, illas addidit. Et si quidem ab ea ad easdem perpetuo impelli posse visus esset; ei omnino operationes omnes, itaque & virtutes, vitiaque, non consuetudini attribuenda erant: quae non modo (quod dictum est) ab operationibus iuxta eius impulsu decretis oritur, augeturque, & confirmatur, sed interit etiam, & veluti in non ens abit; eam vero aliam a spiritus ingenio esse, imaginari non licet. Nam si pravi natura interdum qui sunt, ab assidue iuxta virtutem operationibus probi, contraque probi natura qui sunt, diu vitiorum operati operationes, pravi fiunt; non id ita operandi consuetudini, sed intelligentis (ut dictum est) imperio tribuendum est. Quae ab operationibus iuxta proprium ingenium decretis, additisque spiritum malo quoquam affici, quod in posterum ne patiat, operationes quasuis operandas, vel bono quoquam privari intuita, quod ut consequatur, quiduis spiritui suffragandum esse existimet, ab illis abstinendum, & contrarias addendas esse decernit; assidueque, ijs bonum, quod ad eum appetit, comparari, malumque, quod ad eum exhorret, reijci intuita, assidue operandas decernit. Et virtutes omnino, vitiaque, nulla a consuetudine nobis indi, sed natura inesse, & nequaquam iuxta illam, sed iuxta hanc, ubi licet, perpetuo nos operari, in multis intueri licet. Ad sunt enim, qui diu operationes operati contrarias ijs, ad quas operandas a proprio impellatur ingenio, ab aliena vi, vel a malis, quae illas excipiunt, coacti simul ac proprio arbitrio, & iuxta proprium ingenium operari licet, statim illas peracti ad proprias avidissime feruntur; vel si summis

ab ijs

ab ijs bonis se privari, summisque opprimi se sentiant malis. Quod nimirum robusta quae est natura, nullis se ab ea admonitionibus, minisue, nec vllis etiam a malis reijci, aut alluci a bonis finit, quin iuxta proprium operetur ingenium. Non igitur (ut Aristoteli videtur) artis more, quibus est rebus oritur virtus, ab iisdem & corrumpitur: veluti si qui recte assidue cithara vititur, bonus is citharadus sit, pravaus contra, qui prave; sic qui se cundum virtutem, vitiumque, quidpiam operatur, eam is virtutem, idque adipiscitur vitium. Siquidem assidua motuum immutatio, qua artes constant omnes, omniaque earum opera conficiuntur, non modo spiritui non propria, naturalisque, & prorsus ignota, sed summe etiam molesta est, odiosaque; & eius peritus ut fiat spiritus, disciplina, consuetudineque opus habet, & bene ea interdum diuturna, laboriosaque: at appetitiones, & quae iuxta eas adduntur operationes, summe spiritui propriae, naturalesque, & summe etiam, quae iuxta eius ingenium adduntur, iucundae; easque, ut libet immutandi, intendendi scilicet, remittendi que, sui natura sciens, potensque, est spiritus. Itaque, virtutum, vitiorumque, ortus, artium disciplinae nulla conferri potest ratione. Quoniam igitur Aristotelis rationes, quibus virtutes, vitiaque, non natura inesse, sed consuetudine comparari astruit, inanes visae sunt omnes: utique, ne inspiciendae quidem videri possent; quibus virtutes, vitiaque, habitus esse consuetudine comparatos declarare contendit. Qui enim, quae natura insunt res, habitus esse videri queant a consuetudine inditi? At earum etiam fallacia manifesta ut fiat, ampliusque, cuiusmodi nobis posita sunt virtutes, vitiaque, facultates esse recte, praveque proprium munus obeuntes, pateat; eas intueri, examinareque ne grauemur.

VIRTUTES, VITIAQUE, NON HABITVS (VT ARISTOTELI placet) sed facultates esse, recte illas, has vero prave proprium munus obeuntes. Cap. XXXIIII.



VONTAM (inquit Aristoteles) tria sunt in anima, perturbationes, facultates, & habitus: ex his tribus unum aliquod sit virtus, necesse est. Perturbationes autem appello, cupiditatem, iram, excaescentiam, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, emulationem, misericordiam, & omnino ea omnia, quae vel voluptas consequitur, vel dolor: facultates autem, quibus ad perturbationes accipiendas apti sumus, dicimus ut per quas; vel irasci possumus, vel doleri, vel misereri: habitus vero sunt, quibus probe vel male affecti sumus in perturbationibus. Velut cum irascimur, si vehementius, vel parum, male, sin mediocriter bene affecti sumus; itemque in caeteris. Ac perturbationes quidem nec virtutes sunt, nec vitia: propterea quod ex perturbationibus, nec boni, nec improbi nominantur; ex virtutibus, & vitijs nominamur, quod perturbationes nec laudi nobis datur, nec vitio. Nec enim qui timet laudatur, nec qui irascitur, nec qui omnino perturbatur vituperatur, sed qui praeter modum. At vero propter virtutes, & vitia iure laudamur, aut vituperamur. Iam irascimur, & timemus inconsulto; virtutes autem ipsae consilia sunt, aut res consilio gestae. Ad haec perturbationibus moveri dicimur, virtutibus, & vitijs non moveri, sed quodammodo affici dicimur; ob easque causas nec facultates quidem sunt. Neque enim eo vel boni dicimur, vel mali, quod agere possumus, vel laudamur, vel vituperamur. Praeterea facultate praediti sumus natura, boni vel improbi non sumus: quod supra ostendimus. Quod si nec facultates, nec perturbationes virtutes sunt; relinquatur ut sint habitus. At nequaquam natura animae inexistentes, sed a consuetudine ita vel ita afficiendi, operandique, ei inditi. Nam (ut visum est) est similibus eos actibus fieri statuit; & cui omnino virtus habitus esse; & consuetudine comparari visa est, habitus itidem consuetudine comparari videatur oportet. Non quidem ex ijs, quae iuxta virtutes, vitiaque, & facultates nobis

conveniunt,

eueniunt, nūm hā illis congruant, & virtutes omnino, vitiaq. facultates sint declarā- dum Aristoteli erat: sed ex ijs magis, quæ & illa, & hæ operantur, & ex illorum, harū- que numeribus. Nam proximus, magisq. à proprio virtutum, vitiorumque, & faculta- tum ingenio, naturaq. & magis à priore (vtiple inquit) muleōq. omnino ex ijs decla- retur exquisitus. Siquidem à diuersis rebus eadē forte euenire nobis queant, eodēmq. modo afficiamur: at quæ diuersa sunt res, vt idem operentur, fieri propterea nō potest. Quoniam scilicet non inertes, ac segnes, & velut stertentes, demoueturque, sed maxi- mē strenue, gnauaq. res Aristoteli in primis virtutes, & vitia ponuntur; eorūque virtutes illæ, & bonæ, & laudandæ, hæc verò vitia, & praua, detestandaque; & boni, laudan- diq. qui illis, prauis contra, vituperandique, qui his donati sunt, quod ab illis proba, ac laudandæ, ab ijs contra praua, detestandaq. aduertunt operationes: virtutum om- ninō, vitiorumque, tum & facultatum operationes, & vitiarumque, inueniendum Aristo- teli erat munus. Et siquidem eadē vitiarumque, operationes, munusq. idem visum fo- ret, eadē propterea hā illis ponendæ: sin minus, alia omnino inquirenda erat res, quæ quas virtus, vitiumq. ædit, eas ipsa etiam æderet operationes; cuiusq. idem, quod vir- tutis, vitijq. esset munus; & hæc virtus ponenda, vitiumque. At dicitur hoc Aristoteli, & rectè modò ex ijs, quæ iuxta facultates nobis eueniunt, virtutes eas, vitiaq. nō esse, collectum sit: non eas, sed habitus omnino quosdam uirtutes, vitiaq. esse declaratum sit. Si siquidem id modò præstent facultates, idq. earum sit ingenium, ut ad perturbatio- nes accipiendas aptos nos faciant, & earū opera irasci, dolere, miserereq. possimus: tã- tum; minimè verò & perturbationes accipiamus, irascamurque, & miseremur; & do- leamus; uel si facultatibus perturbemur quidē, at æquè omnes, & quod alijs alij plus, minusue perturbamur; non diuersis id facultatum in ipsarū uirtutibus, sed diuersè pertur- bandi consuetudini, diuersaq. donandum sit disciplinæ; si inquam natura singuli, ea- demq. mēsurā perturbemur, & id postea, alio plus, minusue alius perturbetur, quod plus, minusue perturbari assuetus sit: uerè nec probi, nec prauis iuxta facultates dica- mur, nec laudemur, uel uituperemur; & facultates ipsæ nec bonæ, & laudandæ; nec malæ, detestandæq. sint. Quoniam uerò quibus facultatibus perturbari, operariq. pos- sumus, iisdem uel Aristoteli ipsi perturbamur, atq. operamur: quin (quod passim sit) iuxta facultates boni, uel prauis dicendi, & laudandi, uituperandiue sumus, & quin vir- tutes, vitiaq. facultates sint, ne Peripatetici quidē ipsi, nisi positionis tuendæ, non ue- ritatis inspiciente studio taceantur, negent uñquam. Inde porro uirtutes, vitiaque, facultatibus attribuenda non esse statuens Aristoteles, quod illorum operationes cō- sultò fiant, hæc uero irracionales sint, & inconsultò operentur (quod alibi, & perperam omnino factum ei est, & quod nulli propterea; & omnium certè minimè Aristoteli face- rellicet) animam in diuersas dissecat partes; & facultates à se ipsis, & ab animæ etiam (vt uidetur) substantia diuersas facit: quæ (vt alibi dictum est) nihil propterea à se ipsis, & minus etiam ab animæ substantia differunt; sed omnes simul uniuersæ insunt animæ; quantum scilicet eius portioni, & pūcto cuius ea insunt omnes. Quin si uerum in- uenti libet, nusquam ipsæ existunt; sed à nobis animæ inditæ sunt; dum quæ pati, ope- rariq. uidetur, patiendi ea, operandiq. potentem esse ponimus. Id enim, non aliud quicquam dicimus, ubi quæ patitur, operaturq. anima, patiendi eas, operandiq. facul- tatibus donatam esse dicimus, & facere id, ut licuerit, & rectè etiam factum sit. Fortè enim clarius in ipsius facultatibus, quàm in anima ipsa eius passiones, operationesq. inspiciantur, declaranturque: at non certè earum ulla facultati ulli (quarum scilicet nulla existit unquam) sed ad unam omnes animæ ipsius substantiæ tribuendæ omnino sunt. Ipsa enim uniuersa, quauis scilicet sui (vt dictum est) portione, & pūcto quouis, & sentit, & intelligit; & appetit, auersaturq., & mouetur. Itaque, qui facultates incon- sultò operari, & irracionales esse ponit, ipsam is animam inconsultò operari, & irra- tionalem esse ponit; uel ratiocinandi quidem facultate donatam esse, at nulla ea, ubi quid

quid appetit, auersaturque, & iuxta appetitus, odiaq. operatur, uti. Que ibi præcipuè rō- cinari, & cōsilia inire uidetur, ubi iuxta appetitus, odiaq. operatur; & manifestè à cu- piditatibus, odijq. ad operandum, ad ea. f. quæ appetit comparanda, ad eaq., quæ odio habet amolienda impellitur; & cui propterea ratiocinandi vis indita uideri pot., vt quæ bona, appetendaq. uisa sunt, & quæ appetit oīnō sibi comparare, & quæ mala, odioq. habenda uisa sunt, & quæ auersatur oīnō amoliri sciat. Tum vt facultates ipsæ appetant, odioq. habeant, & singulis proprium attributum sit munus; alia. f. sentiat, in- telligat alia, & appetat, auersaturq. alia, & moueat alia: non tñ has inconsultò opera- ri dixerit Aristoteles. Vel ipsi. n. quæ appetenda, odioq. habenda, & qui ædendi sunt motus non ipsæ decernunt facultates; nec sua ipsæ spē, sed (vt dictum est) sentientis, intelligentisq., & huius oīnō arbitrio appetunt, auersanturq., & motus ædunt; ea ni- mirū perpetuò appetunt, auersanturq., & eos ædūt motus, quæ sentiens, intelligēsq., quin quæ hæc vna appetenda, repellendaq., & quos vna hæc ædendos decernit mo- tus. Nā uel quæ suauissima, maximèq. expetenda sensui uidentur, si intelligēs mala ea, & vitanda decernit, nihil ea appetimus, nec sectamur unquam, quin exhorremus ea, reijcimusq.; & quæ dolorifica, molestaq., & vitanda propterea sensui uidentur, si bona ea, salutariaq., & amplexanda decernit intelligens, appetimus ea, amplexamurque. Quod nimirū, & appetens, & mouens facultas intelligentis arbitrio appetit, motusq. ædit: & nullo illo temporis momento, quo iniuria, malouæ affecta indignari, excan- descereq.; & tristari uidetur, iniuria se, maloq. affectū intelligere, decernereq. potest; quod quæ vt decernat cognoscenda sunt, nota ei sunt, aut esse uidentur omnia. Itaq. (quod dictum est) perperā Aristoteles uirtutes, vitiaq. facultates non esse inde astruit, quod hæc inconsultò, consultò illæ operantur. Et si uirtutes, vitiaq. habitibus attribuenda uidentur Aristoteli, quod præ ijs, uel male in perturbationibus affecti sumus; & rectè etiā ei visum est, uirtutibus, vitijq. non commoueri nos, sed affici quodāmodo, ad perturbationes nimirū, motusq. ita, uel ita disponi; si omnino (quod maximè Ari- stoteli placere uidetur) ea animæ conditiones uirtutes, vitiaq. ponendæ sunt, quibus ad perturbationes ita, uel ita disposita est anima: iam eo etiam noie uirtutes, vitiaq. facultates ponantur oportet. Manifestè n. iuxta harum vires ad perturbationes, ac motus ita, uel ita, singuli dispositi sumus. Et si (vt Aristoteli placet) is modò iuxta vir- tutem operatur, qui, quas ædit operationes, sciens eas ædit, uolensque, neq. ob aliud quicquā, sed illarum ædendarum studio; & qui maximè insuper in ijs operandis con- stans, stabilisq.: utiq. non habitibus consuetudine cōparatis, nec ita operandi cōsue- tudini, sed facultatibus ipsis, ipsiq. anime substantiæ, puritati, probitatiq. uirtutes at- tribuendæ sunt. Que nimirum & exquisitissimè rerum naturas, rerumq. euentus intel- ligit, & sui natura probis gaudet operationibus; in ijsq. ædendis quin cōstans sit, sta- bilisq., nullis à rebus abstrahi potest. Nā operandi assiduitas ut rerū, circa quas ope- rationes æduntur, noticiā quandam indat: & ut quæ contra propriū animæ ingenij æduntur operationes, perpetuò operandas libens ipsa statuatur, & si quidē ita; uat inter- dum: at quauis occasione iuxta propriam naturam operandi oblata, decretorū quo- rumuis oblata ueluti ad ingenij redit; itaq. operatur, prout natura operari gaudet. Postremò, & quia secus, ac Aristoteli visum est, uirtutes, vitiaq. natura nobis inesse, non consuetudine cōparari declaratum est; nec habitibus illa consuetudine compara- tis, sed facultatibus, natura uidelicet, assignanda sunt. Quod si paulò diligentius vir- tutum, vitiorumq., & facultatū, habituumq. ingenium, munusq. intueamur; liquidò id pateat. Quoniam n. (vt sepè dictum est) id est uirtutum munus, vitiorumque, idq. omnino uirtutes præstant, vitiaq.; ut animæ, cuius sunt, bona, uel praua sit, & rectè, uel prauè proprias ædat operationes; animā nimirum ut seruent, perhiciantq., uel perdāt, corrumpantq., & ad proprias, qualescumq. ea sint, agāt operationes: nequaquā res ueluti animæ appensæ, & quæ nullo ex ea negotio remoueri queant, sed quæ penitus ei inhæ-

ei inhæreant, penitusq. eîi fixæ, vnitæque, anima. s. substantiæ propriæ sint, vel fiant saltem, virtutes sint, maxime est necessariû; proindeq. nihil ea immutata, nihil & ipse, vel longè ægerrimè immutentur; & nequaquã quæ legnes, inertesq. sint, & nihil ipse operentur, neq. ipsis donata anima, nullis operandi donata sit viribus; sed quæ quas anima ædit operationes, si non ipse, at ipsorum certè opera, & quatenus ipsis donata est, eas anima edat oēs. Huiusmodi virtutes, vitiæq. cum sint; & habitus manifestè veluti extrinsecus ad animã adueniant, & qui præsertim animæ substantiæ, eiusq. facultatû naturæ aduersantur, numquã adeo inhi ei possint, quin nullo ea negotio auellantur, & nullas ipsi operationes ædant vnquã, nec eas ædendi vires, animæ indant vllas, sed præinexistentes tantùm veluti confirmant, nihil videlicet eorum, quæ virtutû, vitiõrumq. propria sunt, cû habeant; facultates contra penitus animæ inhæreant, quin ita eius substantiæ infixæ, vnitæq. sunt, vt si quidè ratione, alia certè re ab ea seiungi non possint, ex eaq. auelli nullo pacto queant, at tandiu eadem seruentur, quãdiu, & substantia ipsa, & quæ quod anima appetit, atq. operatur, vel ipsæ omninò, vel ipsarum certè opera, & (vt dictum est) quatenus ipsis donata est anima, ea appetat, opereturq. oia; conditionibus nimirum, quæ virtutum, vitiõrumq. propriae sunt, facultates donatæ eum sint oibus: quin virtutes, ac vitia facultates sint, ambigi non pòt. Itaq. (quod dictum est) virtutes, vitiæq. non habitus, sed quas diximus facultates esse liquidò patet.

VIRTUTVM, NEC SCOPVM, NEC NUMERVM RECTE AB

Aristotele positum esse.

Cap. XXXV.



Neo etiam inculandus videtur Aristoteles; quod non certum, cõspicuumq. nobis virtutum scopum proposuit, ad quem proprias dirigentes operationes virtutes nobis cõparemus, & à quo earum etiam numerus haberi posset; sed admonuit modò passiones, atque operationes medias oportere esse. Siquidem continuis ijs, coniunctisq. existentibus, & quæ maxime utramq. in partem extendi queant, longè ægerrimè, quod ipsarum medium sit, inuenire licet; multòq. etiam ægrius, quod ad nos id sit; cum præsertim nullo tẽporis momento idem permaneat. Certus itaq. scopus, & certus, firmusq. proponendus erat finis, quẽ intuentes rectè operemur; & qui etiam virtutum numerum, & singularum munus nobis manifestet. Neq. n. rectè haberi is potest, nisi cuius gratia illa sint innotuerit. Nusquã igitur Aristoteles vel eas, quas ponit, virtutes esse, & nec plures, nec pauciores esse posse declarat; sed veluti ab alijs eas sumens, earû ingenium declarat. Itaq. multas, & maxime necessarias, clarasq. Sollicitiã, Beneficentiã, Gratiitudinem, aliasq. omittit; Sobrietatẽ, Castitatẽq. (quæ & natura diuersæ sunt, & non perperuo sibi ipsi coeunt, sed separatè in multis inueniuntur) in unum agit; Sapientiã, Prudentiãq., quæ (vt expositum est) una prorsus sunt, separat, seiungitq. At si animæ conseruatio, perfectioq. illarû ponatur scopus: animæ substantia semel conspecta, ne volentes quidem erremus vnquam; & virtutû numerus, virtutesq. ipse statim manifestè fiant. Ex nimirum animæ vires virtutes sint, quæ, quæ ad animæ conseruationem, perfectionemq. spectant, operentur. Beati, qui natura probi, & animæ substantiam intuiti, quoad licet, eam perficiunt, & perfectam seruant.

BIBLIOTECA
COMUNITATIVA
DI DOTONA